This is a digital copy of a book that was preserved for generations on library shelves before it was carefully scanned by Google as part of a project to make the world's books discoverable online.

It has survived long enough for the copyright to expire and the book to enter the public domain. A public domain book is one that was never subject to copyright or whose legal copyright term has expired. Whether a book is in the public domain may vary country to country. Public domain books are our gateways to the past, representing a wealth of history, culture and knowledge that's often difficult to discover.

Marks, notations and other marginalia present in the original volume will appear in this file - a reminder of this book's long journey from the publisher to a library and finally to you.

Usage guidelines

Google is proud to partner with libraries to digitize public domain materials and make them widely accessible. Public domain books belong to the public and we are merely their custodians. Nevertheless, this work is expensive, so in order to keep providing this resource, we have taken steps to prevent abuse by commercial parties, including placing technical restrictions on automated querying.

We also ask that you:

+ *Make non-commercial use of the files* We designed Google Book Search for use by individuals, and we request that you use these files for personal, non-commercial purposes.
+ *Refrain from automated querying* Do not send automated queries of any sort to Google's system: If you are conducting research on machine translation, optical character recognition or other areas where access to a large amount of text is helpful, please contact us. We encourage the use of public domain materials for these purposes and may be able to help.
+ *Maintain attribution* The Google "watermark" you see on each file is essential for informing people about this project and helping them find additional materials through Google Book Search. Please do not remove it.
+ *Keep it legal* Whatever your use, remember that you are responsible for ensuring that what you are doing is legal. Do not assume that just because we believe a book is in the public domain for users in the United States, that the work is also in the public domain for users in other countries. Whether a book is still in copyright varies from country to country, and we can't offer guidance on whether any specific use of any specific book is allowed. Please do not assume that a book's appearance in Google Book Search means it can be used in any manner anywhere in the world. Copyright infringement liability can be quite severe.

About Google Book Search

Google's mission is to organize the world's information and to make it universally accessible and useful. Google Book Search helps readers discover the world's books while helping authors and publishers reach new audiences. You can search through the full text of this book on the web at `http://books.google.com/`

Digitized by Google

600089935/

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

COMMENTARII
DE BELLIS
C. IULII CAESARIS.

RECENSUIT ET ILLUSTRAVIT

CAR. ERN. CHRIST. SCHNEIDER
LITT. ANT. PROF. VRATISL.

PARS I.

C. IULII CAESARIS COMMENTARIORUM
DE BELLO GALLICO
LIBRUM I. II. III. IV.
CONTINENS.

HALIS
E LIBRARIA ORPHANOTROPHEI.
MDCCCXL.

294. e. 12.
Digitized by Google

Digitized by Google

PRAEFATIO.

C. Iulius Caesar de vetustissima Iuliorum gente patricia natus est Romae in Subura modicis aedibus a. d. IIII. Id. Quint. anno urbis conditae DCLIIII. C. Mario sextum, L. Valerio Flacco coss., qui annus dissimilis proximo per Marii triumphum Cimbricum festissimo L. Appuleii Saturnini tribuni plebis cruentas actiones, cruentum exitum vidit. Pater, et ipse Gaius praenomine, Gaii et Marciae filius, Iuliae, quam Marius in matrimonio habebat, frater, circiter quinque et viginti annos tum natus, mater Aurelia, gentis plebeiae, Cottarum propinqua, sorores duae an tres Iuliae fuere.

Domi sub matre, femina ingeniosa et erudita et filii amantissima, educatus bene eleganterque loqui puer assuevit, incertum matris tantum et familiarium, an Marci quoque Antonii Gniphonis grammatici institutione, quem quidem Graece non minus quam Latine doctum scholam in ista domo illo tempore habuisse constat. Dictum memoratur praetextati, ad versus recitantem, *si cantas, male cantas, si legis, cantas*, ex quo coniecturam de puerilibus studiis eius capias. Ac ferebantur a puero et ab adolescentulo eiusdem generis scripta, *Laudes Herculis* et tragoedia *Oedipus*, quae pariter atque *Dicta collectanea* Augustus publicari vetuit.

Annum agens quartum et decimum a Mario Cinnaque flamen Dialis destinatus est paulo ante, quam vita decederet Marius.

Biennio post amisit patrem, qui praetura perfunctus Pisae, dum calciatur matutino, nulla evidente causa obiit.

Digitized by Google

Sequente anno, L. Cornelio Scipione Asiatico et C. Norbano Marianis consulibus, dimissa Cossutia, quae familia equestri, sed admodum dives praetextato desponsata fuerat, Corneliam, Cinnae iam defuncti filiam, duxit uxorem, ex qua illi mox Iulia nata est. Neque ut repudiaret, compelli a Sulla paule post victoria et dictatura potito ullo modo potuit. Quare et flaminio et uxoris dote et gentiliciis hereditatibus multatus, cum diversarum partium haberetur et a ministris Sullae ad necem conquireretur, mutata veste noctu ex urbe elapsus fugit in Sabinos. Ibi prope per singulas noctes quamquam morbo quartanae aggravante commutare latebras coactus, dum ex una domo in alteram portatur, in persequentes incidit, quorum duci Cornelio Phagitae vix duodequinquaginta milibus HS. persuadere potuit, ut se incolumem dimitteret. Interim deprecantibus Vestalibus et Mamerco Aemilio Cottaque Aurelio, ornatissimis et Sullae amicissimis viris, Caesaris propinquis et affinibus, cum aliquamdiu ille denegasset, tandem expugnatus vincere eos ac sibi habere iussit, dummodo scirent eum, quem incolumem tanto opere cuperent, quandoque optimatium partibus, quas secum simul defendissent, exitio futurum; nam Caesari multos Marios inesse. Alii Sullam tradunt cinctura, qua fluxiore Caesar et super latum clavum tunicae ad manus fimbriatae utebatur ita, ut trahendo laciniam togae velut mollis incederet, offensum optimates nominatimque Pompeium saepius monuisse, ut male praecinctum puerum caverent. Scilicet altius, quam Cicero, qui eadem praecinctura deceptus Pompeio superiorem hunc nunquam futurum crediderat, Sulla leoni iunctam in animo gerens vulpem ingenium eius perspexerat, sive quod in retinenda uxore talem cognosset, sive ex corpore et forma et ex artibus, quibus adolescens excellebat, praesagio ducto. Erat autem excelsa statura, colore candido, teretibus membris, ore paulo pleniore, nigris ve-

Digitized by Google

getisque oculis, ad haec armorum peritissimus, equitandi gnarus adeo, ut reiectis post tergum manibus equum vi incitaret, laboris ultra fidem patiens.

Ceterum quid Sullae credendum esset, praesens experiri noluit et M. Thermo praetori contubernalis in Asiam profectus est. Non a vero abhorret hunc eundem fuisse Thermum, quem anno urbis DCLXVIII. L. Valerius Flaccus Marianarum partium consul in Asia bellum cum Mithridate gesturus discordia inter ipsum et C. Flavium Fimbriam legatum orta huius in locum adsciverat, Fimbria mox loco deiecerat, quem Sulla deinde coercito Fimbria suarum partium factum revocato ex Asia L. Licinio Murenae propraetori succedere iusserit. Huius igitur, quantum coniectura sciri potest, contubernio Caesar stipendia prima in Asia fecit bello adversus Mytilenaeos. Ea sola urbs post victum Mithridatem arma retinebat, cum M' Aquilium consularem, qui proelio pulsus a Mithridate et morbo laborans ad eos confugerat, vinctum tradidissent regi, neque a L. Lucullo ad sanitatem reduci aut vi expugnari potuissent. Ac primum quidem missus est in Bithyniam ad arcessendam classem. Bithyniae rex erat Nicomedes Philopator, filius Nicomedis illius, qui anno urbis DCVI. Prusiam patrem occiderat circiterque annum DCLXIIII. mortuus filio regnum reliquerat, quo is statim pulsus a Mithridate supplex Romam venerat et a senatu ut restitueretur, impetraverat. Idem a. DCLXVI. ad Amniam flumen victus ab eodem Mithridate, cum iterum Romam petiisset, composito tum per Sullam bello Mithridatico regnum paternum amicus populi Romani obtinebat. Apud hunc Caesari fortasse iam Romae cognitum desedisse Caesarem naves arcessentem non sine rumore prostratae regi pudicitiae, eumque rumorem auxisse intra paucos rursus dies repetita Bithynia per causam exigendae pecuniae, quae deberetur cuidam libertino, clienti suo, Suetonius auctor est multaque a multis ignominiose in illam consuetudinem

Digitized by Google

dicta refert, quae omnia ut ab inimicis et partim longo temporis intervallo prolata, partim ab ipsis postea retractata, partim sine dubio supra verum amplificata nihil, nisi fuisse diuque obtinuisse rumorem istum comprobant. Ipse quidem Gallico triumpho militibus inter alia ludibria licentiae triumphalis subactum a Nicomede Caesarem cantantibus reliqua aequissimis auribus accepit, hoc unum graviter tulit adeo, ut eiuraverit. Pecuniae vero clienti debitae exactio non est quod praetexta potius, quam vera repetendae Bithyniae causa videri debeat, cum aes alienum Nicomedi non magis, quam Caesari fides et studium erga clientes deesset. Classem utrum adduxerit, an non, incertum est; sed reliqua militia secunda fama fuit et a Thermo in expugnatione Mytilenarum corona civica donatus est.

Thermus in provincia successorem anno DCLXXV. C. Claudium Neronem habuit: Caesar anno sequente in Cilicia sub P. Servilio Vatia postea Isaurico dicto meruit, sed brevi tempore. Mortuo enim Sulla, cuius etiam superstitis, sed iam deposita dictatura privati acta convellere M. Aemilius Lepidus novi anni consul apud plebem gratiosus non sine successu coeperat, vocantibus familiaribus simul spe dissensionis, quae per Lepidum movebatur, Romam propere rediit. Sed Lepidi societate, quamvis magnis conditionibus invitaretur, cum ingenio eius diffisus, quod rebus maioribus impar fuisse videtur, tum occasione, quam minorem opinione offenderat, abstinuit. Nec ita multo post D. Iunio Bruto et Mamerco Aemilio Lepido coss. composita per Q. Catulum proconsulem seditio est.

Caesar interim accusationem parabat Cn. Cornelii Dolabellae, qui cum post consulatum a. DCLXXIII. cum M. Tullio Decula gestum proconsul Macedoniam administrasset et redux e provincia de Thracibus triumphasset, a provincialibus repetundarum postulabatur, ipsisque *actionibus* (*tertiam* Gellius citat) hoc consecutus

Digitized by Google

est, ut principibus patronis adnumeraretur et posteris quoque admirationi esset. Ac formam dicendi tunc quidem C. Iulii Caesaris Strabonis secutus videtur, quem Cicero festivitate et facetiis et superioribus et aequalibus omnibus praefert oratoremque fuisse dicit minime vehementem, sed urbanitate, lepore, suavitate conditissimum. Ex eius oratione pro Sardis ad verbum nonnulla Caesar in suam transtulit *divinationem*. Sed quamvis egregie causam eamque optimam et admodum favente civitate oraret, tamen Q. Hortensii et C. Aurelii Cottae, celeberrimorum illius temporis patronorum, nervis et arte defensus reus, qui Sullanarum partium fuerat, damnationem effugit. Sub idem tempus Caesar, cum Dolabellam persequens multarum Graeciae civitatium testimoniis usus esset, nonnullis in privato iudicio Graecis adfuit C. Antonium apud M. Lucullum, praetorem peregrinum, in ius vocantibus ob rapinas, quas ille cum manu equitum Sullanorum in Achaia fecisset; ac secundum ipsos dante litem praetore Antonius aequo se cum iis iudicio certare posse negans tribunos plebis appellavit, quo facto iudicium diremptum est.

Absoluto Dolabella Caesar et ad declinandam invidiam et ut per otium ac requiem Apollonio Moloni, clarissimo tunc dicendi magistro, operam daret, Rhodum secedere statuit. Huc dum hibernis iam mensibus traiicit, circa Pharmacusam insulam ad litus Asiae supra Miletum sitam a praedonibus captus est, quorum iam tum magnae classes mare obtinebant. Datus in custodiam exclamasse dicitur: *Quanto, Crasse, gaudio afficieris, cum captum me audiveris.* Cum hoc enim aemulatio ei fuerat. Praedones autem viginti talenta pro redemptione postulantes irrisit ut, quem cepissent, nescientes et quinquaginta daturum pollicitus est. Inde comitibus aliis in alias civitates ad corrogandam pecuniam dimissis cum uno medico et cubiculariis duobus inter Cilicas homines truculentissimos relictus adeo eos contemptui habebat, ut

Digitized by Google

quoties quietis causa decumberet, silentium qui imperaret, mitteret. Nec tamquam custodes eos per duodequadraginta dies, sed tamquam ministros habens sine ullo metu cum iis ludebat et corpus exercitabat, poemata et alia, quae scribebat, recitabat et si non admirarentur, sine dubio indoctos et barbaros appellabat et per risum saepe suspendium eis minabatur. Qua illi verborum licentia ut a simplicitate quadam lepida proficiscente delectabantur. Allata vero Mileto publica civitatium pecunia numerataque, ita tamen, ut cogeret ante obsides a piratis civitatibus dari, dimissus non distulit, quin e vestigie contracta classe et ex Milesiorum portu deducta eos persequeretur deprehensosque in statione apud insulam plerosque in potestatem redigeret. Et pecuniam quidem captam praedae loco habuit, praedonibus autem Pergami custodiae mandatis ipse in Bithyniam perrexit ad proconsulem Asiae Iunium petens, ut auctor fieret sumendi de captivis supplicii. Quod cum ille se facturum negasset venditurumque captivos dixisset, incredibili celeritate revectus Pergamum, priusquam de ea re ulli proconsulis redderetur epistola, omnes suffixit cruci, quemadmodum illis saepe minatus inter iocum fuerat. Sunt qui dicant iugulari eos prius, deinde suffigi iussisse, quoniam suffixurum se cruci antea iuravisset, idque argumenti sumunt loco Caesarem in ulciscendo natura lenissimum fuisse. Quod nobis quidem non maiori facere ratione videntur, quam cum idem ex eo colligunt, quod Cornelio Phagitae, de quo supra dictum est, nunquam nocere sustinuerit. Nec non mirari possumus Velleii Paterculi iudicium, qui hoc maxime admiratur, quod per omne spatium, quo a piratis retentus sit, nunquam neque nocte neque die aut excalciaretur aut discingeretur; cuius rei hanc nescio quomodo causam affert, ne si quando aliquid ex solito variaret, suspectus iis, qui oculis tantummodo eum custodirent, foret. Sed prorsus fabulosum fictumque putamus quo artificio Polyaenus captos

Digitized by Google

et occisos praedones perhibet. Pergamo Caesar Rhodum pertendit. Ibi videtur Apollonio Moloni operam, quam constituerat, dedisse et id genus eloquentiae excoluisse, quo postea inclaruit. Quod cuiusmodi fuerit, cum ex ipsis orationibus cernere nobis non liceat, quippe quarum nulla ad nostram aetatem pervenit, non diversum ab eo fuisse, cuius in Commentariis eius specimina supersunt, cum per se probabile est, tum Cicero declarat praecipuam orationum eius laudem eandem ostendens, qua Commentarii quoque excellunt, summam verborum Latinorum elegantiam. Sed dum perfectam illam bene loquendi laudem et quod rationem tamquam obrussam adhibens consuetudinem vitiosam et corruptam pura et incorrupta consuetudine emendet, partim domestica consuetudine, partim multis litteris et iis quidem reconditis et exquisitis summoque studio et diligentia consecutum dicit, ad otium fortasse Rhodiense litterarum studio dedicatum, neutiquam vero ad Apollonium Graecum et linguae Latinae ignarum id, quod praecipuum eius in eloquentia fuerit, referendum esse docet. De reliquis eius virtutibus oratoriis idem Cicero ita praedicat, ut neminem eo sententiis aut acutiorem aut crebriorem esse demonstret, eique splendidam quandam minimeque veteratoriam rationem dicendi voce, motu, forma etiam magnifica et generosa, quodammodo tribuit. Quintilianus autem tantam in eo vim, id acumen, eam concitationem esse affirmat, ut illum eodem animo dixisse, quo bellaverit, appareat; et Suetonius pronuntiasse eum voce acuta, ardente motu gestuque, non sine venustate, ex fama refert. Atque his sane virtutibus, si minus ingenerandis, at certe confirmandis et amplificandis aliquid inservierit Apollonius.

Nec brevius anno Rhodi commoratus est Caesar, quandoquidem vastante regiones proximas Mithridate, quemadmodum Suetonius scribit, ne desidere in discrimine sociorum videretur, insulam reliquit et in Asiam

Digitized by Google

transiit. Ineunte enim vere a. u. DCLXXX. Mithridates, cum ingentes copias parasset et foedus cum Sertorio in Hispania populo Romano bellum inferente fecisset, Paphlagoniam primum, tum Bithyniam ab Nicomede paulo ante Romanis hereditate relictam magnis exercitibus occupaverat et in finitimam provinciam, cuius civitates item, ut primo bello, ad defectionem spectabant, praefectum miserat. Hunc Caesar auxiliis contractis provincia expulit et nutantes ac dubias civitates in fide retinuit, etiam maiora gesturus, nisi publica privato defuisset auctoritas. Interim Romae pontifex factus erat in Cottae consularis locum, eiusdem, ut opinor, cuius patrocinio Dolabella ante duos annos Caesaris vim accusatoris effugerat, qui cum a. u. DCLXXVIIII. cum L. Octavio consul, a. DCLXXX. proconsul Galliae provinciae fuisset, ex ea triumphaturus subito ante diem triumphi mortuus est. Itaque ad sacerdotium ineundum festinans in Italiam, ne conspiceretur a praedonibus, quattuor scalmorum navem una cum duobus amicis decemque servis ingressus Adriaticum mare traiecit. Quo in cursu conspectis, ut putabat, piratarum navibus, cum exuisset vestem alligassetque pugionem ad femur alterutri se fortunae parans, mox intellexit frustratum esse visum suum arborumque ex longinquo ordinem antennarum praebuisse imaginem.

Romam reverso primus per suffragia populi honor obtigit tribunatus militum, quem cum Gaio quodam Popilio petens prior est tribunus factus, cum et causis agendis et comitate atque epulis ac victu splendido gratiam quaesivisset. Bellum gerebatur cum Spartaco et gladiatoribus, milesque tumultuarius adversus eos ductus aliquoties erat pulsus, ut legiones res requirere videretur. Itaque L. Gellius cum Cn. Lentulo in a. DCLXXXII. consul designatus duas eius belli causa legiones conscripsit, quo in exercitu Caesar tribunatum videtur gessisse. Qui si etiam tunc quina demum post stipendia dabatur,

Digitized by Google

Asiaticae expeditionis a privato susceptae rationem habitam statuere licet. Nec mirum, quod in tribunatu nihil omnino eorum, quae tribuni essent, egisse narratur. Militaris enim virtutis et scientiae praestandae in illa belli administratione ne Catoni quidem sub eodem Gellio militanti locus fuit. Caesar autem vel per bimestrem commeatum, quem tribunus legitimum habebat, vel ipsa officii ratione in urbe commorans (absentem enim tantum potuisse minus crediderim) auctores restituendae tribuniciae potestatis, cuius vim Sulla deminuerat, enixissime iuvit. Et illo quidem anno Lollius Palicanus tribunus plebis rem in eodem magistratu primum a. DCLXXVIII. a L. Licinio non omnino frustra tentatam, deinde a. DCLXXX. a L. Quintio contra nitentibus optimatibus, tum paulo ante Spartaci tumultum a Licinio Macro susceptam ita agebat, ut successus, si strenue ageretur, sperari posse videretur. Sed quibus potissimum rebus Caesar eam adiuverit, non constat: duobus quidem annis post, Pompeio et Crasso coss. perfecta est.

Iisdem consulibus vel designatis vel magistratum gerentibus Caesar incertum tribunus adhuc, an privatus uxoris fratri, L. Cinnae, et qui cum eo civili discordia Lepidum, de quo dictum est, secuti post eius necem ad Sertorium confugerant, reditum in civitatem rogatione Plotia confecit habuitque concionem, qua eam rogationem suasit. Ad hoc potissimum triennium contentiones civiles cum Q. Catulo atque aliis eminentissimis viris celeberrimae, quas Velleius dicit, referendae videntur.

Tribunatum secuta est quaestura urbana duobus funeribus domesticis magis, quam ipsius administratione memorabilis nec satis certum a. DCLXXXV. an DCLXXXVI. gesta. Amisit autem quaestor primum Iuliam amitam, quae Mario nupta fuerat, deinde ad finem vergente anno Corneliam uxorem, et utramque e more laudavit pro rostris, amitae vero in funere Marii imagi-

Digitized by Google

nes in conspectum producere ausus est tunc primum post Sullae dominatum, cum Marius hostis iudicatus esset, visas. Quod a nonnullis crimini ei datum populus magno applausu excepit et tamquam ab inferis ex longo intervallo reducentem Marii honores est admiratus.

Quaestori provincia obvenit sub Antistio Vetere praetore Hispania ulterior; ubi cum mandatu praetoris ad ius dicendum conventus circumiret Gadesque venisset, animadversa in Herculis templo magni Alexandri imagine ingemuit, quod nihil dum a se memorabile actum esset in aetate, qua iam Alexander orbem terrarum subegisset. Et cum proxima nocte visus esset per quietem cum matre concubuisse, eoque coniectores arbitrium orbis terrarum portendi dixissent, missionem continuo efflagitavit ad captandas quam primum maiorum rerum occasiones in urbe. Impetrata missione a senatu vel a praetore, nam certi quicquam pronuntiari de eo non magis potest, quam de tempore discessus et de rebus in ipsa provincia gestis, quarum perhonorifica quidem, sed parum definita fit commemoratio, neque illud, quod Cordubae primum comitiali morbo correptus dicitur, quaestorine, an praetori acciderit, satis constat, missione igitur impetrata decessit ante tempus et in itinere colonias Transpadanas adiit, quae post Marsicum bellum iure Latii impertitae de petenda civitate agitabant. Harum motum, cum Caesar ad eas venisset, metuentes consules conscriptas in Ciliciam legiones paulisper retinuerunt.

Reversus in urbem Caesar matrimonium iniit cum Pompeia, Q. Pompeii Rufi et Corneliae Sulla natae filia, cuius et pater et patri cognominis avus alter per Sulpicium tribunum plebis a. DCLXVI., alter eiusdem anni cum Sulla consul non inscio nec invito Pompeii magni patre occisi fuerant, ipsumque Magnum evehentis et ad bellum Mithridaticum, quod Lucullus adhuc gesserat, mittentis tribuni plebis C. Manilii legi tantum plaudente populo, quantum adversante senatus parte maxima pa-

Digitized by Google

trocinatus est. Eodem anno designatus aedilis curulis inter eos fuisse dicitur, qui primum Nonis Dec. cum P. Autronio et L. Catilina et Cn. Pisone coniurarunt, ut Kal. Ian. in Capitolio L. Cottam et L. Torquatum consules occiderent, quorum loco Autronius et Catilina fasces acciperent, Piso cum exercitu Hispanias occuparet, deinde patefacta re Nonas Febr. ad caedem non solum consulum, sed paene universi senatus constituerunt, eoque die atrocissimum facinus perpetraturi fuerunt, nisi iusto maturius Catilina ante curiam, priusquam satis armatorum convenerant, signum coniuratis dedisset. Qua re ad irritum redactis eorum consiliis senatus auctore Crasso Pisonem pro quaestore praeteria potestate in citeriorem Hispaniam ablegavit, ubi aliquanto post ab equitibus quibusdam Hispanis interfectus est, in reliquos decretum, quemadmodum constituerat, proponere intercedente tribuno plebis non potuit, quorum postea nonnulli in iudicium adducti et partim condemnati, partim absoluti sunt. Sed Caesaris nomen in his nunquam delatum est: inimici tantum iique aliarum in eundem calumniarum manifesti post aliquot annos, cum inter alterius coniurationis Catilinae socios nominatus esset, rumorem istum dissiparunt et fidem apud scriptores quosdam invenerunt, quam haberi et ipsius circumspectio et rumoris varietas et repugnans idoneorum auctorum testimonium vetat.

Aedilitate functus est Cotta et Torquato coss. cum M. Calpurnio Bibulo annum agens XXXV. duobus annis prius, quam per legem Villiam licuerat; cui legi derogatum illo tempore fuisse eo probabilius est, quod etiam M. Cato iisdem consulibus annos undetriginta natus quaesturam gessit. Cum moris esset, ut diebus festis ludorum solennitate ab aedilibus celebrandis forum et comitium et basilicae ad forum signis, picturis, vasis aliisque ornamentis instruerentur, per quae tensarum pompa deos ad pulvinaria sua et ad ludos vehentium incederet, Caesar praeter comitium ac forum basilicasque etiam Capi-

Digitized by Google

telium ornavit porticibus ad tempus exstructis, in quibus abundante rerum copia pars apparatus exponeretur. Venationes autem ludosque et cum collega et separatim edidit hosque tam magnifice, ut communium quoque impensarum solus gratiam caperet; quam ob rem Bibulus idem sibi evenisse dicebat, quod Polluci, cui consecrata cum Castore aedes Castoris tantum vocaretur; suam enim Caesarisque munificentiam unius Caesaris dici. Inprimis Megalensium et Romanorum ludorum memorabilis species fuit. Adiecit insuper Caesar etiam epula et munus patris funebre, in quo primus omni apparatu arenae argenteo usus est, ferasque argenteis gaesis incessivere noxii, gladiatorum autem paria depugnavere aliquanto pauciora, quam destinaverat. Nam cum multiplici undique familia comparata inimicos exterruisset, cautum est de numero gladiatorum, quo ne maiorem cuiquam habere Romae liceret. Itaque trecenta viginti paria exhibuit. Neque intra hos fines eius anni sumptus substiterunt. Praeter aedilitatem enim curatio viae Appiae demandata ei a populo erat, in quam ingentem de suo pecuniam impendit. His omnibus rebus conciliato populi amore, cum eodem tempore Alexandrini regem suum socium atque amicum a senatu appellatum expulissent resque vulgo Romae improbaretur, tentavit per partem tribunorum, ut sibi Aegyptus provincia plebiscito daretur; nec obtinuit, adversante optimatium factione. Regem istum sunt qui Ptolemaeum Alexandrum fuisse existiment, quem Cicero orationibus in Rullum Tyri mortuum significet, de quo ita loquitur, ut multis annis ante Caesaris aedilitatem mortuus esse videatur. Neque duorum, quos Appianus novit, Alexandrorum ullus ad haec tempora pertinuit. Magis Auletem fuisse crediderim, qui secundum Eusebium inde ab a. DCLXXVI. regnavit, quamquam is a. demum DCLXXXXV. socii atque amici populi Romani honorem consecutus traditur. Ceterum Cotta et Torquato coss. Romae a nonnullis id actum esse, ut Ae-

Digitized by Google

gyptus provincia ex regno fieret, Ciceronis orationes agragriae liquido demonstrant, et cum Plutarcho auctore idem Crasso censori placeret, cui Caesarem coniunctum fuisse satis constat, non magis a vero abhorret hoc ipsum sibi, quam regem ut reduceret, quemadmodum Suetonius vult, demandari Caesarem cupisse. Crassi autem consilio Catulus collega refragabatur usque eo, ut se uterque eorum censura abdicaret, et Catulum, principem fere optimatium, Caesar haud dubie adversarium habuit, quicquid illis contrarium tentavit. Acceptum in hac contentione dignitatis detrimentum mox compensavit restituendis adversante nobilitate monumentis C. Marii. Nam quo tempore munerum gratia maxime florebat, clam paratas imagines Marii et Victorias tropaea gestantes noctu in Capitolio constituit. Quae cum exorta luce fulgore auri et operis artificio omnium oculos in se converterent, inerant autem triumphorum Marianorum tituli, alii regnum peti a Caesare clamabant sublatos legibus et decretis honores resuscitante populique hac re periculum faciente, an muneribus iam satis delenitus huiusmodi ludibria et rerum novarum molimina patienter ferret, Mariani autem se invicem adhortantes subito incredibili multitudine apparuere et Capitolium plaudentes occupavere; multi etiam lacrimas prae gaudio Marii effigie visa profuderunt et Caesarem laudibus ad coelum tulerunt ut unum ante omnes illius affinitate dignum. Convocato deinde super ea re senatu Catulus in eum invectus est atque inter alia illud memorabile dixit, *iam non cuniculis Caesarem, sed machinis rem publicam oppugnare.* At ille se ita defendit, ut senatui recte a se factum esse persuaderet, magnamque apud populum auctoritatis accessionem faceret. Eo respexisse Cicero videtur, dum Axio scribit *Caesarem in consulatu confirmasse regnum, de quo aedilis cogitavisset.* Quod in eodem magistratu petendorum honorum ius proscriptorum liberis a Sulla ademptum restituisse dicitur, fortasse uni alterique eorum privile-

Digitized by Google

gium confecit, universos quidem non prius, quam dictator dictus esset, eo beneficio devinxit.

Aedilitate perfunctus L. Iulio Caesare et C. Marco Figulo coss. quaestionem de sicariis exercuit, iudex quaestionis, ut videtur, et praetoris eius, cui ea obvenerat, vicarius constitutus, et eos quoque sicariorum numero habuit et aqua ignique interdixit, qui temporibus Sullanis ob relata civium Romanorum capita pecunias ex aerario acceperant, quamquam exceptos Corneliis legibus, in his L. Bellienum, Catilinae avunculum, qui Sulla iubente ante ipsius pedes Q. Lucretium Ofellam, quod contra eius voluntatem consulatum petebat, obtruncaverat, et Muscium centurionem, qui tribus proscriptis interfectis septuaginta duo milia HS. abstulerat. Severitatis in eos exemplum anno superiori praeiverat Cato quaestor singulos publica pecunia ob nefas donatos ad se vocans et vehementer increpitos reddere acceptam cogens, qui protinus inter sicarios adducti in iudicium condemnatique sunt. Sed Catilinam Caesar eodem nomine apud se accusatum absolvit.

Sequuntur consules Cicero et C. Antonius, qui annus has deinceps actiones Caesaris habet. Caius Rabirius erat, senator, provectae iam aetatis, nulli iniuriam faciens, sed quo praecipuo adiutore triginta sex annis ante L. Saturnini seditiosum tribunatum senatus coercuerat. Ad hunc accusandum Caesar T. Labienum, tribunum plebis, qui et ipse sub P. Servilio, ut Caesar, militaverat, cuius patruus Q. Labienus in illa seditione una cum Saturnino fuerat interfectus, subornavit. Is igitur ob caedem Saturnini tribuni plebis sacrosancti Rabirium in ius vocat; contra optimates, quicquid senatus auctoritate illo in tempore fecisset, accusationi locum esse negant. Magna utrinque contentione certatur, denique Caesar obtinet, ut iudicetur. Rursus certatum est de actione et de iudicio, rursusque adversarii vicerunt, ut perduellionis a duumviris iudicaretur. Duumviri non

Digitized by Google

a populo, ut mos maiorum postulabat, dati, sed a praetore sorte ducti sunt Caesar ipse et L. Caesar. Ab his statim damnatus Rabirius ad populum provocavit impetravitque per Ciceronem, ut sublata duumvirum sententia, quae antiquitus usurpatam perduellionis poenam capitalem irrogaverat, de multa exilioque apud populum contenderet. Ibi defensus ab Hortensio et ab ipso Cicerone, cuius oratio partim superest, tamen condemnatus esset, nisi Metellus Celer, augur et praetor, cum a multitudine non audiretur, in Ianiculum provolasset vexilloque detracto comitia diremisset. Labienus actione destitit, Rabirius liberatus est. Qui si occiderat tribunum Saturninum, cuius etiam caput per convivia in ludibrium circumtulisse traditur, utique accusari et condemnari bono iure ab eo potuit, qui Sullae iussu perpetratas privatorum hominum caedes damnatione eorum, qui perpetraverant, vindicasset. Sed non occidisse Cicero in oratione pro Rabirio dicit multorum testimoniis, Hortensio copiosissime defendente, probatum. Itaque ambiguum, qua mente Caesar egerit. Praeterea C. Calpurnium Pisonem in iudicio repetundarum oppugnavit propter cuiusdam Transpadani supplicium iniustum. Piso consulatu a. u. DCLXXXVII. cum M' Acilio Glabrione non sine fortitudinis et constantiae laude gesto ulteriori Galliae praefuerat turbasque Allobrogum composuerat, deinde accusatus a Gallis defensusque hoc anno a Cicerone consulatus memoria potius, quam ob innocentiam est absolutus. De Caesaris oppugnatione nihil constat, nisi necessitudinem ipsi cum Transpadanis fuisse, qua facile adduci potuerit, ut accusaret Pisonem vel potius accusatori subscriberet, Pisoni vero inimicitiarum, quas paulo post, cum de Catilinae coniuratione ageretur, cum illo exercuit, hanc causam exstitisse. Contra adiuvit quam maxime T. Labienum et T. Ampium tribunos plebis absentis Cn. Pompeii, sed iamiam cum exercitu victore ex Asia redituri gratia legem ferentes, ut is ludis circensi-

Digitized by Google

bus corona laurea et omni cultu triumphantium, scenicis autem praetexta coronaque laurea uteretur, et quamvis repugnante Catone ut perferretur, effecit. Pari successu Labieno adfuit Domitiam legem de sacerdotiis a. u. DCL. latam, postea vero a Sulla abrogatam restituenti, ex qua lege comitiis tributis non solum pontifex et curio maximi, ut antea, sed etiam reliqui sacerdotes, qui adhuc a collegiis ipsorum cooptari solebant, per populum creabantur ita, ut quem novem tribus ex septendecim sorte ductis iussissent, a collegio cooptaretur. His perfectis, cum Metellus Pius, pontifex maximus, diem supremum obisset, et Catulus, omnium consensione senatus princeps, et P. Servilius Isauricus fere aequalis dignitatis pontificatum peterent, Caesar item petere coepit non sine profusissima largitione, Catuloque mox de suae petitionis eventu sollicito et quo altiore loco erat, eo gravius repulsam pertimescenti magnamque ei, si desisteret, pecuniam offerenti etiam maiorem se fenore sumpturum et perseveraturum in petitione respondit. Cum autem dies adesset comitiorum et mane descenderet, reputans magnitudinem aeris alieni praedixisse matri osculanti fertur domum se nisi pontificem non reversurum. Atque ita potentissimos duos competitores superavit, ut plura ipse in eorum tribubus suffragia, quam uterque in omnibus tulerit. Qua in re vetus exemplum renovatum est P. Licinii Crassi, qui a. u. DXXXXII. in eodem certamine iuvenis nondum aedilitatem adeptus senes consulares et censorios devicit. Ceterum post pontificatum maximum Caesar relicta Subura in sacra via domo publica habitavit. Eiusdem anni praetoriis comitiis praetor urbanus designatus est, ultimo vero mense eorum, quae de Catilinae coniuratione acta sunt, insigniter particeps fuit. Non prorsus enim antequam a Cicerone patefactum esset, quid isti pararent, nesciebat et ut conscius sceleris in magnam invidiam adductus est a Pisone et Catulo, usque adeo, ut Nonis Decembribus senatu L. Tarquinii causa,

Digitized by Google

qui sese a Crasso ad Catilinam missum diceret, in aede Concordiae habito nonnulli equites Romani, qui praesidii causa cum telis erant circum aedem, seu periculi magnitudine seu animi nobilitate impulsi, quo studium suum in rem publicam clarius esset, egredienti ex senatu Caesari gladio minitarentur. Deinde cum periculum esset, ne Lentulus et Cethegus, qui cum Statilio, Gabinio et Coepario pridie in senatu convicti in liberis custodiis apud praetores habebantur (Caesari Statilius custodiendus obvenerat) per vim eriperentur a suis, et iterum consul eodem die senatum convocasset, ut de captivis statueret, omnesque ante illum sententiam rogati cum D. Silano, consule designato, extremum supplicium de eis sumendum esse censuissent, ille publicandas eorum pecunias, ipsos in vinculis habendos per municipia, quae maxime opibus valerent, neu quis de his postea ad senatum referret neve cum populo ageret, qui aliter fecisset, senatum existimare eum contra rem publicam et salutem omnium facturum oratione doctissima habita censuit. Ac tantum metum iniecerat asperiora suadentibus identidem ostentans, quanta eos in posterum a plebe Romana maneret invidia, ut et Silanus sententiam suam, quia mutare turpe erat, interpretatione leniret velut gravius, quam ipse sensisset, exceptam, pedibusque in sententiam Ti. Neronis iturum se diceret, quod de ea re praesidiis additis referendum censuerat, et ceteri vel Caesari, ut Cicero consulis frater, vel Neroni assentirentur, donec Cato, tribunus plebis designatus, sententiam paene inter ultimos interrogatus graviter in Caesarem, ut fautorem et socium Catilinae item in Silanum reliquosque lenitatem suadentes declamans sic impendentia ex ruinis incendiisque urbis et commutatione status publici pericula exposuit, ut magnam animorum omnium conversionem efficeret. Atrociore sententia vincente, quam ante Catonem etiam Catulus contra Caesarem defenderat, Caesar contendere coepit, ne repudiata leniore parte suae

Digitized by Google

asperior, quae ad bona spectabat, retineretur, id quod nonnullis placebat, eaque de re tribunos plebis appellavit. Inter contentionem autem, quam cum Catone habebat, senatu in utrumque intento tabella ei allata est, quam Cato cum suspectam redderet et recitari iuberet, Caesar ipsi prope stanti porrexit, ille vero perlectam, cum Serviliae sororis suae epistolam amatoriam esse vidisset, *Tene*, inquit, *temulente*, et ad Caesarem reiecit. Ad extremum facto in Catonis sententiam senatusconsulto publicatio bonorum remissa, de ipsis captivis eadem nocte a consule supplicium sumptum est. Paucis post diebus Caesare in senatu crimen in se coniectum diluente cum tumultuosius res ageretur et diutius, quam solebat, senatus consideret, multitudo clamore sublato curiam cingens Caesarem dimitti iubebat. Itaque Cato pauperes maxime timens, qui novarum rerum cupidi spem in Caesare positam haberent, senatui persuasit, ut menstruum eis frumentum daretur, quo decreto annuae impensae trecenties HS. accessere, sed instans a Caesare eiusque praetura timor discessit.

Primo praeturae die auspicium ab impugnatione adversariorum petens rogationem promulgavit, qua refectionem Capitolii, quod temporibus Sullanis incendio absumptum Catulo restituendum traditum erat, in Pompeium transferebat, cuius etiam nomen eraso Catuli nomine inscribi iubebat, et Catulum ipsum ad disquisitionem populi vocavit, ut expensae pecuniae rationem redderet, prodeuntemque in concionem Rostris prohibuit et ex inferiore loco dicere iussit. Simul Metello Nepoti, tribuno plebis, non solum in senatu Ciceronem propter supplicium de quinque coniuratis sumptum oppugnanti, sed etiam ad populum de Pompeio cum exercitu in urbem ad rem publicam constituendam revocando legem adversus Catonis et Minucii Thermi collegarum intercessionem ferenti auctorem propugnatoremque se praestitit; qui quidem conatus inprimis Catonis virtute et constantia re-

Digitized by Google

pressus est. Ille enim in templum a Nepote et Caesare occupatum animo fortissimo et loco inter utrumque capto recitationem legis quamdiu poterat, prohibuit, deinde cum armatorum impetu deturbatus cessisset, praeter exspectationem cum suis reversus adversarios ita terruit, ut Nepos iterum concione convocata vehementer in Catonem eiusque regnum invectus edicto in senatum proposito celeriter ad Pompeium in Asiam proficisceretur. Neque vero senatui, qui post priorem Nepotis concionem vestem mutaverat et rem publicam consulibus, ne quid detrimenti caperet, tradiderat, in eo coercendo severitas defuit, removendumque cum ignominia a rei publicae administratione decrevit. Quo exemplo Caesar deterritus Catulum quoque, ad quem defendendum optimates relicto statim novorum consulum officio frequentes concucurrissent, persequi destitit. Etiam oratio eius ferebatur his diebus pro Metello habita, quam tamen Augustus existimabat magis ab actuariis exceptam male subsequentibus verba dicentis, quam ab ipso editam, quamque Suetonius in quibusdam exemplaribus ne inscriptam quidem, ut debebat, *pro Metello*, sed *quam scripsit Metello*, invenit, cum ex persona Caesaris sermo esset, Metellum seque adversus communium obtrectatorum criminationes purgantis. Ceterum Metellus Catone suadente Pompeii gratia senatusconsulto sublevatus est. Caesari vero novum negotium exhibuerunt Q. Curius senator et L. Vettius Iudex, eques Romanus, qui cum ambo coniuravissent cum Catilina et impunitate praemiorumque spe proposita nomina multa coniuratorum detulissent, Caesarem inter eosdem alter in senatu, alter apud Novium Nigrum, cui ea quaestio demandata erat, nominaverunt. Curius e Catilina se cognovisse dicebat, Vettius etiam chirographum eius Catilinae datum pollicebatur. Id vero Caesar nullo modo tolerandum existimans, cum implorato Ciceronis testimonio quaedam se de coniuratione ultro ad eum detulisse docuisset, ne Curio praemia, quod primus con-

Digitized by Google

furatorum consilia detexerat, publice constituta darentur, effecit, Vettium, qui alios quoque false vel nominasse vel reticuisse videbatur, pignoribus captis et direpta supellectile male mulcatum ac pro rostris in concione paene discerptum coniecit in carcerem: eodem Novium Nigrum, quod compellari apud se maiorem potestatem passus esset. Atque secundum haec expers sceleris fuisse nunc quoque iudicari debet, quamquam idem Cicero, qui Sallustio teste a Pisone et Catulo moveri non potuerat, ut Caesarem falso inter socios Catilinae nominaret, Plutarcho referente in oratione post eius mortem edita ipsum et Crassum culpae participem fuisse dixit.

Ad civiles, quibus hoc anno conflictatus est Caesar, procellas sub finem incommodum accessit domesticum. Nam domi eius praetoris, cum pro populo fieret, deprehensus est cum veste muliebri P. Clodius Appii filius, Pompeiae adulter, et iussu Aureliae emissus, sacrificium autem a virginibus Vestae instauratum. Quo rumore celeriter per urbem divulgato non solum Caesari iniuria illata, sed adversus rem publicam deosque immortales factum omnibus videbatur. Itaque initio novi anni M. Pupio Pisone et M. Valerio Messala consulibus mentio de ea re a Q. Cornificio in senatu facta, postea res ex senatusconsulto ad pontifices relata idque ab iis nefas est decretum. Deinde ex senatusconsulto consules rogationem de religione et de iudicio Clodii promulgarunt, uxori Caesar nuntium remisit. Sed in ipso iudicio pollutarum cerimoniarum testis in Clodium citatus negavit se quicquam comperisse, quamvis et mater Aurelia et soror Iulia apud eosdem iudices omnia ex fide retulissent; interrogatusque, cur igitur repudiasset uxorem, *Quoniam*, inquit, *meos tam suspicione, quam crimine, iudico carere oportere;* neque absoluto ab iudicibus pecunia corruptis Clodio inimicus est factus.

Occupatione iudicii Clodiani accidit, ut praetores provincias circiter Martias demum Kalendas sortirentur,

Digitized by Google

quo facto Caesari eadem Hispania ulterior, in qua quaestor fuerat, obvenit. Sed profecturum retinebant creditores, quorum maxime importunos cum Crassi interventu ducenties HS. sponsione recipientis submovisset (debebat autem millies) metu iudicii, quod privato parabatur, prius etiam, quam provinciae ornarentur, profectus est, secumque Masintham, nobilem iuvenem, quem adversus Hiempsalem regem tam enixe defenderat, ut Iubae, regis filio, in altercatione barbam invaderet, stipendiariumque pronuntiatum abstrahentibus eripuerat diuque apud se occultaverat, Masintham igitur secum inter officia prosequentium fascesque lictorum lectica sua avexit. In itinere Alpibus superatis oppidulum barbarorum miserum et a paucissimis inhabitatum praeteriens amicis iocose quaerentibus, an his quoque de principatu contentiones et mutuae potentium obtrectationes essent, serio dixisse dicitur se hic primum, quam Romae secundum esse malle. Vt in provinciam venit, statim ad viginti cohortes, quae ibi erant, decem novis additis de tollendis latrociniis et de subigendis populis nondum subactis cogitare coepit. Itaque montis Herminii in Lusitania incolas relinquere montem tamquam latronum receptaculum et in agris sedem ponere iussit. Quod cum facere recusarent armisque congrederentur, proelio commisso eos vicit. Deinde finitimis populis metuentibus, ne contra se iret, eaque de causa uxores et liberos et quae carissima habebant, trans flumen Durium transportantibus oppida eorum praeoccupavit et adversus ipsos duxit. Qui cum greges Romanis obiecissent, ut praedae intentos adorirentur, misso pecore hostes excepit et fudit. Interim Herminienses defecisse atque impetum in suos redeuntes parare certior factus alio itinere copiis reductis iterum commisso proelio victos ad Oceanum usque persecutus est. Inde cum insulam fuga petissent, ratibus iunctis partem militum transiecit, quorum dux appulsis ad terram insulae coniunctam ratibus expositisque militibus

Digitized by Google

tamquam pedibus in insulam transituris superveniente aestu abreptus suos ibi dereliquit. Qui omnes fortiter pugnantes interfecti sunt praeter unum P. Scaevium, qui solus relictus scuto amisso et vulneribus multis acceptis in aquam insiluit et natando evasit. Hoc detrimento accepto Caesar classe Gadibus arcessita cum omnibus copiis in insulam transgressus inopia cibariorum laborantes facile in potestatem redegit. Iisdem navibus Brigantium, oppidum Callaeciae, aggressus est, cuius incolae ipso classis, quam numquam antea viderant, strepitu perterriti sine mora se dediderunt. Sic devictis Lusitanis et Callaecis imperator a militibus appellatus est. Neque vero bellicam tantum sibi laudem comparavit, sed etiam reliquarum rerum administratione bene de provincia meruit. Nam et tributa, quae Metellus imposuerat, a senatu ut remitterentur, impetravit et concordiam in civitatibus restituit inter creditores maxime ac debitores, quos tertiam partem redituum tenere, reliquas duas creditoribus, quoad solutum esset nomen, cedere iussit, et nominatim Gaditanorum, qua ex civitate L. Cornelio Balbo per Pompeium cive Romano facto familiariter utebatur, controversias sedavit, iura ipsorum permissu statuit, inveteratam quandam barbariam ex eorum moribus disciplinaque delevit. Sed et milites locupletasse et in aerarium magnam pecuniam intulisse, tum vero etiam suam rem familiarem auxisse ex Hispania dicitur.

Reliquit provinciam non exspectato successore ad triumphum simul consulatumque petendum properans. Sed triumphum, quem concessum a senatu magnificentissime apparare in suburbiis coeperat, petitionis causa consulatus, postquam absentis ratio ut haberetur, obtinere non potuit Catone maxime impediente et diem extremum dicendo eximente, dimisit idque eo aequiore animo, quo maiora consulem sese et ex consulatu gesturum sperabat. Quam ad spem praeter alia equus insignis incitasse eum traditur, quem pedibus anterioribus prope hu-

Digitized by Google

manis et in modum digitorum ungulis fissis natum apud se nec patientem sessoris alterius, cum haruspices imperium orbis terrae significare domino pronuntiassent, magna cura aluit, cuius etiam effigiem ante Veneris Genetricis aedem postea locavit. E duobus consulatus competitoribus, L. Lucceio Marcoque Bibulo, Lucceium sibi adiunxit pactus, ut is, quoniam inferior gratia esset pecuniaque polleret, numos de suo communi nomine per centurias pronuntiaret. Qua re cognita optimates Bibulo inimicissimo eius auctores fuerunt tantundem pollicendi, ac plerique pecunias contulerunt ne Catone quidem abnuente eam largitionem e republica fieri. Nam nihil non ausurus in summo magistratu videbatur concordi et consentiente collega, praesertim cum et M. Crassum, divitiis praepollentem, et Cn. Pompeium, summae auctoritatis civem, omnibus officiis assectatus amicos haberet; qua quidem ex re de prudentia eius iudicari poterat, qui invicem quam maxime adversantes pariter sibi coniunxisset. Pompeius autem offensus erat patribus, quod Mithridate victo cunctantius acta sua, qui iam superioris anni initio in urbem revertisset, ab iis confirmarentur, cum praecipue Lucullus et Cato et post dimissam a Pompeio Muciam Metellus, Muciae frater idemque huius anni cum Afranio consul, obstarent. Itaque cum Bibulo Caesar consul est designatus. Iam vero parum se munitum existimans, si Pompeium inter et Crassum, quamvis sibi amicos, veteres ex consulatu, quem summa discordia simul gesserant, inimicitiae manerent, operam dedit, ut reconciliarentur. Quo facto societas trium virorum inita est, ne quid ageretur in re publica, quod displicuisset ulli e tribus, eamque iureiurando confirmaverunt et quantum fieri potuit, occultarunt.

Inito Caesar consulatu primus omnium instituit, ut tam senatus quam populi diurna acta conferent et publicarentur. Cuius rei ratio in aperto, sed quem eventum habuerit, obscurum est: partem quidem eam, quae

Digitized by Google

ad senatum pertineret, novam fuisse constat, alteram ad imitationem annalium, qui maximi dicebantur et usque ad P. Mucium pontificem maximum litteris mandari a pontifice consueverant, institutam existimes. Antiquum etiam retulit morem, ut quo mense fasces non haberet, accensus ante eum iret, lictores sine fascibus non quemadmodum adhuc soliti erant, ante irent, sed pone sequerentur. Item primis anni diebus legem agrariam, iam ante praeparatam, qua universum agrum publicum Italiae praeter Campanum, qui propter fertilitatem excipiebatur, et reliqui tantum, quantum possessores pretio secundum aestimationem in censu factam publice numerando vendere vellent, per viginti viros omnibus civibus egenis dividebat, in senatu recitavit et nominatim unumquemque interrogavit, numquid reprehenderet, quae displicerent se vel mutaturum vel omnino inducturum promittens. Re aliquamdiu in senatu acta, cum optimates semper se auctores futuros pollicerentur nec promisso starent, Cato vero simpliciter nova lege opus esse negaret, hunc Caesar in carcerem duci iussit, mox haud gravate euntem, cum multi senatorum sequerentur, una cum senatu dimisit legemque ad populum tulit et suffragantibus Pompeio et Crasso pertulit. Obnuntiantem collegam armis foro expulsum ac postero die senatu conquestum nec quoquam reperto, qui super tali consternatione referre aut censere aliquid auderet, in eam coegit desperationem, ut per decem menses quoad potestate abiret, domo abditus nihil aliud, quam per edicta obnuntiaret; quibus edictis Caesar, licet contumeliosissima essent, nec deterreri potuit nec prohiberi, quo minus omnia, quae vellet, per populum tribunosque plebis maximam partem ipsi deditos perficeret. Itaque et publicanis remissionem tertiae mercedum partis et Ptolemaeo, regi Alexandrino, societatem populi Romani et P. Clodio ad plebem transitionem et Cn. Pompeio in Asia actorum confirmationem legibus vel per se

Digitized by Google

vel per Vatinium tribunum plebis latis confecit, Ptolemaeo vero ac Pompeio post leges, cum adversariorum et optimatium factio partim metu partim consilii inopia acrius resistere desiisset, etiam senatusconsulta foedus et acta firmantia impetravit. Mense Maio alteram legem agrariam tulit, qua Campanum agrum priori lege exceptum et ad subsidia rei publicae vectigalem relictum campumque Stellatem item in Campania situm per viginti viros nescio an eosdem, quos prior lex habebat, extra sortem divisit ad viginti milibus civium, quibus terni pluresve liberi essent. Multas praeterea leges dedit, quas scriptores veluti nullius ad historiam momenti praetermittentes fecerunt, nihil ut egisse consul Caesar videatur, nisi quod ad ipsius potentiam confirmandam atque augendam spectaret. Sed una earum, cuius notitiam paulo pleniorem habemus, minime eum rei publicae defuisse probat et alias quoque civium commodis prospexisse atque ob id ipsum, quod neque evertendae libertatis essent neque morum eius imaginem referre viderentur, silentio a scriptoribus praeteritas esse persuadet. Ea est lex Iulia de pecuniis repetundis, centum amplius capitibus constans, severior aliquanto et accuratior, quam quae adhuc obtinuerat, Cornelia, et ad omnes pecunias pertinens, quas quis in magistratu, potestate, curatione, legatione vel quo alio officio, munere ministerieve publico cepisset, vel cum ex cohorte alicuius eorum esset. Non magis privatae latoris potius, quam publicae utilitati consuluisse videtur iudiciaria lex de sortiendis iudicibus, quam locus quidam Dionis Cassii hoc anno latam a Caesare ostendit. Reliquae vero, quae haud paucae feruntur leges Iuliae, dictatoris Caesaris, nonnulliae etiam Augusti fuerunt. Eodem tempore, quo Campanam legem promulgabat, artiorem cum Pompeio coniunctionem fecit Iuliam ei filiam repudiato priore sponso Servilio Caepione Bruto an Bruti cognomine, cuius vel praecipua opera paulo

Digitized by Google

ante Bibulum impugnaverat, praeter omnium exspectationem collocans, ipse vero Calpurniam, L. Pisonis filiam successuri sibi in consulatu, uxorem duxit. Ac post novam affinitatem Pompeium primum rogare sententiam coepit; cum Crassum soleret essetque consuetudo, ut quem ordinem interrogandi sententias consul Kalendis Ian. instituisset, eum toto anno conservaret, atque eius rei rationem senatui reddidit. Eundem Pompeium inde ab hoc anno usque ad initium civilis belli heredem ab eo scribi solitum Q. Tubero apud Suetonium tradit. Quibus omnibus rebus repugnare eorum opinio videtur, qui iam tum Pompeium una cum ceteris opprimendi consilium captum ab eo fuisse statuunt. Paulo post illas, quae commemoratae sunt, nuptias, quarum fortasse occasione ludos venationesque exhibuit, quos Appianus hoc quoque anno populi devinciendi causa exhibitos ab eo scribit, cum senatus superiore anno designatis consulibus provincias minimi negotii, id est, silvarum et callium seu saltuum per Italiam curam decrevisset, qua maxime iniuria incitatus abalienare Pompeium ab optimatibus contenderat, cum Vatinio egit, ut a populo Gallia, quam copiosissimam triumphorum materiam arbitrabatur, sibi provincia daretur, et Galliam Cisalpinam Illyrico adiecto cum tribus legionibus quinque in annos, quod ante id tempus nulli contigerat, lege Vatinia accepit. Mox per senatum Pompeio auctore, Crasso, Pisone socero, Clodio adiuvantibus Transalpina, quae appellabatur comata, cum una legione in quinquennium est adiuncta, seu veritis patribus, ne si ipsi negassent, populus et hanc daret, seu sperantibus fore ut nunquam cis Alpes remearet. Periculosum enim in Gallia bellum futurum videbatur, cum et Allobroges nuper pacati inimicum erga Romanos animum retinerent, et Helvetii, quorum patres L. Cassium consulem interfecerant et eius exercitum sub iugum miserant, iterum de finibus suis exire pararent, et magna multitudo Germanorum Rhenum

Digitized by Google

traducta Romanorum socii Haeduis devictis inter Sequanos consedisset, cui qui praeerat Ariovistus, etsi paulo ante et ipso Caesare consule si minus agente, at concedente certe rex et amicus a senatu appellatus, tamen proconsulem ut pro hoste haberet, impelli posse videretur. Alii propterea optimates faciliores se Caesari praebuisse existimant, quod ipse oratione Q. Considii admonitus moderatius agere coepisset. Considium enim gravem aetate senatorem, cum infrequens Caesari curia esset, armorum et militum terrore multos prohiberi dixisse, interrogatumque, cur igitur non ipse quoque eo terrore se domi contineret, senectutem sibi securitatis causam esse, quoniam exiguum, quod superesset, vitae curae non multum requireret, respondisse Plutarchus narrat, et oratione fortissimi senis, Q. Considii, caedem, quam modo timuissent, discussam Cicero mense Sextili ad Atticum scribit. Quae parum firma sunt coniecturae fundamenta. Ceterum non facile eo, quod caedem remitteret, (si tamen unquam de caede cogitaverat et non vanus iste Ciceroni et quibusdam meticulosis fortasse praesidio armatorum circum curiam posito adversus insidias, quales Pompeio strui ipse Bibulus mense Maio monuerat, iniectus erat timor) tantam apud patres gratiam mire potuit, ut illo eum decreto remuneraturi fuerint; neque ipse beneficii loco decretum habuit, si quidem paucos post dies frequenti curia iactavit, invitis et gementibus adversariis adeptum se quae concupisset, proinde ex eo insultaturum omnium capitibus; ac negante quodam per contumeliam facile hoc ulli feminae fore respondit, in Syria quoque regnasse Semiramin magnamque Asiae partem Amazonas tenuisse quondam. Atque similis huic animum elatum vehementiusque agitatum prodenti verborum ferocitati factorum proxime insecutorum violentia est. Dilatis a Bibulo in mensem Octobrem comitiis, quod solebat ea res populi voluntatem offendere, seditiosissima oratione impellebat concionem, ut ad Bibu-

Digitized by Google

lum iret, neque tamen vocem exprimere potuit. Cumque adversariorum, in primis Curionis filii et nonnullorum de nobilitate adolescentium crebrior esset et liberior in Triumviros, nominatim in Pompeium, cuius auctoritate geri omnia putarent, inimici animi significatio atque ipse populus Caesarem sine plausu, Caesaris vero amicos sibilis exciperet, contra universos diversae factionis inductus est L. Vettius Iudex, idem, qui Caesaris nomen in sociis Catilinae detulerat, seque de inferenda Pompeio nece sollicitatum professus in senatu Bibulum et Curionem et nonnullos adolescentes, postero autem die a Caesare in Rostris constitutus Lucullum, C. Fannium, L. Domitium, Ciceronem eiusque generum Pisonem, item M. Laterensem, qui tribunatum plebis petere destiterat, ne in leges Caesaris agrarias iuraret, nominavit. Sed parum probabiliter rem mandatam exsecutus et tantum non mendacii convictus, priusquam iudicium de eo fieret, in carcere obiit, voluntaria, ut vulgabatur, morte, ut communis ferebat opinio, interfectus ab iisdem, a quibus subornatus ad indicium fuerat; inter quos Vatinium principem actoris locum tenuisse, Caesarem, si minus consultum de omnibus, certe nihil celatum fuisse vero proximum videtur.

Initio anni sequentis, L. Calpurnio Pisone, A. Gabinio consulibus, cum C. Memmius et L. Domitius praetores de Caesaris actis referrent eumque, quod adversus auspicia et leges consulatum gessisset, ad disquisitionem senatus vocarent, Caesar cognitionem senatui detulit, nec illo suscipiente triduoque per irritas altercationes absumpto in provinciam abiturus urbem reliquit. Atque earum rerum, quibus sua acta in senatu defenderat, memoriam tribus in Domitium et Memmium orationibus prodidit, quae aetatem non tulerunt, in quibus nominatim agrariae legis causam permisisse senatui videtur. Vixdum egresso ex urbe proconsule quaestor eius, qui consuli attributus fuerat, in praeiudicium aliquot crimi-

Digitized by Google

nibus arreptus est. Mox et ipse a L. Antistio, tribuno plebis, postulatus appellato demum collegio tribunorum obtinuit, cum rei publicae causa abesset, reus ne fieret. Interim P. Clodius plebeius per Caesarem, deinde tribunus plebis factus, omnibus modis impugnare atque evertere Ciceronem contendens magno in periculo et maiore in metu versantem eo compulit, ut cum alios inimicos vel quos putabat inimicos habere, tum Caesarem nondum ab urbe profectum adiret atque auxilium eius imploraret. Nec frustra. Nam Caesar, quod superiori anno identidem ei obtulerat, si sibi legatus esse vellet, in eo tum quoque manebat. Sed Clodius effugere Ciceronem ex tribunatu suo intelligens redire se in gratiam cum eo velle simulavit, qua fraude inductus ille renuntiata Caesari legatione ad rem publicam sese revertit.

Tum vero Caesar in concione, cum Clodius legem suam in Ciceronem perlaturus populum extra portas, ut Caesari interesse liceret, in circum Flaminium vocasset, non bene sibi nec legitime factum videri demonstravit, quod indicta causa occisi essent quinque Catilinae coniurati (hoc enim crimini dabatur Ciceroni) neque tamen in rem, quae dudum facta esset, legem sibi dari placere. Quo facto cum Cicero aliis frustra tentatis sua sponte in exilium abiisset, Caesar ab urbe proficisci maturavit et in Galliam ulteriorem contendit.

Sed quoniam earum rerum, quas ibi gessit, memoria his, quos edendos suscepimus, Commentariis prodita est, narrationi nostrae finem imponere et de Commentariis ipsis, deinde de ratione, quam in edendis secuti sumus, verba facere placuit. Ac septem de bello Gallico libros (nam de reliquis alio loco dicetur) ab ipso Caesare et scriptos et editos esse ex Suetonii Iulio cap. 56 ibique relatis Ciceronis, Hirtii et Pollionis Asinii testimoniis, item ex Strabonis loco l. 4, p. 4 Tz., ex Taciti Germania cap. 28, ex Prisciano l. 7 cap. 16 §. 75 Kr. *maribus* a Caesare in quinto belli Gallici (cap. 1) positum tra-

Digitized by Google

dente, denique ex plurimorum librorum MSS. auctoritate Caesaris nomen in fronte gerentium satis constat. Quod si tamen a multis seculi decimi tertii, quarti, quinti viris doctis ignoratum et Iulius quidam Celsus vel scripsisse vel digessisse atque edidisse de bellis Caesaris commentarios creditus est, erroris occasionem ipse scriptor de Caesare tamquam de diversa a se persona loquens dedisse, ceterum quod in multis codicibus Celsi nomen ut qui legerit et emendaverit Commentarios, subscriptum est, confirmasse errorem videtur. Nomen *Commentariorum* praescripsisse Caesarem non tam codicibus MSS., quorum antiquissimi *libros* vel *historias* vel alia minus apta praeposita habent, qui *commentarios* habent, fere recentiores sunt, quam supra memoratis auctoribus credimus, inter quos Hirtius non solum in praefatione libri octavi, sed etiam cap. 3, 15, 30, 48 Commentarios Caesaris nominat, Strabo quae in Commentariis exstant, ἐν τοῖς ὑπομνήμασιν ab eo prodita dicit. Nec sine ratione hoc titulo usus videtur. Sive enim illud, quod Cicero et Hirtius significant, propositum ei erat, ut qui historiam scribere vellent, parata haberent unde sumerent, titulus ipse scriptores quodammodo invitabat et quo consilio editus liber esset, docebat. Commentarii enim breves nullaque arte compositae appellabantur rerum gestarum narrationes, ex quibus tamquam ex materia scriptores historiam conficerent. Itaque Cicero ad Fam. 5, 12 postquam Lucceium rogavit, ut historiam rerum a se consule gestarum peculiari libro comprehenderet, *Si suscipis*, inquit, *caussam, conficiam commentarios rerum omnium.* Sin, id quod ante actae vitae et necessitati rerum urbanarum ac publicarum magis conveniebat, existimationis suae tuendae populoque commendandae causa eos scripserat, eodem nomine et consilium velabat suum et hos ipsos ad legendum alliciebat, a quibus legi maxime vellet. Scilicet non ornatum aut artificiosum opus, quod ab hominibus doctis aestimari probarique cuperet, sed simplicem nar-

Digitized by Google

rationem premittebat, qua vel mediocriter litterati summam rerum gravissimarum, si vellent, edoceri possent. Quo tempore Caesar Commentarios ediderit, etsi certis documentis demonstrari nequeat, coniectura tamen probabili primis anni urbis septingentesimi tertii mensibus factum statuere licet. Cuius rei argumenta ex ipsis Commentariis, tum ex Ciceronis epistolis atque ex adversariorum Caesaris conatibus illius temporis ducta exposuimus in commentatione sermone Germanico scripta editaque ante hos viginti annos a Wachlero in Philomathiae volumine primo, p. 180 sqq. Sed unde eos conficeret confectosque ederet, iam ante parata et scripta habuerit necesse est; nisi forte adeo vel valuisse eum memoria vel confisum esse putamus, ut non modo quotannis de summa rerum gestarum referre ad senatum, verum etiam post septem annos tantam rerum varietatem, tot mensuram itinerum, montium, fluminum et aliarum rerum saepe parvarum, tot captivorum et interfectorum numeros atque ipsa multorum verba perscribere sine praesidio litterarum potuisse videatur. Neque propterea, quod mentio fontis, ex quo Commentarii fluxerint, nusquam iniecta sit, ex nullo fluxisse existimandi sunt. Nam id quidem mirum et memorabile videri debebat, Caesarem nullo adminiculo usum tamen facile et celeriter, ut praedicat Hirtius, composuisse Commentarios, usum vero et adiutum composuisse sua quisque sponte intelligebat. Nec nihil omnino huiusmodi commemoratum videmus. Servius enim ad Aeneidis 11, 743 haec adscripsit: *C. Iulius Caesar cum dimicaret in Gallia et ab hoste raptus equo eius portaretur armatus, occurrit de hostibus qui eum nosset, et insultans ait: Caesar, Caesar, quod Gallorum lingua dimitte significat. Et ita factum est, ut dimitteretur. Hoc autem ipse Caesar in Ephemeride sua dicit, ubi propriam commemorat felicitatem.* Quam narrationem qui ex nostris Commentariis, sed plenioribus illis magisque, quam hodie circumferantur, integris petitam arbitran-

Digitized by Google

tur, non rectius facere videntur, quam qui falsam fictamque autumant. Etenim in his Commentariis felicitatem quidem suam in gerenda re publica conspiciendam significare et praedicare non dubitat, sed de suis singulatim periculis et casibus sive religione quadam impeditus, sive ne quid temere nimisve fortunae obnoxius egisse videretur, verba facere fugit; neque qua in parte illud olim positum, nunc deperditum existimari possit, apparet. In ephemeridibus vero seu commentariis diurnis privatum in usum scriptis nec unquam in publicum prodituris etiam huiusmodi rebus locum fuisse consentaneum est. Itaque quod etiamsi nullus exstaret testis, tamen per se admodum probabile esset, in ephemerides primum Caesarem quicquid in Gallia memorabile accidisset, relatum habuisse, testimonio Servii accedente pro certo ponimus earumque ope postea occasione oblata Commentarios eum confecisse statuimus. Quos si Asinius Pollio quaedam memoriae errore perperam edita habere putavit, nihilo magis aut ephemeridas habuisse Caesarem aut cognitum id Asinio fuisse negabimus, cum etiam in ephemeridibus, modo ne singulis diebus scriptas credamus, id quod in bello ne potuit quidem semper fieri, perperam aliquid memoriae errore poni, ex ephemeridibus autem septem annis post Commentarios concinnanti et, ut necesse erat, alia amplificanti, alia contrahenti facile falsum pro vero occurrere potuerit. Ceterum Servii loco nihil, nisi exstitisse Caesaris ephemerides, quae proprie dicerentur, testatum volumus: editas illas nedum Servio visas esse tantum abest, ut contendamus, ut ipsum Servium istud nescio quo auctore scribentem non de veris ephemeridibus, sed de Commentariis nostris cogitare et quid inter hos atque illas rationis aut discriminis intercederet, omnino ignorare potuisse largiamur. Ac Plutarchum quidem et Appianum ultro erroris ea in re commissi insimulamus perperamque illum Caes. cap. 22, quae de Vsipetibus et Tencteris in Commentariorum libro quarto narrantur, a

Digitized by Google

Caesare ἐν ταῖς ἐφημερίσι, hunc Tom. 1, p. 90 Schw. eadem ab eodem ἐν ταῖς ἰδίαις ἀναγραφαῖς τῶν ἐφημέρων ἔργων scripta dixisse putamus, si tamen proprie uterque locutus est et non Commentarios, sed veras ephemerides Caesaris in animo habuit. In eadem causa Symmachus est, cum Epist. 4, 18 scribit: *Ephemeris C. Caesaris te origines, situs, pugnas et quicquid fuit in moribus aut legibus Galliarum, docebit.* Nam diurni illi sive actus sive commentarii Caesaris nunquam non modo ab ipso scriptore, sed a quoquam omnium publici iuris facti videntur, cum neque Suetonius in enumerandis eius scriptis, quae quidem relicta ab eo sint vel exstent vel ferantur, mentionem ephemeridum fecerit, neque alius quisquam praeter Servium aliquid ex iis retulerit, quod non ex Commentariis nostris vel pari vel maiori iure repeti possit. Sed visas illas ab uno alterove Caesaris familiarium et lectas quoque atque excerpta ex iis quaedam, deinde una cum fontis nomine aliorum in libros traducta esse cum per se credibile, tum eo, quod apud Servium exstat, probabile est. Atque ita fieri potuit, ut, cum ephemerides non solum a Caesare exaratas, sed etiam versatas quorundam manibus et a quibusdam adhibitas esse constaret, praeter Commentarios autem nihil eis simile superesset, earum nomen ad hos transferretur, id quod a Plutarcho et Symmacho factum videtur, adeoque libro octavo de bello Gallico quasi Iulianorum Commentariorum extremo subscriberetur, quemadmodum in codicibus nonnullis subscriptum legitur. De ipsorum Commentariorum fide et veritate ex moribus et ingenio scriptoris et secundum scriptionis indolem sic statuendum videtur, ut origines et instituta populorum, situs locorum et eius generis reliqua diligenter et vere tradita habeamus, cum pleraque eorum, quae ipse viderat, tam accurate tantaque perspicuitate exposita sint, ut fidelem visorum repraesentationem facile agnoscas, ea vero, quae percontationibus accepta refert, cum ipsius acumine ingenii, tum Taciti

Digitized by Google

iudicio, qui eum his in rebus *summum auctorum* appellat, satis probata haberi debeant. Nec minori cum fide ac diligentia in suis consiliis explicandis, cuius rei verissimam scientiam in eo fuisse Hirtius in praefatione libri octavi praedicat, item in tradendis rerum gestarum atque eventuum summis, quae nec facile poterant adulterari neque ut adulterarentur, opus habebant, versatus videtur. Sed de causis bellorum, quae omnia pariter iusta ac necessaria sibi fuisse demonstrat, de legatorum legionumque mirifica saepe virtute, de sua suorumque cum victis agendi ratione moderata illa atque humanitatis plena, denique de omnibus, quae ad famam opinionemque hominum tenendam pertinerent, incertum est, qua fide scripserit. Minime enim Caesar is erat, qui verum praeponeret utili, praesertim ipse de se scribens, quo in genere Cicero multorum et clarorum virorum exemplum respiciens et Lucceium historiae scriptorem appellans haec vitia quasi naturalia ponit, ut et verecundius ipsi de sese scribere cogantur, si quid sit laudandum, et praeterire, si quid reprehendendum sit (Fam. 5, 12 §. 8.) Nec desunt voces aequalium, quae collatae cum Commentariis de horum fide dubitationem movere possint. Prorogato in alterum quinquennium Galliarum imperio nulla belli occasione ne iniusti quidem ac periculosi abstinens et tam foederatas, quam infestas ac feras gentes ultro lacessens effecisse dicitur, ut senatus legatos ad explorandum statum Galliarum mittendos decerneret ac nonnulli dedendum eum hostibus censerent (Suet. Iul. 24.). Idem in Gallia fana templaque deorum donis referta expilasse et urbes diruisse saepius ob praedam, quam ob delictum, indeque auro abundasse a quibusdam arguebatur (Id. ib. 54.). Fuerint ista adversariorum crimina: nihil veri infuisse quis praestet? Praeterea non solum Cicero litteris a Caesare de Gallico bello Romam missis, a quibus discrepantes Commentarios non fuisse consentaneum est, non multum tribuisse videtur, dum Trebatio scribit: *Tu*

Digitized by Google

me velim de ratione Gallici belli certiorem facias; ego enim ignavissimo cuique maximam fidem habeo (Fam. 7, 18.): sed etiam Hirtius in illa praefatione, cum multus sit in laudandis Commentariorum virtutibus, huius, quae maxime laudanda fuisset, si Caesar unus ex omnibus de se scribentibus eam tenuisset, mentionem nullam facit. Et tamen illo tempore non Gallici tantum, sed etiam civilis belli Commentarii Caesaris editi erant, qui Pompeianis iudicibus haud dubie mendaciis scatebant. Denique Asinio Pollioni nonnihil tribuendum est, qui Suetonio teste Commentarios *parum diligenter parumque integra veritate compositos putat, cum Caesar pleraque et quae per alios erant gesta, temere crediderit, et quae per se vel consulto vel etiam memoria lapsus perperam ediderit, existimatque rescripturum et correcturum fuisse* (Iul. 56.). Quod iudicium quamvis et secum ipsum et maximam partem cum ingenio et moribus Caesaris pugnans nihilo minus magnum momentum magnamque auctoritatem habet, cum iam tum et inter Caesaris amicos aliquem fuisse doceat, qui veram rerum gestarum rationem ex eius Commentariis cognosci non posse sentiret; eius tamen rei causam ille aut minus perspectam habuisse aut perspectam occultaturus credulitatem et memoriae vitium accusasse et illud de rescripturo et correcturo ad placandam invidiam addidisse videtur. Superest ut de oratione et scribendi genere dicatur, qua ex parte Commentarii Caesaris Ciceroni ita probati fuerunt, ut etiamsi alia laude nulla commendarentur, tamen propter hanc unam studiosissime et diligentissime legi cognoscique mererent. *Nudi enim sunt, recti et venusti, omni ornatu orationis tamquam veste detracta. Sed dum voluit alios habere parata unde sumerent qui vellent scribere historiam, ineptis gratum fortasse fecit, qui volent illa calamistris inurere: sanos quidem homines a scribendo deterruit. Nihil est enim in historia pura et illustri brevitate dulcius* (Brut. cap. 75.) Libera est Caesaris oratio ab omni accessione, quae rerum intellectum adiu-

Digitized by Google

vare verborum copia contendat. Nam rerum formam integre mente comprehensam totidem verbis reddit, quot partibus ipsae constant. Itaque *nudos* Commentarios Cicero dicit, remotis omnibus, quae non sint in natura rerum posita. Ac si quando redundare aliquid videtur, redundat fere ex cogitationum copia, veluti cum universam notionem determinat adiecto verbo partem vel speciem significante; quod cum facit, duplicem mentis actionem una in re defixae declarat, primum rem singularem ad genus suum redigens, deinde locum eius, quem in genere teneat, definiens. Verba ipsa facilia sunt et cotidiana, sed aptissime et secundum optimam consuetudinem ac rationem delecta et composita; quam ob rem *recti* a Cicerone vocantur Commentarii. Sunt enim nuda quaedam, sed prava eadem atque corrupta. Quod autem *venustos* dicit Cicero, eam voluptatem respicere videtur, qua verborum comprehensiones emendatae et perspicuae animum legentis afficiunt, cum rerum gestarum imaginem concipere cupienti nihil nisi quod eo spectet, offerunt nec quicquam eo spectans omittunt, sed intentam ad omnia mentis aciem et curiosam singulorum observationem laetissima rerum copia et luce remunerantur. Atque haec est *pura et illustris brevitas*, qua dulcius in historia nihil est, quae nos quoque in Caesaris Commentariis quo saepius legimus, eo magis delectat.

At non ubique pariter illustris brevitas est, nec nulli dubitationi obnoxium rectum nec nuditas omni ex parte integra et illaesa mansit. Itaque non inutile Commentariis edendis negotium suscipere nobis videbamur, si et res illustraremus et verborum rationem explicaremus et quae mendae residerent, librorum MS. auxilio tolleremus. Ac primum et secundum ita facere conati sumus, ut non tam litteras Latinas aut aliud quid docendi occasionem a Caesare nobis petendam, quam quicquid esset in nobis litterarum, ad Caesaris interpretationem adhibendum existimantes ea potissimum, quae ab aliis praetermissa

Digitized by Google

essent, persequeremur et quae minus recte explicata, pro viribus constitueremus. Ad tertium, quod post Oudendorpium editoribus non admodum curae fuit, et plurium librorum MS. editorumque comparatione et accuratiore omnium aestimatione opus esse videbatur. Vtraque instituta cum intellectum esset duo librorum omnium Commentarios belli Gallici continentium genera exstare, unum omnino propius ad eam, qua editi a Caesare essent, formam accedens, alterum magis mutatos eosdem exhibens, ad illius auctoritatem iusto saepius ab Oudendorpio desertam verborum contextum revocare, revocati autem rationem ita reddere decrevimus, ut omnium librorum lectionibus significatis si quae ad commendandam receptam necessaria essent, adderentur. Eadem ratione iis in locis usi sumus, in quibus Oudendorpius veram vel verae similem scripturam secutus non satis ei patrocinatus aut plane deseruisse patrocinium videretur. Denique ex magna multitudine variarum lectionum, quae non possent fidem receptarum convellere, nonnullas exhibere speciminum instar placuit, si ad demonstrandam fundamentorum, quibus opus nostrum continetur, naturam prae ceteris facerent: longe plurimas silentio praetermisimus, non quod inutilis cognitio earum aut non necessaria iis esset, qui de singulorum librorum auctoritate et quem quisque in suo genere locum obtineret, ipsi iudicare vellent, sed quod consilio nostro et iis, quibus hanc operam destinaremus, hoc est, Caesarem cognituris, sufficere delectum illum putabamus, generum autem discrimen et indoles haud dubie ex delectu cognosci posset. Sed de generibus ipsis priusquam dicamus, indicem dabimus librorum omnium, quibus usi sumus.

Manu scripti libri a nobis collati sunt Dresdenses duo, totidem Gothani, Vratislavienses quattuor, Hamburgensis, Bonnensis, Vindobonensis primus. Horum *Dresdensis prior* in bibliotheca regia Dresdensi numero Dr. A.
122 inscriptus, membranaceus, formae maximae, folio-

Digitized by Google

rum 169, paginis indivisis versuum 38, commentarios de bellis Caesaris omnes continet. Magna cum diligentia scriptus liber a correctoribus pessime habitus et multis locis ita rescriptus est, ut prima manus dignosci nequeat.

Dr. B. *Dresdensis posterior* num. 83, chartaceus an bombycinus, f. max. fol. 148, pag. indiv. vers. 35, omnes comm. continet. Ad calcem legitur: Ego Iohānes de Placentia scri-

Goth. A. psi ad laudem et honorem virgis marie. *Gothanus prior* in bibliotheca principis Gothani num. 96, membr. f. max. fol. 130, quorum amplius viginti tertia sui parte truncata, pag. indiv. vers. 32, abscisis septem foliis incipit Gall. 1, 13 §. 4 a verbo *tribueret* et comm. omnes continet usque ad Afr. c. 62 verba *cum classe XXVII*. Reliqua abscisa sunt, et in medio quoque codice aliquot folia desunt. In primo scriptum est: Iord. Spiegel ex pickelsam. an.

Goth. B. MDLXIII. *Gothanus posterior* num. 95, membr. f. max. fol. 172, pag. indiv. vers. 30, seculi quarti vel quinti decimi, omnes comm. continet. Fuerat olim M. Barthol. Waltheri, rectoris scholae Portensis, deinde M. Ioh. Burgeri, pastoris Numburgensis, tum in bibliotheca Numburgensium, a quibus a. 1800 Ernestus, dux Gothanus,

Vrat. A. eum emit. *Vratislaviensis primus* in bibl. Rehdigerana num. 79, chart. formae paulo infra maximam, continet libros de bello Gall. octo, praeterea historiam Alexandri M. et Karoli M. et alia, quae omnia ab eadem manu scripta sunt a. 1473 in oppido de Horvy partium Westf. (alicarum?), ut est ad calcem significatum. Bellum Gall.

Vrat. B. implet paginas indivisas 160 vers. 32. *Vratislaviensis secundus* Rehd. num. 71, membr. moduli eiusdem, cuius Vrat. A., fol. 100, paginis bifariam divisis vers. 30, sec. XV., continet libros octo de b. G. in capita distinctos, quae in primo libro unum et viginti sunt. Primum folium cum initio libri primi usque ad c. 2 verba *dividit*.

Vrat. C. *His* excidit. *Vratislaviensis tertius* Rehd. num. 60, chart. f. max. fol. 145, pag. indiv. vers. inter 49 et 53, sec. XV.,

Vrat. D. omnes comm. continet. *Vratislaviensis quartus* bibliothe-

Digitized by Google

cae regiae Academicae, chart. formae quadratae, continet inter Pomponium Melam et Vibium Sequestrem excerpta ex Commentariis b. Gall. 1, 1 et c. 50 §. 4 et 5. 3, 22 §. 2 et 3. 4, 5 §. 2. 5, 12. 13. 14. 6, 13—28. Alex. 5 usque ad verba *nullus est*, omnia geographica vel ethnographica. *Hamburgensis* bibliothecae gymnasii Iohannei, Hamb. chart. f. max. fol. 138, pag. indiv. vers. circiter 40, continet comm. omnes et a vetustiori manu scriptam Petrarchae historiam Iulii Caesaris, quam a. 1827 secundum eum edidimus. *Bonnensis* bibl. Acad. chart. f. max. fol. Bonn. 70, continet b. Gall., cuius nos duo priores libros, tertii capita novem priora et octavi priora sex contulimus. *Vindobonensis primus* in bibl. Caesarea num. 594 (Endlichero 65) membr. f. max. fol. 182, pag. bifar. div. vers. 34, sec. XIII., continet comm. omnes in capita distinctos. Vind. A.

Praeterea conferri iussimus ex reliquis decem, qui nunc in bibl. Caes. asservantur, Commentariorum codicibus octo, et excerptis inde lectionibus ita usi sumus, ut varia excerptionis diligentia et fides permittere videbatur. *Vindobonensis secundus* num. 705 (Endlich. 71) membr. f. quadr. fol. 239, pag. indiv. vers. 31, seculi XV., cuius reliqui quoque esse dicuntur, continet comm. omnes. Vind. B. *Vindobonensis tertius* num. 510 (non 150, Endlich. 69) membr. f. max. fol. 165, continet comm. omnes. Vind. C. *Vindobonensis quartus* num. 19 inter Hohendorfianos (Endlich. 66) membr. f. max. fol. 220, continet comm. omnes. Vind. D. *Vindobonensis quintus* num. 20 Hohend. (Endlich. 67) membr. f. max. fol. 182, continet comm. omnes. In fine legitur: Explicit Ia. de Hollandia. Vind. E. *Vindobonensis sextus* num. 511 (Endlich. 70) membr. f. max. fol. 177, continet comm. omnes. Fuerat Io. Sambuci. Vind. F. *Vindobonensis septimus* num. 625 (Endlich. 72) f. max. fol. 178, continet comm. omnes. Vind. G. Hunc, quia paene in omnibus cum Vind. G. consentiebat ex eoque transcriptus videbatur, praeter librum tertium b. civ. conferri noluimus. *Vindobonensis octavus* num. 155 (Endlich. 68) membr. f. max. fol. 109, Vind. H.

Digitized by Google

continet libri octavi de b. Gall. particulam inde ab initio c. 51 usque ad verba c. 52: *nam C. Curio tribunus plebis cum Cae.* tamquam initium comm. de b. civ. tum b. civ.
Vind. I. libros tres, b. Alex. Afr. et Hisp. *Vindobonensis nonus* num. 21 (Endlich. 73) membr. f. max. fol. 138, continet libros septem de b. Gall. Vsi etiam sumus variis lectio-
Gu. nibus codicis *Gualtheriani* ex margine exemplaris ed. P. Manutii a. 1559, quod in bibl. Dresdensi est, a nobis transcriptis. In fronte exemplaris illius legitur: „Contuli cum MScripto D. Cornelii Gualtheri.“ Collatio ad omnes comm. pertinet et accurate facta videtur.

Accedunt lectiones codicis Havniensis et trium Parisiensium, quas Elberliagius in ed. Comm. de b. Gall. Havniae 1827 et Achaintrius in Comm. omnibus ab ipso et Nic. Lemaire Paris. 1819—22 voll. quattuor editis pu-
Hav. A. blici iuris fecerunt. *Havniensis prior* membr. f. max. non admodum antiquus, ut Elberlingius in Observationibus criticis in Comm. de b. civ. Havn. 1828 editis iudicat, sed ad vetustissimum exemplum descriptus, omnes comm.
Par. A. continet. *Parisiensis primus* in bibl. regia Paris. num. 5763, membr. f. max. pag. indiv. vers. 27, partim sec. IX., partim XII. scriptus, libros octo de b. Gall. continet. *Pa-*
Par. B. *risiensis secundus* num. 5764, membr. f. max. pag. bifar. div. vers. 31, sec. XI., omnes comm. continet. Fuerat olim Iac. Aug. Thuani. Vtriusque specimina vir doctissimus, Otto Iahn, Phil. Dr. benevole nobiscum commu-
Par. C. nicavit. *Parisiensis tertius* num. 5768, membr. sec. 14, omnes comm. continet. Horum omnium lectiones paucas numero neque eas satis diligenter excerptas exhibuit Achaintrius.

Sequuntur codices ab Oudendorpio collati, Vossiani tres, totidem Leidenses, Dorvillianus, Dukerianus et
Voss. A. Bongarsianus primus. *Vossianus primus* „scriptus in quadratae formae membranis, Bongarsiano primo aetate proximus, qui fuit olim S. Petri Bellovacensis, deinde Is. Vossii, nunc in Leidensi Batavae Academiae bibl.

Digitized by Google

num. 53 in catalogo. Deest illi abrupta prima pagina. Desinit belli Gall. fine." Haec Oud. in praef. ed. maioris a. 1736. Eodem libro usus erat ante Oud. Marquardus Gudius, qui eum sexcentorum annorum aestimabat, eiusque lectiones una cum aliis aliorum codicum partim ab ipso, partim a Grutero, Nic. Heinsio et Lipsio collatorum lectionibus suo alicui exemplari adscripserat, ex quo ab Arn. Drakenborchio in ed. Gryphianae a. 1546 exemplar et ab alio nescio quo translatae sunt in exemplar ed. Davisianae ab Io. Alb. Fabricio a. 1708 possessum. Atque hoc *exemplar Fabricianum*, quod et ipsum Oudendorpio et antea Davisio secundas curas edituro a possessore commodatum praesto fuerat, nunc in bibl. Havniensis Academiae asservatum nobis quoque videre et in usum nostrum convertere per Madvigii, viri celeberrimi, liberalitatem contigit. *Vossianus secundus*, olim Melchioris Thevenoti, deinde Is. Vossii, num. 90 in catal. bibl. Leid. membr. f. quadr. magnae, pag. bifar. div. sec. XIV., omnes comm. continet. Sed quae inde ab Afr. (non Hisp.) c. 34 leguntur, manu recentissima post exercitam iam typographiam attexta sunt. Eum ante Oud. adhibuerat Clarkius, qui etiam Voss. A. et aliis Vossianis est usus. *Vossianus tertius*, num. 1, membr. formae paulo infra maximam, recentior secundo, bellum Gall. continet. *Leidensis primus* num. 917, membr. f. max. pag. bifar. div. aliquanto recentior Vossiano A. continet comm. omnes. Olim illius possessor fuit Nic. Ios. Foucaltius, deinde Sam. Hulsius, cuius ex bibl. emptus venit in Leidensem. *Leidensis secundus* num. 27, membr. f. max. elegantissimis characteribus in principis viri usum exaratus auroque ornatus, omnes comm. continet. *Leidensis tertius* num. 4918, chart. f. max. a 1458 scriptus, ex Hulsiana bibl. emptus, b. Gall. continet. *Dorvillianus* a possessore Iac. Phil. Dorvillio nominatus, membr. f. max. recens, omnes comm. continet. *Dukerianus* item a possessore Car. Andr. Dukero nomen habens, chart. f.

Ex. Fabric.

Voss. B.

Voss. C.

Leid. A.

Leid. B.

Leid. C.

Dorv.

Duk.

Digitized by Google

octavae, recens, libros septem b. Gall. continet. *Bon-*
Bong. A. *garsianus primus*, membr. f. max. nongentorum vel circa, ut in praef. dicit Oud., annorum, libros octo b. Gall. continet. Ante Bongarsium possederat eum Petrus Daniel, post Bongarsium Sixtinus, mox Sixius, nunc publica Amsteledamensium bibliotheca. Multas eius lectiones a Grutero in margine exemplaris Gryphiani a. 1538 notatas indeque a Gudio transcriptas cum aliis exhibet Fabricianum exemplar, de quo supra dictum est. Totum vero denuo nobis contulit cum Oud. ed. minore plurimum reverendus Plüschke, professor Athenaei Amsteledamensis, cui viro maximam gratiam habemus.

Praeterea Oudendorpio tum ex Fabriciano exemplari, tum aliunde petitae affuerunt variae lectiones codicum Bongarsianorum secundi et tertii, Palatini, Petaviani, Cuiaciani, Egmondani, Gottorpiensis, Lovaniensis, Orteliani, Buslidiani, Oxoniensis, Andini et Scaligerani et excerpta Aicardi et Pulmanni. Horum
Bong. B. *Bongarsianus secundus*, recentior primo, bellum Gall. continens, a Grutero est collatus. Nobis notitia Gruterianae collationis huius et quattuor sequentium codicum ex Fabriciano exemplari, Oudendorpio indidem et Drakenborchii ex apographo supra commemorato et ex ipsius Gruteri notulis quibusdam manu scriptis contigit. *Bon-*
Bong. C. *garsianus tertius*, Grutero iudice post inventam typographiam scriptus, omnes commentarios continet. Nos eius et duorum sequentium librorum lectiones praeter ex. Fabric. libellus docuit ab Ed. Dronkio, viro doctissimo, Confluentiani gymnasii doctore, conscriptus et nobis donatus, quo varias horum librorum scripturas a Grutero
Ex. Conf. excerptas et ex Gryphiano eius exemplari in Basileensis ed. Brylingeranae exemplar nunc gymnasii Confluentiani
Pal. in bibliotheca asservatum translatas collegit. *Palatinus*, a Grutero collatus, omnes comm. continet. (Heidelber-
Pet. gam non revertit.) *Petavianus*, Petri Petavii, ab eodem Grutero, sed accuratius, quam reliqui, et per omnia

Digitized by Google

collatus, omnes comm. continet. De *Cuiacianо*, item omnes comm. continente Gruterus secundum ex. Fabric. in suo Gryphiano haec monuit: Praeterea enotavi e Cuiacii Codice varias lectiones quas e MS. ad oram sui notarat item emendationes aliquas ipsius nec non expositiones. Erat autem idem liber Bongarsii quoque. Ianus Gruterus VII Iulii 1606. et alio loco haec: Comparet saepe Cuiacii Codex, sed ea descripsi ex editione huic simili quo usus fuerat Cuiacius manuque sua annotarat. Id quod bona fide repraesentavi. Erat autem is liber Bongarsii mihique reliquit. *Egmondanus*, a Gudio collatus, membr. f. quadr. a. 1345 scriptus, bellum Gall. continet. Appellationis causam docent versus in fronte positi: Abbas Gerardus Poelgeest venerandus in Egmont Istum cum multis librum reparavit honeste. Inspicis hic, lector, quo tempore rupta refecit. (a. 1465, si extremi versus litteris significatos computas numeros.) *Gottorpiensis* ex bibl. ducis Holsatiae Gottorpiensi, a Gudio collatus, chart. f. max. continet bell. Gall. Nunc est in bibl. Havniensi. (Elberlingio Hav. B.) *Lovaniensis* bibliothecae Iesuitarum Lovaniensium, Nic. Heinsio sexcentorum minimum annorum visus, omnes comm. habuerat, nunc truncatus deficit in Afr. c. 33 §. 2. Olim Torrentii fuerat, et a Lipsio, cui Torrentianus dicitur, cum ed. Plantin. Antw. 1570, ab Heinsio cum ed. Paris. 1561. 12. collatus est. Lipsianam collationem Gudius, Heinsianam una cum Heinsii emendationibus quibusdam transcripserat Perizonius: utramque litteris T et H distinctam exhibet ex. Fabric. *Ortelianus* seu is, qui in ex. Fabric. inter Lipsianos littera O notatus est, et *Buslidianus* seu potius codices duo, alter littera b, alter bb ibidem inter eosdem notati, omnes comm. continere videntur, quamquam Ort. et bb perraro extra b. Gall. apparent. Nomina Davisius et Oud. ab ex. Fabric. petierunt, in quo Gronovius littera O amicum Lipsii Abr. Ortelium significatum existimasse dicitur, Heinsii autem haec ex

Cu. Egm. Gott. Lov. Ort. Lb. Lbb.

Digitized by Google

eius exemplari transcripta verba leguntur: Caesaris MS. Exemplaria extant Louanii in Collegio Artrebatensi et Buslidiano et Abbatia Pariensi, qui codex in Charta descriptus est et Antw. ap. Iesuitas codex satis antiquus. Nos Buslidiani nomine abstinendum et ad duos haud dubie codices, quos esse Elberlingius Obs. crit. p. 18 demonstravit, duas exemplaris Fabric. notas Lb.
Ox. et Lbb. adhibendas putavimus. *Oxoniensem* codicem Oud. in praef. descripsit haec de Iosepho Wasse praedicans: Sponte ad me transmisit, simul cum nonnullis suis coniecturis, luculentissimam variantium lectionum congeriem, factam a sese e MS. Merton. Collegii Oxoniensi, quingentorum annorum aetatem habente, nec ultra bellum Gallicum pergente, et cuncta fere locorum virorumque nomina omittente." Hunc librum cum propter singularem eius indolem denuo collatum cuperemus eiusque rei facultas per opportunitatem itineris a viro celeberrimo et nobis amicissimo, Henr. Bernstein, litterarum Syriacarum causa a. 1836 Oxoniam suscepti oblata videretur, a bibliothecae Mertonensis Collegii custodibus frustra quaesitus est. Collationem Wassius ad
And. ed. Clark. instituerat. *Andinus*, aetate ab Ox. differre visus Oudendorpio, membr. Andibus (hodie oppidum est Angers) apud Claudium Menardum ab Io. Fr. Gronovio collatus, nunc ubi sit, non magis constat. Eius lectiones ex schedis avitis sua manu transcriptas cum Oud. communicavit Abr. Gronovius, in fine belli Gall. defi-
S. cientes. *Scaligeranus*, ab Ios. Scaligero possessus, a Dion. Vossio cum ed. Plant. Antw. 1574 collatus, omnes comm. continet. Eius excerptis in bibl. Leidensi asservatis usus est Oud. „Inserui etiam hic illic variantes lectiones vel emendationes, a Paulo Aicardo Ed. P. Manutii Ven. MDLXI. calamo adlitas: quod exemplar emi curavi Hafniae in auctione librorum Ill. Comitis Christiani Daneschiold, et ante possederat Nob. vir Fredericus Rostgaard, sibi a Nob. G. Scherardo Romae a. d. VIII.

Digitized by Google

Febr. MDCXCIX. donatum." Oud. in praef. Hae lectiones, etsi Oud. dubitabat, utrum ex libro aliquo vel pluribus MS., an ex Aicardi vel alius viri docti ingenio profectas statueret, tamen, quoniam *Aicardi* nomen inter codicum possessores retulit, nobis quoque eodem numero locoque habendae sunt visae. Magis etiam incerta res est de „anecdotis *Theodori Pulmanni* Schedis, a Clariss. Dukero communicatis" ex quibus nonnulla suos in usus convertisse Oud. in praef. ostendit. Aic. Pulm.

Accedunt his a Clarkio, Davisio et Mich. Bruto collati codices Regius, Norvicensis et Carrariensis. *Regius* Londinensis, quem Clarkius a sese collatum haud quidem antiquissimum, sed ex valde antiquis descriptum arbitrabatur, omnes comm. continet. *Norvicensis* seu Eliensis, ab eius possessore Ioh. Moore, Norvicensi primum, deinde Eliensi episcopo nominatus, postea in bibl. Cantabrigiensem illatus, omnes comm. continet. Eum Davisius et Clarkius contulerunt. *Carrariensis*, cuius lectiones a Mich. Bruto excerptas et cum excerptis quarundam editionum coniunctas prima, quod sciam, exhibet ed. Aldi Manutii nepotis Ven. 1566, quem Brutus antiquissimum esse praedicat, Oud. non ita vetustum habet, omnes comm. continere videtur, quamquam lectiones a Bruto relatae non ultra initium belli Alex. pertinent. Reg. N. Carr.

Denique interpretum atque editorum antiquiorum opera prolatae sunt lectiones e codicibus incertis aut parum cognitis et passim adhibitis, de quorum auctoritate ob id ipsum non satis constat. Talis est is, quem Turrisani codicem appellamus, de quo in indice editionum dicetur, talis Brantii, Ciacconii, Hotomanni, Faërni liber, tales Sambuci, Fulvii Vrsini, Goduini codices; quos inter Vrsiniani paulo ceteris notiores et lectionum numero memorabiliores sunt. Horum unus, quem Vrsinus sexcentis ante se annis scriptum et omnium integerrimum putabat, membranaceus, nunc bibliothecae Vaticanae num. 3324, omnes comm. continet; item alter sec.

Digitized by Google

15 scriptus, membr. eiusdem bibliothecae num. 3323. Sed reliquorum quoque Vaticanorum, qui sex numero hodie sunt, quorum antiquissimus est membr. sec. 8 vel 9 scriptus, num. 3864, libros belli Gall. octo continens, unum alterumque ab Vrsino adhibitum esse cum ipsius
Vat. auctoritate *Vaticanum* codicem antestantis, tum ex eorum speciminibus, quorum nos humanitas viri doctissimi, Aemilii Braun, Phil. Dr., compotes fecit, compertum habemus. De Rob. et Henr. Stephanorum, Achillis Statii, Andreae Schotti, Fr. Fabricii, Gifanii aliorumque codicibus hic illic memoratis praeter possessorum nomina nunc nihil aut paene nihil scimus.

Sed illorum, qui supra singillatim recensiti sunt, omnino duo genera esse natura et origine diversa non solum ex ipsis lectionibus, sed etiam inde apparet, quod in parte eorum capita libri octavi 51, 52 et 53 vel tota vel paene tota omissa vel alio loco scripta sunt, quae in ceteris suo loco integra exstant. Hos igitur ex eodem fonte derivatos habemus. Sunt autem hi: Par. A. Dr. A. Vind. B. Vrat. B. Bonn. Voss. ABC. Gott. Leid. C. Vrat. A. Egm. Lov. Hamb. Gu. Bong. B. Dr. B. Vind. E. et secundum lectiones Bong. A., qui cum quattuor extremas paginas (inde ab 8, 39 §. 2) non eadem manu scriptas habeat, secundum lacunam iudicari nequit. Atque hoc genus unum partim lacunae, partim lectionum ratione habita in quinque familias dividi potest, quarum una Bong. A. Par. A. (nam de horum consensu quod per Achaintrii indiligentiam superesse poterat dubitationis, id per Iahnium sublatum est, atque etiam Vaticanum num. 3864 eodem pertinere per Braunium tam certum habemus, quam alteri generi adscribendos esse Vrsinianos s. Vat. num. 3323 et 3324) altera Dr. A. Vind. B., tertia septem deinceps positos, quarta Vrat. A. Egm., quinta sex extremos complectatur. Ad alterum genus ceteri ita referendi videntur, ut primo loco And. Ox., secundo Vind. A. Leid. A. Hav. A. Par. B. S. Cu. et, qui tamen multa pro-

Digitized by Google

pria habet, Pet., tertio Vind. CF. Leid. B. Goth. A. Bong. C. Reg., quarto Vind. I. Duk. Carr., quinto N. Pal. Goth. B. Vrat. C. Dorv. Vind. D. ponantur. De reliquis, qui parum noti sunt, eo minus certi quiequam pronuntiare possumus, quo magis ipsa genera in partibus extremis implicari inter se et coire videmus. Collatis autem utriusque generis primoribus And. Ox. et Vind. A. cum quinque proximis pariter ac Bong. A. Par. A. praestare, subsequentibus utriusvis ordinis et puriore forte emanasse, sed veris lectionibus plures, quam hi, mixtas habere visi sunt falsas, quarum pars ex ipsius Caesaris Ephemeridibus ductae, pars variandae orationis studio ab hominibus doctis et ingeniosis excogitatae, aliae eaeque in Vind. A. etc. aliquanto plures, quam in And. Ox. temere et emendandi scriptoris causa illatae essent. Contra quae in Bong. A. Par. A. resident mendae, nequaquam crassiores illae neque maioris aut negligentiae aut ignorantiae testes, quam quae aliorum scriptorum codicibus optimis detrimento fuit, non obstare sunt visae, quo minus ea, quae emendate scripta haberent, ab ipso Caesare in Commentariis, quos secundum Ephemeridas et tamen diversos ab illis edidisset, edita existimarentur. Itaque hos, qui simul antiquissimi omnium sunt, ubicunque fieri potuit, secuti sumus; ubi corrupti videbantur, nunc ab eiusdem generis inferioribus, nunc ab altero genere auxilium petivimus.

Editiones a nobis collatae sunt hae: Princeps *Romana* a. 1469, fol. (qua forma omnes illius seculi sunt) Rom. a non quinque tantum belli Gall. libros, ut quidam memoriae prodiderunt, sed omnes Commentarios continens. Tantum non ubique cum codice Vind. D. consentit. *Mediolanensis* a. 1477, ad codicem Gualtheriano simillimum Med. a exacta. Lacunam in libro octavo ex Rom. a. vel alterutra duarum reliquarum ipsa antiquiorum, Veneta a. 1471 vel Romana a. 1472, expletam habet. *Venetae* a. 1482, 1490, Ven. bcde 1494, 1499, in plerisque cum Med. a. consentientes.

Digitized by Google

Ber. *Beroaldina* sine loco a. 1508, 8, partim Venetas, partim
Ven. f principem Romanam sequens. *Veneta* a. 1511, fol., a
Luca Olchinensi curata, mera, nisi fallor, Florentinae,
Ald. de qua postea dicetur, repetitio. *Aldina* Veneta a. 1513,
8, novam recensionem exhibens ab Iohanne Iucundo secundum codices de genere Andini, Ox. et Vind. A. (quorum unum alterumve finito demum opere in manus editoris venisse *corrigenda* docent) factam, sed coniecturis
Gr. a admixtam. *Gryphiana* Lugdunensis a. 1536, 8, Aldinam in plerisque sequens, in nonnullis discrepans et variarum codicis alicuius lectionum in margine mentionem
Steph. faciens. *Stephaniana* Parisiensis a. 1544, 8, Roberto Stephano auctore, qui veterum codicum auxilio et amicorum eruditorum opera adiutum multa se restituisse praedicat. In reliquis Vascosanam, de qua infra sermo
Gr. b erit, expressit. *Gryphiana* Lugdunensis a. 1549, 12, a priore seu maiore Gryphiana diversa et propius etiam,
P. Man. quam Steph. ad Vascosanam accedens. *Veneta* a. 1559, 8, cum correctionibus Pauli Manutii, quae sine codicum auxilio factae sunt, Aldinae quam Vascosanae similior.
Frellon. *Frelloniana* Lugdunensis 1560, 8, apud Ioannem Frel-
Ald. nep. lonium, mera, ut videtur, Vascosanae repetitio. *Veneta* a. 1566, 8, corrigente Aldo Manutio, Paulli F., cuius correctiones fere ad orthographiam pertinent. Quae praeterea a patre et avo diversa posuit, magnam partem vitiosa, multa typographi culpa corrupta sunt. „Io. Michaelis Bruti scholia, quibus loci plurimi obscuriores explicantur" quae titulus ostendit, nihil aliud sunt, nisi in fine additus „Libellus variarum lectionum" a Bruto ex codice Carr. et ex ed. Florent. Vascos. Steph. et Gryphiana minore aliqua excerptarum, cum paucis eiusdem
Turr. in locos nonnullos difficiliores adnotatis. *Veneta* a. 1569, 8, ex bibliotheca Aldina, curante Hieronymo Turrisano. Ad calcem est „Var. lect. ex vetustiss. codice manuscrip. libellus" nescio an idem, quem titulus Gryphianae Lugdunensis a. 1560, 8, a Schweigero (Handbuch

Digitized by Google

der classischen Bibliographie) p. 42, a, in fine commemoratae ostendit. Ab eo quidem, quem Veneta Aldi nepotis exhibet Bruti opera confectum, Turrisani libellus diversus est et lectiones aliquot a Carr. discrepantes cum pluribus iisdem continet. Hunc Turrisani codicem nominavimus, qui, si de Gryphiana a. 1560 verum suspicamur, Gryphianus vocandus erit. In ipsa editione nulla secundum codices a Manutianis discessio facta videtur. *Lipsiana* Antverpiensis apud Christoph. Plantinum a. 1586, 8, „omnia nunc opera et iudicio viri docti emendata et edita" praebens; quem virum doctum non, ut multi olim crediderunt, Iosephum Scaligerum, sed Iustum Lipsium fuisse testimonio ipsius Scaligeri in suae editionis a. 1606 praefatione et Andreae Schotti apud Iungermannum in huius editionis praefatione constat. Quae in Lipsii recensione nova sunt, non ex ipsius codicibus supra recensitis, quos sero nactus fuerit, sed ex Carr. et ex Hotomanni, Faërni, Fulvii Vrsini libris venerunt. Sed ea Lipsii editio, qua Oudendorpius usus est, quae Lugduni Bat. a. 1593, 8 prodiit, non in omnibus cum hac nostra consentit. *Iungermanniana* Francofurti ad Moenum facta a. 1606, 4, contextum verborum talem, qualem Ios. Scaliger, de quo postea dicemus, eodem anno ediderat, eumque in capita divisum (quam divisionem nos cum plerisque post Iungermannum editoribus tenentes singula rursus capita cum Oudendorpio et aliis in partes quasdam Oudendorpianis non semper, sed plerumque aequales divisimus) et Latinis e regione positam metaphrasin Graecam librorum septem de bello Gall. exhibens. Huic metaphrasi nihil tribuimus, quippe quam ad libros MS. potius, quam ad editos seculo decimo sexto factam esse persuadere nobis nondum potuerimus. In altera parte Iungermannus notas, adnotationes, commentarios Rhellicani, Glareani, Glandorpii, Camerarii, Bruti, Aldi Manutii Pauli F., Sambuci, Fulvii Vrsini, Ciacconii, Hotomanni et Brantii addidit, qua sylloge nos in

Lips.

Iu.

Digitized by Google

plerisque usi Bruti tamen scholia ex ed. Aldina a. 1566, Manutii et Hotomanni notas simul ex editione Lugdunensi apud Barthol. Vincentium a. 1574, 8 facta, in qua una cum Fulv. Vrsini Emendationibus ab Iungermanno omis-
Graev. sis additae sunt, hausimus. *Amstelodamensis* a. 1697, 8, ex Museo Ioannis Georgii Graevii, cuius recensionem raro illam a Scaligerana discrepantem Oudendorpius vulgatam dicere solet. Ei subiectae sunt Notae et emendationes Dionysii Vossii et in fine additi „Iulii Celsi Commentarii de vita Iulii Caesaris", de quibus infra dicetur,
Dav. ubi de editione Caesaris incerta sermo erit. *Davisiana* Cantabrigiensis a. 1766, 4, in qua adornanda Davisius codice Norvicensi et ed. Rom. a. 1472 et Ber. usus non magnam neque aequabilem a Scaligero discessionem fecit.
Oud. 1 *Oudendorpiana* Lugdunensis Bat. a. 1787, 4, duobus voluminibus constans. Haec contextum aliquanto emendatiorem, quam Scaligerana, et multis in rebus ad librorum MSS. auctoritatem mutatum exhibens tamen haud pauca corrupta reliquit, quae in adnotatione emendare editor conatus est. Qui si non ubique summam in conferendis libris et in excerpendis proponendisque lectionibus curam adhibuit, si quaedam omisit, quaedam perperam retulit, non tam ob negligentiam accusandus, quam ob diligentiam post tot editiones factas novam et tum plane
Oud. 2 inusitatam laudandus est. *Oudendorpiana* Lugduni Bat. et Rotterodami a. 1740, 8 facta. Haec solum contextum eumque passim secundum ea, quae in maiore sunt disputata, emendatum habet.

Praeter has, quas ipsi contulimus, auctoritatis cri-
Inc. ticae causa memorabiles sunt *incerta*, quae dicitur, a. 1473, (Eslingae per Conradum Fyner excusam esse Ebertus et Schweigerus post Spencerum et Dibdinum consentiunt) libros octo de b. Gall. post Petrarchae historiam Iul. Caesaris continens. Caesaris Commentarii fideliter expressi sunt secundum codicem, qualis est Vrat. B. Eos satis accurate ab Oud. collatos, plurimos tamen er-

Digitized by Google

rores eius tacite praetermissos esse indicat Elberlingius in Obs. p. 24. Petrarchae liber sine nomine auctoris, quem Graevius aliique temere Iulium Celsum fecerunt, mendosissime hic editus ne nunc quidem quamvis multis locis a nobis emendatus magnum in re critica momentum habet, cum Petrarcha codicibus Caesaris iisque non optimis liberius, ut licebat, et ita nonnus sit, ut quid in illis fuerit, minime ubique pro certo dici possit. Itaque raro mentionem Petrarchae fecimus. *Florentina*, quae Luca Robia auctore ex Philippi Giuntae officina mense Aprili a. 1508, 8, prodiit, ex codice de genere Dr. A. Vind. B. ducta. Eam omnium maxima auctoritate praeditam post Mich. Brutum editorum tractavit nemo, neque nobis ut tractaremus, adhuc contigit, sed Vindobonae in bibliotheca principis Lichtensteinii repositam conferri iussimus intelleximusque, id quod in praefatione ad Rudentem Reizii p. 8 ostendimus, a Luca Olchinensi in ed. Veneta a. 1511 esse repraesentatam. Quare hac pro illa usi sumus. *Parisiensis* a. 1543, fol., a Mich. Vascosano publicata, cuius ex praefatione quae Elberl. Obs. p. 31 retulit, quattuor eum codicibus, uno Ranconeti, altero Veneto Io. Baptistae Egnatii, et duobus Navarrensis gymnasii, praeterea G. Budaei et Iac. Tusani observationibus usum esse docent. His subsidiis nova facta est recensio, diversa ab Aldina et tamen ei similis, quia codices illi eiusdem, ut opinor, generis cum Aldinis fuerunt, in cuius generis singulis singulares saepe lectiones apparent, utpote variandi studio aliis alias immutatis. Idem de Steph. et Gr. b. quicquid ex codicibus ductum habent, statuendum videtur. Vascosanam contulit Oud. et Brantius: hos secuti in subsidium adhibuimus Frellonianam, quam a Vasc. discrepare nusquam vidimus. *Scaligerana* Lugdunensis Bat. apud Raphelengium a. 1606, 8, „ex nova et accurata viri docti recognitione.“ Iosepho Scaligero (is enim vulgo recognitionis auctor existimatur) codicem Caesaris non contemnendum praesto fuisse supra

Flor. Vasc. Scal.

Digitized by Google

demonstravimus; sed recensio non ad eius libri normam facta est. Nos cum editionem ipsi conferre non possemus, Oudendorpium in lectionibus eius referendis secuti sumus, quamquam ex iis, quae Elberl. Obs. p. 37 sq. docuit, illum non ubique exemplar a. 1606 inspexisse et quaedam in aliis editionibus ex recensione Scaligeri factis reperta pro Scaligeranis posuisse apparet. Talis est Elzeviriana a. 1635, 12, in cuius exemplari generis secundi de tribus, quae exstare Schweigerus tradit, illa omnia secundum Elberl. perperam ab Oud. Scaligeranae tributa invenimus. Itaque Iungermanni editionem, quam ipse editor fideliter ad exemplar Raphelengianum expressam Elberlingio teste vere profitetur, ubique adhibuimus.

Cl. Denique mentio facienda est *Clarkianae* Londinensis a. 1712, fol., quae item ut Davisiana Scaligeri contextum nonnullis in rebus mutatum exhibet. Eius varietatem partim ab Oudendorpio, qui omnes Clarkii notas una cum Dion. Vossii et Davisii animadversionibus suae adnotationi coniunxit, partim ab exemplari Londinensi a. 1777, 12, editionis Maittairii, quae Clarkianam recensionem sequitur, petivimus.

Vratislaviae m. Augusto a. 1840.

Digitized by Google

LIBER I.

Gallia est omnis divisa in partes tres, quarum unam incolunt Belgae, aliam Aquitani, tertiam qui ipsorum lin-

Cap. 1. §. 1. est omnis] *omnis est* Vind. A.
partes tres] *tres partes* Vind. A. Vrat. AC. *partes tris* Oud. ex Leid. A. Voss. B m. sec. et editis inter Rom. princ. et Ald. plerisque. Accedunt Gu. Bong. C. Vind. DI. *parteis treis* Ald. *partes treis* Steph. De terminatione *is*, quae h. l. à codicibus non satis firma est, cf. Zumptii Gr. §. 68. not. Dè altera in *eis*, quam in Caesaris codicibus non memini invenire, dixit Kirchnerus in praef. ad Horat. Sat. 1 p. LXXXIV.
aliam] *alteram* Aimoinus (monachus Floriacensis initio seculi undecimi mortuus) de gestis Francorum regum praef. c. 4. in *Bouquet recueil des historiens des Gaules et de la France* T. III. p. 20 sqq. cuius tamen codices duo *aliam* exhibent.

Cap. 1. §. 1. Gallia est omnis] *Galliam* cum dicit, eandem necessario intelligit, in qua gestum a se bellum *Gallicum* in titulo operis nominavit, quam hoc ipso bello subegerat. Quae cum et latiore et angustiore significatione dici posset, latiore dictam demonstraturus addidit *omnis*, idque interiecto verbo *est* insiguius reddidit, ut 6, 16: *natio est omnis Gallorum admodum dedita religionibus*. Cf. 4, 38: *quod Menapii se omnes in densissimas silvas abdiderant*. Eadem significatione infra c. 46 *omni Gallia* Romanis interdixisse Ariovistum dicit, qui secundum c. 44 provinciae fines egredi eos vetuisset; et Civ. 1, 7 *omnem Galliam* a se pacatam commemorat.

partes tres] Postpositum numerale habet sonum, ut 6, 11: *nam omnes civitates in partes divisae sunt duas*. Contra substantivi notio praeponderat infra c. 12: *nam omnis civitas Helvetia in quattuor pagos divisa est*. et 3, 1: *cum hic* (vicus) *in duas partes flumine divideretur*. et 7, 34: *exercitum in duas partes divisit*. et Civ. 3, 101: *et cum esset Caesaris classis divisa in duas partes*.

aliam] Hoc, cuius loco *alteram* expectabas, perinde dictum est ac si numerus partium in praecedentibus nondum definitus esset; quemadmodum Cicero Verrin. 4. §. 29 scripsit: *tam te has phaleras a Phylarcho Centuripino abstulisse dicebant, quam alias item nobiles ab Aristo Panhormitano, quam tertias a Cratippo Tyndaritano*. Similiter Civ. 3, 21 Caelius duas leges promulgasse dicitur: *unam, qua — donavit; aliam* (nam ita pro *al-*

Digitized by Google

2 gua Celtae, nostra Galli appellantur. Hi omnes lingua, institutis, legibus inter se differunt. Gallos ab Aquitanis Garumna flumen, a Belgis Matrona et Sequana divi-
3 dit. Horum omnium fortissimi sunt Belgae, propterea quod a cultu atque humanitate provinciae longissime absunt, minimeque ad eos mercatores saepe commeant atque ea, quae ad effeminandos animos pertinent, inportant, proximique sunt Germanis, qui trans Rhenum incolunt, quibuscum continenter bellum gerunt: qua de causa Helvetii quoque reliquos Gallos virtute praece-

appellantur] *adpellantur* Oud. qui quod vetustissimi codices nonnunquam et quibusdam in verbis fecisse Caesarem demonstrant, ut assimilatione abstineret, in plerisque omnibus factum ab eo statuit.

§. 3. inportant] Bong. A. Egm. Vrat. A. Goth. B. Vind. F. Hamb. non *imp.*

proximique] *proximi* Bong. C. Carr. Lips. Iu. Pertinet hoc quoque ad fortitudinem Belgarum ideoque non nisi commate a proximis dividendum est.

causa] *caussa* Oud. auctore Quintiliano I, 7, 20. Quem si codicibus ubique *causa* exhibentibus praeferendum putamus, etiam *cassus* et alia probabimus: quae quoniam infinita sunt et certas regulas non habent, codices nobis potiores esse debent.

teram legi codices iubent) *tabularum novarum.* Itaque *unam* partem Germanice einen Theil, *aliam* einen andern, *tertiam* vero non iam einen dritten, quod Ciceronis illi loco aptum est, sed, quia numerus in praecedentibus definitus est, interpretari debemus den dritten. Causa autem, cur praegressae definitionis rationem habendam non putaret, ea erat, quod nihil interesset, quam partem primo, quam secundo loco poneret.

§. 2. Gallos — dividit] non *dividunt*, quia horum fluminum unumquodque per se divisionem facit. Accurate de hoc singularis usu exposuit Ramshornius Gramm. §. 93. 2. c. Ceterum Gallos Romae vulgo alios dicebant, citerioris et ulterioris provinciae incolas, neque supervacaneum erat statim initio significationem nominis declarare.

§. 3. longissime absunt] Proprie, non metaphorice dictum est. Belgae remotissimi erant a finibus Galliae ulterioris eiusque *cultu* atque *humanitate*, quorum prius externam vitae rationem, habitationis, vestimenti, oblectationis, occupationis cotidianae modum comprehendens per se mediae significationis est, cui definiendae alterum inservit. Cf. 6, 19: *funera sunt pro cultu Gallorum magnifica et sumptuosa.* Hirtii 8, 25: *quorum civitas cultu et feritate non multum a Germanis differebat.*

mercatores] quibus Cicero pro Fonteio §. 1 refertam Galliam dicit.

pertinent] Quasi eo tendunt et ducunt. Cf. Civ. 1, 9: *quae res etsi nihil ad levandas iniurias pertinere videbantur.* ib. c. 35: *quae ad eorum sanandas mentes pertinere arbitrabatur.*

Gallos] Celtas. Cum haec descriptio Galliae prooemium sit commentariorum de bello cum in-

Digitized by Google

dunt, quod fere cotidianis proeliis cum Germanis contendunt, cum aut suis finibus eos prohibent, aut ipsi in eorum finibus bellum gerunt. Eorum una pars, quam Gallos obtinere dictum est, initium capit a flumine Rhodano; 4

cotidianis] *quotidianis* Oud. Quintiliani I, 7, 6 auctoritati suffragantibus codicibus Bong. A. et Vind. A. (qui tamen fere *cott.*, ut ille interdum, exhibet) obtemperandum videbatur. Accedunt h. l. Vrat. ACD. Bonn. Gu. *cottidianis* est in Vind. E. *quottid.* in Dr. A. Vind. I. et edd. Rom. a. Med. a. Ven. de.

cum aut] *quum aut* Oud. Quintilianus I, 7, 5 coniunctionem *quom*, praepositionem *cum* a nonnullis scribi commemorans ipse probat *cum*, cui codices plane omnes assentiuntur. Hos igitur secuti sumus, ceterum Oudendorpianae varietatis et codicum mentionem in hoc pariter atque in *causâ* et *cotid.* singulis in locis facere supervacaneum putavimus.

colis Galliae gesto, recte et apte iam hic ostenditur, quantum fortitudine valuerint, et qui primum inter omnes, tum qui secundum virtutis locum tenuerint.

cum Germanis] a quibus tamen flumine Rheno, latissimo atque altissimo, ut paulo post dictum est, dividebantur; ex quo utrorumque bellandi studium summum fuisse cognoscitur.

cum aut] H. e. quod cum faciunt, aut etc. Cf. c. 40: *factum eius hostis periculum patrum nostrorum memoria, cum Cimbris et Teutonis a Gaio Mario pulsis non minorem laudem exercitus, quam ipse imperator meritus videbatur.*

§. 4. Eorum una pars] Ad ethnographicam, quae dicitur, Galliae omnis descriptionem, qua docuit, a quot nationibus ea incoleretur, quaeque earum nationum differentia esset, hic geographicam addit, et eosdem tres populos, quorum Belgas fortissimos esse ostenderat, in animo habens *Eorum*, inquit, una pars etc.; in quo pronominis usu ad longius remota spectantis negligentia quaedam, sed minime ingrata, cernitur. Similiter 3, 6 *eius vici.* 7, 66 *id quo maiore faciant animo.* Civ. 2, 1 *ad ea perficienda opera.* Ib. 3, 44 *quae loca.* Sed quomodo Galli seu Celtae unam partem incolarum omnis Galliae *obtinere* dicuntur? *Faciunt* partem eorum unam, *obtinent* unam partem Galliae omnis. Itaque Aimoinus *Galliae una pars* posuit, et Metaphrastes haec octo vocabula ἡ μὲν οὖν Κελτικὴ interpretatus est, et Ciacconius *eius* rectius futurum fuisse monet, et Herzogius *eorum* per synesin pro *eius* accipiendum statuit. Id vero non haberet quo referretur. Nam *Gallia omnis* nimis est remotum, neque postea de Gallia sermo fuit, sed de Gallis. Denique Caesar *eorum* scripsit, non *eius*. Scilicet *eorum partem unam* breviter dixit, ut sit, una trium partium Galliae omnis, quae partes sunt etiam incolarum sive a diversis incolis habitatae et possessae, una a Celtis, quae pars Celtarum est, der Antheil, Landestheil der Celten, altera a Belgis, tertia ab Aquitanis, quae partes sunt Belgarum atque Aquitanorum. Itaque post *eorum* subaudiendum est *partium:* der eine von den Landestheilen jener drei Stämme. Alia eodem modo explicanda vide in annot. ad c. 3 §. 5.

Digitized by Google

continetur Garumna flumine, Oceano, finibus Belgarum; attingit etiam ab Sequanis et Helvetiis flumen Rhenum;
5 vergit ad septentriones. Belgae ab extremis Galliae finibus oriuntur; pertinent ad inferiorem partem fluminis Rhe-
6 ni; spectant in septentrionem et orientem solem. Aquitania a Garumna flumine ad Pyrenaeos montes et eam partem Oceani, quae est ad Hispaniam, pertinet; spectat inter occasum solis et septentriones.

§. 4. Oceano] In codd. est *oceanum* (vel *occeanum*) cum interpunctione post *attingit*. Ablativum, qui necessarius est, primus dedit Aldus, incertum ex coniectura, an ex codice. Eundem expressit Metaphrastes καὶ τῷ Ἀτλαντικῷ Ὠκεανῷ ponens, omissis tamen *finibus Belgarum*: quamquam huius auctoritas est perexigua. Quod Oud. *Oceano mari* scriptum a Caesare suspicabatur, non improbabile esset, modo littera singulari *mare* scribi a librariis soleret, aut *a finibus* in bonis libris legeretur, quod Oud. in quibusdam exstare dicit.

ab Sequanis] *a Seq.* Dr. B. Vrat. ACD. Goth. B. Hamb. Bonn. Vind. CD. duo Sambuci, unus Vrsini et Vat. cum editis plerisque ante Oud., qui tacite scripsit *ab S.* nec aliter Aimoin. et Steph.

§. 5. septentrionem] Ita Bong. A. Pet. Pal. Bong. C. Gu. et omnes a me collati cum Aim. et Met. (πρὸς ἄρκτον) editisque ante Aldum, qui pluralem posuit a seqq. edd. omnibus servatum. Oud. de suis codd. h. l. nihil, sed in adn. ad §. 4 etiam hic singularem a se repertum significat; quem cum Virgilius et Plinius haud dubie usurparint, Caesar etiam h. l. semel, fortasse ne ter deinceps *septentriones* diceret, admisisse in tanto codicum consensu statuendus est.

§. 6. et eam] *et ad eam* Voss. ABC. Carr. et duo alii apud Oud. Dr. B. Bong. C. Vind. F. Hav. A. et Aimoin. secundum Hotomannum (nam apud Bouquetum p. 25 D. *ad* non exstat) quod recepit post Davisium Oud. 2. firmatque silentio de Bong. A. Plüschkius. Amat Caesar eiusmodi iterationem, sed h. l., cum statim eandem praepositionem posituru esset, abstinuisse ea videtur.

est] Hoc in edd. post principem excepta incerta omnibus prae-

ab Sequanis et Helvetiis] Sicut 3, 26 *clamor ab ea parte auditus* dicitur, qui ab ea parte quasi prodiens ad aures accidit, et 7, 83 *a septentrionibus collis* est, cuius species illinc oculis obiicitur, et Hirtii Alex. 1 *palus a meridie interiecta*, quae inde accedere ad urbem eamque intrare videbatur: sic h. l. Gallia Celtica tangentis flumen Rhenum terrae speciem ab Sequanis et Helvetiis, seu ab ea sui parte, quam Sequani et Helvetii incolebant, obiicere dicitur. Similiter *a latere dextro*, *sinistro*, *a fronte*, *ab extremo agmine*, *ab utroque cornu*, *ab decumana porta*, *ab tergo* esse vel fieri dicuntur ea, quae *inde* conspicienda sese et animadvertenda praebent et re ipsa *ibi* sunt vel fiunt.

§. 6. quae est ad Hispaniam] Cf. c. 7: *pontem, qui erat ad Genuam.* 5, 13: *angulus, qui est ad Cantium.* Ib. c. 22: *Cantium, quod esse ad mare supra demonstravimus.* Civ. 3, 16: *Caesar — erat ad Buthrotum.*

spectat inter] H. e. eam seu in

Digitized by Google

2. Apud Helvetios longe nobilissimus fuit et ditissimus Orgetorix. Is M. Messala et M. Pisone consulibus regni cupiditate inductus coniurationem nobilitatis fecit et civitati persuasit, ut de finibus suis cum omnibus copiis exirent: perfacile esse, cum virtute omnibus praestarent, totius Galliae imperio potiri. Id hoc facilius 2

termissum suadentibus Clarkio et Davisio restituit Oud. ex Voss. ABC. N. Pet. Bong. A. Lov. Ox. Leid. B. et Duk. Postea collatorum soli Vind. AC. Par. A. cum Aim. non agnoscunt. In Reg. *etiam* pro eo est.

Cap. 2. §. 1. fuit et ditissimus] *et ditissimus fuit* Oud. cum edd. plerisque contra codices paene omnes, quos sequuntur Rom. a. Ven. f. Steph.

et M. Pisone] *et* omisit Ven. f. Pro *M.* est *L.* in Bong. C. Med. a. Ven. bcdef. Ber. Gr. a. *Lucio* in Dr. A. Vind. B. *P.* in Vind. DF. Rom. a. Ald. *P. M.* in Bong. A. Voss. A. Gott. Lov. tribus aliis Oud. Dr. B. Gu. Bonn. Inc. *P. Marco* in Pet. Pal. Vrat. C. Goth. B. Vind. C. Hamb. *Publio Marco* in Egm. quinque aliis Oud. Vrat. A. Vind. EI. Secundum haec *Pupio Marco* scriptum a Caesare coniecit Oudendorpius, satis probabiliter, quo huius Pisonis gens, in quam adoptione venerat, ab aliorum, ut soceri Caesaris L. Pisonis, gente, quae Calpurnia erat, distingueretur. Nec desunt exempla nominum ante praenomina (*Pola Servius* Cael. ad Cic. Fam. 8, 12. *Fabius Quintus* Liv. 3, 1.) et post cognomina (*Spintherque Lentulus* Civ. 3, 83. *L. Paulus Aemilius* Nep. Hann. 4, 4.) positorum, quae coniuncta rationem ab Oud. initam tueantur.

eam coeli partem, quae est inter etc. ἀφορᾷ δὲ τὰ μεταξὺ ἄρκτων τε καὶ ἀνατολῶν secundum Metaphrasten, qui tamen in extremo nomine erravit.

Cap. 2. §. 1. nobilissimus fuit et ditissimus] Potest aliquis nobilissimus esse vel maiorum fama vel sua, et tamen non ditissimus. Itaque hoc tanquam aliud accessisse significatur magis postposito *ditissimus*. Cf. 3, 8: *in magno impetu maris atque aperto*. Hirt. Alex. 18: *in aequo loco ac plano*. ib. 43: *hiberno tempore anni ac difficili*.

M. Messala et M. Pisone] M. Pupius Piso Calpurnianus et M. Valerius Messala Niger consules fuerunt a. 693. Copula, quam Caesar alibi (c. 6 et 35 et 4, 1 et 5, 1) Fastos et scriptorum consuetudinem secutus in referendis consulibus omittere solet, h. l. ut apud Ciceronem Att. 1, 13 extr. ex sermonis cotidiani usu addita videtur. Item recessum a Fastis est in ordine consulum, quorum priorem Fasti Pisonem, Cicero Att. 1, 12 et 13 et Caesar infra quoque c. 35 Messalam faciunt. Quamquam hunc mense Februario, Pisonem Ianuario relationem in senatu habuisse ex Cic. Att. 1, 14 §. 2 Orell. et 13 §. 2 intelligitur, Pisonem etiam Plinius aliique scriptores, quos Pighius in Annalibus T. III. p. 337 citavit, praeponunt. Itaque etiam hoc ad genus scribendi familiare pertinere puto.

de finibus suis — exirent] eos in perpetuum relicturi. Nam *ex* finibus exeunt etiam redituri. Cf. Handii Tursellinus T. II. p. 186.

omnibus praestarent] *Omnibus* secundum Terentianum Eun. 2, 2,

Digitized by Google

eis persuasit, quod undique loci natura Helvetii continentur: una ex parte flumine Rheno, latissimo atque altissimo, qui agrum Helvetium a Germanis dividit; altera ex parte monte Iura altissimo, qui est inter Sequanos et Helvetios; tertia lacu Lemanno et flumine Rhodano, qui
3 provinciam nostram ab Helvetiis dividit. His rebus fiebat, ut et minus late vagarentur et minus facile finitimis bellum inferre possent: qua de causa homines bellandi

§. 3. finitimis] *finitumis* Oud. 2 h. l. et ubique scripsit, eadem opinione ductus, quam in assimilatione eum secutum esse ad c. 1 §. 1 vidimus. Sed teste Cornuto apud Cassiodorum p. 2284 ed. Putsch. (adhibito a Schneidero gramm. I. p. 23; qui ipse conferendus est p. 19 et 25.) „Terentius Varro tradidit Caesarem per *i* eiusmodi verba solitum esse enuntiare et scribere: inde propter auctoritatem tanti viri consuetudinem factam." Ipsum tamen Caesarem non ubique *u* repudiasse codices docent.

qua de causa] *qua ex parte* Bong. AB. Cu. Pet. Gott. Voss. A. Egm. Lov. sex alii de vetustioribus Oud. Dr. A. Vr. AB. Vind. AB. Gu. Hamb. Bonn. Hav. A. Inc. Id probabat Daehnius, ita rem, quae spectetur, magis efferri putans. Sed locus Taciti, quo utitur, Ann. 6, 27: *tot luctibus funesta civitate pars moeroris fuit, quod Iulia — denupsit in domum Rubellii*, alienus est. Sane finium angustiae non simpliciter atque unam ob rem, sed pluribus de causis dolorem attulerunt Helvetiis, atque eae causae tanquam totidem partes rerum quasi circa eos positarum cogitari possunt; et erat duplex eis doloris materia, quod et difficulter bellum finitimis inferrent et parum honeste exigua uterentur terra. Sic ex utraque parte dolore afficiebantur, ex bellandi difficultate et ex dignitatis ac decoris imminutione. Sed ipsa dictio nimis est insolens nec magis probabilis, quam haec Germanica: von welcher Seite die nach Krieg verlangenden Menschen mit großem Schmerz erfüllt wurden. Mirum tamen, quo modo lectio facillima et optima *qua de causa* ita depravari potuerit; et cum in cod. Andino super *parte* scriptum sit *re*, Oud. Caesarem *quare* posuisse, ex superioribus autem irrepsisse *ex parte* suspicatur. Id fieri utique potuit; sed fortasse praestat integram illam alteram Andini libri scripturam *qua ex re* pro vera accipere eamque primum per errorem e praecedentibus illatum in melioribus, deinde per emendandi conatum in deterioribus mutatam existimare.

1 *homo homini quid praestat* et Plautinum Bacch. 4, 9, 49. *Priamus hic multo illi praestat* et Ciceronianum Brut. §. 161 *totidemque annis mihi aetate praestabat* pro dativo habendum, eumque casum analogia verborum *praeesse* et *antestare* requirit, nec aliter Lucilius apud Nonium c. 4 n. 367 *si facies praestat facie, si corpore corpus* dixit, cui *facie* et *corpore* dativi erant. Columella tamen 11, 1, 16 ablativo usus putatur, cum scripsit: *sic in agresti negotio dici vix potest, quid navus operarius ignavo et cessatore praestet;* ne id quidem sine ratione, quam docet Ramsh. gramm. §. 154 B. not. 2. Sed Caesarem et aequales, quibus Oud. utrum-

Digitized by Google

cupidi magno dolore adficiebantur. Pro multitudine autem hominum et pro gloria belli atque fortitudinis angustos se fines habere arbitrabantur, qui in longitudinem milia passuum CCXL., in latitudinem CLXXX. patebant. 4
3. His rebus adducti et auctoritate Orgetorigis permoti constituerunt ea, quae ad proficiscendum pertinerent, comparare, iumentorum et carrorum quam maximum numerum coëmere, sementes quam maximas facere, ut in itinere copia frumenti suppeteret, cum proximis civitatibus pacem et amicitiam confirmare. Ad eas res conficien- 2

adficiebantur] Bong. A. Voss. A. non *aff.*
§. 4. fines] *finis* Oud. ex Bong. A. in quo Plüschkius *fines* legit, exemplar Fabricianum a manu prima *finis* fuisse demonstrat. Cf. ann. crit. ad c. 1 §. 1.
Cap. 3. §. 1. sementes] *sementis* Vind. A. ante correctionem.
§. 2. res] *re* Bong. A. ante corr. ab eadem manu factam.

que casum nec non accusativum promiscue in usu fuisse statuebat, ablativo abstinuisse verisimile est.

§. 4. pro multitudine autem hominum] quam c. 29 demonstrat.

qui — patebant] Quod geographi h. l. Caesarem erroris convincunt et Helvetiorum fines iusto longius et latius extendisse arguunt, cum Glareano faciendum videtur, qui eum non visu, sed auditu cognita haec habuisse ideoque facile errare potuisse ostendit.

Cap. 3. §. 1. constituerunt] sibi placere demonstrarunt, sie setzten fest, bestimmten. Nam ita fere Caesar in his commentariis *constituere* dicit, ut declarationem capti consilii simul significet.

carrorum] Caesari semper est masculinum. Cf. c. 6. 26. bis. 4, 14. ubi de Germanis sermo est, et 7, 18. Sed auctori Hisp. 6 *carra* dicuntur, idque Nonius usu receptum ait.

cum proximis civitatibus] Galliae, ut sequentia docent. Germanis enim ab altera parte proximis regionem, quam adhuc incoluerant, si vellent, occupandam relinquebant.

confirmare] firmam reddere, ut 6, 28: *his rebus pace confirmata.* Etiam antea pax et amicitia cum finitimis Gallis fuerit, sed haec iam confirmanda videbatur propterea, quod eis invitis ex finibus suis exire non facile poterant, et ut sociis ad occupandam Galliam omnem uterentur.

§. 3. Ad eas res conficiendas] Hic locus criticis offensioni fuit partim propter repetitionem quattuor vocabulorum ingratam, partim quod sequentia doceant Orgetorigi non omnes eas res, sed unum illud de amicitia conficiendum mandatum fuisse. At sequentia, modo ita scribantur, ut in optimis libris leguntur, tantum abest, ut Orgetorigi non omnia mandata arguant, ut aliter intelligi commode non possint. Nam quod *sibi* legationem ad civitates suscepisse dicitur, ceteras res non ipse administrasse, sed per alios curasse significatur. Incommodum autem in repetitione positum non tanti esse iam Oud. intellexit, qui ad c. 44 nonnulla singularium vocabulorum iteratorum exempla ex commentariis collegit et Civ. 3, 97 duas deinceps periodos ab verbis *qua re animadversa* inci-

Digitized by Google

das biennium sibi satis esse duxerunt: in tertium annum
8 profectionem lege confirmant. Ad eas res conficiendas

biennium — conficiendas] Haec quindecim vocabula Dr. A. in margine a m. sec. scripta habet. *biennium* om. Voss. A.
sibi satis esse] *satis esse sibi* Vind. I.
duxerunt] *dixerunt* Hamb. Voss. A. (sed *duxerunt* eadem m. adscripsit) Vind. A. (cum *u* super *i*) Ven. bcde. Ber.
tertium annum] *tertiam annuam* Voss. A. *tercio anno* Vind. A.
confirmant] *confirmare* Hamb.
§. 3. Ad eas res conficiendas] Om. Voss. B. Cum quindecim illa *biennium — conficiendas* ob homoeoteleuton omissa et in margine suppleta essent, ut in Dr. A. factum vidimus, haec quattuor extrema non tanquam iterum a Caesare posita repetenda, sed ideo adiecta videbantur, ut intelligeretur, a quibus contextus verbis in marginem transeundum indeque ad contextum revertendum esset. Itaque librarius Voss. B. (cui affinis est Dr. A.) haec omisit. Ceterum pro *res* Bong. A. hic ut §. 2 ante corr. *re*, Pet. *leges*, et pro *conficiendas* Leid. A. *confirmandas* exhibet: quae omnia levia sunt et ita comparata, nihil ut a codicibus obstet, quo minus hic locus incorruptus videatur.

pere monuit. Etiam quinque verba, *mutato consilio quibusdam de causis*, bis uno in capite Civ. 3, 66 interiectis sane plusculis, sed quinque leguntur. Haec negligentiae, si minus paris, certe similis specimina sunt. Quid quod ipse Cicero in orationibus quaedam similia admisisse videtur, ut pro Mur. 25: *tum igitur his rebus auditis meministis fieri senatus consultum referente me, ne postero die comitia haberentur, ut de his rebus in senatu agere possemus. Itaque postero die frequenti senatu Catilinam excitavi atque eum de his rebus iussi, si quid vellet, quae ad me allatae essent, dicere.* Etiam Verr. Act. I, 7: *aliis illud indignum, aliis ridiculum videbatur: ridiculum iis, qui istius caussam in testium fide, in criminum ratione, in iudicum potestate, non in comitiis consularibus positam arbitrabantur; indignum iis, qui altius perspiciebant et hanc gratulationem ad iudicium corrumpendum spectare arbitrabantur.* et Catil. 4, 6 (licebit enim hoc testimonio uti, cum ea oratio, etsi non a Cicerone, tamen ab homine Ciceronianae dictionis perito conscripta esse videatur) *veremini, censeo, ne in hoc scelere tam immani ac nefario nimis aliquid severe statuisse videamini; cum multo magis sit verendum, ne remissione poenae crudeles in patriam, quam ne severitate animadversionis nimis vehementes in acerbissimos hostes fuisse videamini.* Vtroque loco, nec mirum, variae sunt lectiones, et illo Zumptius *videbant*, hoc Orellius *videamur* in altera parte praetulit, quorum utrique codices refragari videntur. Nostro vero loco a codicibus neque hac neque proxima §. mutandae vulgatae ansa praebetur. Itaque acquiescendum ea puto et Caesarem denuo, postquam temporis spatium ad eas res sufficere visum significavit, ad easdem illas Orgetorigem delectum ostendere existimo, quasi dicat: ad eas res conficiendas, quibus conficiendis biennium satis esse ducebant, Orgetorix deligitur,

Digitized by Google

Orgetorix deligitur. Is sibi legationem ad civitates suscepit. In eo itinere persuadet Castico, Catamantaloedis filio, Sequano, cuius pater regnum in Sequanis multos annos obtinuerat et a senatu populi Romani amicus appellatus erat, ut regnum in civitate sua occuparet, quod pater ante habuerat; itemque Dumnorigi Haeduo, fratri 4

sibi legationem] *ubi leg.* Pet. Voss. AB. Egm. Vrat. A. *igitur ubi leg.* Carr. Bong. C. Duk. Leid. B. Dr. B. Vind. FI. *igitur leg. sibi* Vind. E. *igitur ubi sibi leg.* Ven. f. Qui *ubi* probant, quod plerisque post Oud. editoribus placuit, post *suscepit* comma faciunt; verum *in eo itinere* multo magis initio enuntiationis conveniunt, quam apodosi.

§. 4. Catamantaloedis] Bong. B. Egm. Vrat. A. Eodem ducunt Bong. A. Voss. A. Vind. A. scripturae. *Catamantaledis* Ond. cum Aldo et seqq.

populi Romani] Lov. Vrat. A. Vind. A corr. Vind. B. Dr. A. Pet. Egm. Leid. A. *P. R.* Bong. AB. Voss. A. Parisienses, Vrat. B. Hamb. Bonn. Hav. A. *p.que romano* Gott. *populoque romano* Dr. B. Vrat. C. Vind. E. Goth. B. edd. ante P. Manutium, qui (*S.*) *P. Q. R.* dedit, quod etiam Oud. tenuit. Caesarem litteras singulares posuisse non magis verisimile est, quam librarios, qui duas posuerunt, tria vocabula significare voluisse. Neque vero Caesar, qui istum honorem alibi *a senatu* vel *a senatu nostro* tributum dicit (cf. c. 35. 43. 4, 12. 7, 31), hoc uno loco *a senatu populoque Romano* tributum dixisse videtur (quamquam senatum in illo decreto suum cum populi nomine iunxisse consentaneum est, cf. Liv. 31, 11), sed in prima senatus Romani commemoratione addidisse *populi Romani* propterea, quod etiam Gallorum et barbarorum senatus essent. Ad populum autem de illo regulo latum eumque ut Ptolemaeum Auleten aliosque et senatusconsulto et lege amicum appellatum esse, quod ipsum Caesar significaturus *a senatu populoque* appellatum dixerit, nec per se credibile nec ab ullo scriptorum memoriae proditum est.

Haeduo] Vind. A. Bong. A. Voss. A. Egm. *heduo* reliqui mei excepto Vrat. A. et Oudendorpiani (vel *haeduo*) cum editis ante Aldum nep., qui primus secundum inscriptiones quasdam (quales apud Orellium tres exstant) *Aeduo* exhibuit, quem Oud. et reliqui editores secuti sunt. Sed *Haeduorum civitas* est in inscriptione Orell. 360, *Heduorum* in 3432. item *Haedui* codex Mediceus Cironis Fam. 7, 10. Quod Graecorum scriptorum libri spiritum lenem exhibent, posteriori tempore ita pronuntiatum fuisse documento est, ad Caesaris scripturam constituendam non magis valet, quam nummorum, quos Harduinus ad Plin. T. I. p. 225 ostendit, auctoritas.

Is sibi — suscepit] Horum verborum sensum supra declaravimus: ad dictionem confer Civ. 1, 76 et 2, 20, ubi *sibi consilium capere* dicitur qui pro se suaeque personae ratione habita capit, item Gall. 7, 52 *sibi ipsi iudicare*, qui sibi iudicium arrogant: quae cum non minus ab vulgari loquendi usu recedant, recte tamen apteque dicta sunt.

Digitized by Google

Divitiaci, qui eo tempore principatum in civitate obtinebat ac maxime plebi acceptus erat, ut idem conaretur,
5 persuadet eique filiam suam in matrimonium dat. Perfacile factu esse illis probat conata perficere, propterea quod ipse suae civitatis imperium obtenturus esset: non esse dubium, quin totius Galliae plurimum Helvetii possent; se suis copiis suoque exercitu illis regna conciliatu-
6 rum confirmat. Hac oratione adducti inter se fidem et iusiurandum dant et regno occupato per tres potentissimos ac firmissimos populos totius Galliae sese potiri posse sperant. 4. Ea res est Helvetiis per indicium

§. 6. tres] *tris* Oud.

sese] *se* Vrat. C. Goth. B. Vind. I. Pal. et quidam codices Oud. cum editis ante Flor. In And. et Pet. omissum est, fortasse recte. Cf. Zumpt. gramm. §. 605.

Cap. 4. §. 1. Ea res est] Bong. AB. Voss. A. Lov. Gott. sex alii vetustiores Oud. Pet. Dr. A. Vind. AB. Vrat. B. Gu. Hamb. Bonn. Hav. A. inc. *ea res* Cu, *postquam ea res est* Egm. Vrat. A. *ea res ut est* reliqui codices et editi omnes, cum commate

§. 4. Divitiaci] Hunc Romae fuisse et in notitiam urbis venisse ipsius oratio c. 31 docet. Eundem Cicero de Divin. I, 41 Druidam divinationis peritum et a se visum refert. Itaque Dumnorigem quis esset demonstraturus scriptor primum Divitiaci fratrem appellat, tum alia addit, quae cave cum Metaphraste ad Divitiacum referas.

principatum] Videtur Dumnorix eo anno Vergobretus fuisse, de quo c. 16 dicetur.

§. 5. totius Galliae plurimum] Si Galliam pro Gallis dictam accipimus (ut 4, 2 *Gallia iumentis delectari* dicitur), *totius Galliae* idem est, quod *omnium Gallorum*. Sed praestat ellipsin statuere similem illi, quam in verbis c. 1 §. 4 *eorum una pars* invenimus, ut genitivus *totius Galliae* ad *populorum*, quae notio in *Helvetii* inest, referatur. Cf. 5, 3 de Treviris: *haec civitas longe plurimum totius Galliae equitatu valet*, ubi post *plurimum* supplendum est *civitatum*. Magis etiam concise 3, 8 de Venetis: *Huius est civitatis longe amplissima auctoritas omnis orae maritimae regionum earum*, ubi post *auctoritas* et *auctoritatum* et *civitatum* cogitandum reliquit.

copiis] opibus et divitiis. Sic 6, 15 *eorum ut quisque est genere copiisque amplissimus* et infra c. 31 *agros et cultum et copias Gallorum* iungit.

§. 6. adducti inter se] Sequi debebat *et cum Orgetorige coniurant*. Orgetorigem enim non afuisse a coniuratione certum est, eoque spectat etiam *trium* in sequentibus populorum commemoratio. Sua autem ipsius oratione adductum iurasse quis dicat? Sed tamen incolumi perspicuitate potuerunt ista, quae per se intelligerentur, omitti: quae res effecit, ut *adducti* speciem absoluti, quem dicunt, nominativi acciperet.

regno occupato] In sua quisque civitate: quorum Orgetorix in Helvetiis se imperium obtenturum esse per coniurationem nobilitatis sperabat, reliqui duo in Haeduis et Sequanis regna per Orgetorigem sibi conciliatum iri confidebant.

Digitized by Google

enuntiata. Moribus suis Orgetorigem ex vinculis causam dicere coëgerunt. Damnatum poenam sequi oportebat, ut igni cremaretur. Die constituta causae dictionis Or- 2

post *enuntiata*, quae lectio satis commoda, sed codicum vetustiorum scripturae posthabenda est. Copulas enim et quasi clavulos orationis, quibus bina vel plura enuntiata simplicia vinciri et in unum redigi solent, Caesar in his commentariis, maxime in hoc primo libro, saepe omittit et partium compagem lectori construendam relinquit, nec solum in descriptionibus, ut c. 1 *Gallos ab Aquitanis* etc. vel c. 6 *Extremum oppidum* etc., sed etiam in narratione, ut c. 21 *Eodem die — misit. Renuntiatum est facilem esse. De tertia vigilia* etc. c. 23 *Ea res — hostibus nuntiatur. Helvetii — coeperunt.* cui loco noster simillimus est; in quo ipso minus offensuri fuissent critici, si post *enuntiata* haec legissent: *Helvetii Orgetorigem*, vel *Hi Orgetorigem — coëgerunt;* repetitum enim ex antecedentibus vel pronomine repraesentatum nomen copulae instar esse sensissent. Iam vero eadem potestate praeditum est quod sequitur, *moribus suis*, quod statim de Helvetiis cogitari iubet. Ceterum non dissimulandum est *ut* coniunctionem hoc significatu tam raram in his libris esse, ut hactenus genuina potius, quam suppositicia videri possit. Legitur semel B. Gall. 1, 31, 12 et fortasse c. 54, 1 et ter Civ. 3, 6. 63. 94. *postquam* ex interpolatione originem ducere apparet.

enuntiata] Bong. A. *enunc.* Oud. Cf. Orthographia Norisiana Harlesii p. 271.

Cap. 4. §. 1. ex vinculis causam dicere coëgerunt] Causae dictio seu defensio quasi procedens ex vinculis cogitatur. Simile est *ex equis colloqui* c. 43. In vincula tamen coniectus esse Orgetorix non magis, quam causam dixisse videtur, sed die demum causae dicendae constituta vinciendus erat et ita causam dicturus, interim liberiore custodia vel fide data vel sponsoribus asservatus. Certe familiam interim et clientes undique cogere et conducere ei licebat, quod vincto difficilius factu fuisset. Itaque *coëgerunt* est id quod faciendum ostenderunt et, si facere nollet, se vim adhibituros denuntiarunt: sie erklärten ihm, daß er sich gefesselt verantworten müsse. Cf. 6, 12 et 22; quibus locis qui *iurare*, *transire coguntur*, non vi illata, sed necessitate verbis demonstrata ad iurandum, transeundum adiguntur. Propterea recte et sine pleonasmo dicitur *vi cogere* (ut c. 6) et *invitos cogere*, ut 4, 5.

sequi] ut comitem personae, non facti, de quo Germani cogitamus, cum dicimus die Strafe folgt darauf. Eodem modo Sallustius Hist. I. fr. 16 p. 220 Gerl. *nam ubi malos praemia sequuntur, haud facile quisquam gratuito bonus est.*

igni] Eadem ablativi forma c. 53. 6, 19 et 44. 7, 4 conspicitur.

§. 2. constituta] Ablativus temporis est, (an dem — Tage) non qui absolutus dici solet (nachdem der Tag — festgesetzt war), qui vel primum vel ultimum in his quattuor locum tenere et dativum potius, quam genitivum (*dictionis*) additum habere debebat. Nam participio verbi magis, quam adiectivi vim habenti casus quoque verbo conveniens iungendus erat. Tum vero caveri debebat, ne ipse Orgetorix diem constituisse videretur.

Digitized by Google

getorix ad iudicium omnem suam familiam, ad hominum milia decem, undique coëgit et omnes clientes obaeratosque suos, quorum magnum numerum habebat, eodem
3 conduxit: per eos, ne causam diceret, se eripuit. Cum civitas ob eam rem incitata armis ius suum exsequi conaretur, multitudinemque hominum ex agris magistratus cogerent, Orgetorix mortuus est; neque abest suspicio, ut Helvetii arbitrantur, quin ipse sibi mortem consciverit. 5. Post eius mortem nihilo minus Helvetii id, quod constituerant, facere conantur, ut e finibus suis exeant.
2 Vbi iam se ad eam rem paratos esse arbitrati sunt, oppida sua omnia, numero ad duodecim, vicos ad quadringentos, reliqua privata aedificia incendunt, frumentum

familiam] Servos dici et numeri magnitudo et additi clientes obaeratique demonstrant. De *clientibus*, qui apud Gallos *ambacti* audiebant, cf. 3, 13. 15. 19. quo loco cum servis coniunguntur. Sed nationes quoque clientes erant potentiorum, ut Haeduorum (c. 31 et 7, 75), Trevirorum (4, 6), Eburonum, Nerviorum, Aduatucorum (5, 39). *Obaerati* autem pars erant clientium. Cf. 6, 13.

ne causam diceret] *Ne* ad verbum cavendi spectat, cuius loco aliud eventum simul declarans sequitur: *se eripuit*. Similem brevitatem habent haec 7, 32: *id ne accidat, positum in eius diligentia atque auctoritate*, id est, *caveri posse eius diligentia*. Ib. 35: *erat in magnis Caesari difficultatibus res, ne maiorem aestatis partem flumine impediretur*, ubi *cum verendum esset* omisit. Ceterum metu, non vi eripuisse se Orgetorix videtur.

§. 3. incitata] Animis ira commotis. Cf. 4, 14: *milites nostri pristini diei perfidia incitati*. 7, 28: *et Genabensi caede et labore operis incitati*.

mortuus est] In carcere mortuum neque secundum supra (ad §. 1) dicta est verisimile, nec satis id convenit sequentibus.

quin ipse sibi mortem consciverit] Quasi praecederet *nec dubitant Helvetii;* nam ad eam consuetudinem, qua *non dubito quin* dicebatur, scriptorem haec composuisse vere observavit Heldius. Ea autem ipsa praecedentium est sententia, Helvetios arbitrari Orgetorigis mortem voluntariam fuisse, eamque suspicionem non longe remotam aut arcessitam sibi videri ostendit. Der Verdacht liegt nicht fern, daß er sich, wie die Helvetier glauben, selbst entleibt habe. Ad posituram verborum *ut arbitrantur Helvetii*, cf. 6, 37: *confirmatur opinio barbaris, ut ex captivo audierant, nullum esse intus praesidium*.

Cap. 5. §. 1. nihilo minus] Ex quo intelligitur rei necessitate magis, quam Orgetorigis auctoritate adductos Helvetios emigrandi consilium cepisse. Etiam Florus 3, 10, 2 *non sufficientibus terris* sedes eos petiisse docet.

§. 2. Vbi iam] Tertio postquam consilium ceperant anno, uti Orgetorige superstite convenerat. V. c. 3 §. 2.

reliqua privata aedificia] Quae cum ab oppidis et vicis distinguantur, singularia et in agris pascuisque dispersa fuisse necesse est; neque opus erat, ut eius rei declarandae causa adderetur *privata*,

Digitized by Google

omne, praeterquam quod secum portaturi erant, comburunt, ut domum reditionis spe sublata paratiores ad omnia pericula subeunda essent, trium mensium molita

Cap. 5. §. 2. praeterquam] *praeter* Cu. And. Leid. A. Scal. Voss. AB. Bong. C. Vind. A. Hav. A. Dr. B. codex Gifanii, et Vasc. Steph. P. Man. et seqq. item Oud., cui elegantius videbatur. Sed eam elegantiam, quam fortasse Gellius sectabatur 1, 23: *uti posthac pueri cum patribus in curiam ne introeant, praeter ille unus Papirius*, Caesar neque novit neque, si hoc loco *praeter* posuit, captavit, sed *praeter quod* breviter dixit pro *praeter id quod*, ut Cicero Att. 5, 3 *nullas enim adhuc acceperam* (litteras) *praeter quae mihi binae simul in Trebulano redditae sunt*, i. e. *praeter eas, quae.* Atque ea brevitas adeo non obscura est, ut *praeter quod* in *praeterquam quod* perspicuitatis gratia mutandum videri vix cuiquam potuerit; praesertim cum *praeterquam* nec tritum usu neque in his commentariis usurpatum sit. Auctor Hisp. eo usus est c. 24: *ceciderunt ex legionariis CXXXVIII. praeterquam quorum arma et spolia sunt allata.* Contra facillime potuit *quam* ante *quod* excidere, ut Hisp. l. c. ante *quorum* in septem codicibus factum, ubi *quos* unius prava scriptura. Similiter h. l. in Voss. B. et Dr. B. omissum est errore librariorum; nam qui his cognati sunt codices, Dr. A. (cf. ann. crit. c. 3 §. 3) et Hamb. Goth. B. aliique, ii omnes tenent *quam*, praeterea Bong. AB. Vrat. ABC. Pet. Pal. Vind. BDEI. Gu. Bonn. et reliqui Oud. cum editis ante Vasc. (etiam inc.) quorum vetustiores non ita interpolati, recentiores partim ex aliis fontibus ducti sunt. Hos igitur in re dubia sequi tutius visum est.

mensium] *mensum* Oud. ex Bong. A. fortasse recte. Cf. Schneiderí gramm. P. 3 p. 244. Plautum certe et Ovidium ita dixisse

quod nihil nisi singularium hominum consilio et usibus exstructa significat. Id ipsum igitur dicere voluit scriptor, vel alia aedificia Helvetiis nulla fuisse vel, si quae essent, privata tantum et quae ab hominibus habitarentur, incensa.

domum reditionis] Constructionis a verbo ad substantivum translatae exempla ne a Cicerone quidem absunt. Dixit enim Brut. 16 *ad plebem transitiones*, Att. 11, 16 et 13, 50 *de obviam itione*, de Divin. 1, 32 *reditum ac domum itionem:* quae quamquam intra unius verbi stirpem continentur, hoc tamen docent, Plautum non vim intulisse linguae, cum diceret Trinumm. 3, 2, 83 *quid tibi interpellatio aut in concilium huc accessio est?* Rud. 2, 6, 18 *quid mihi scelesto tibi erat auscultatio? quidve hinc abitio? quidve in navem inscensio?* et alia his similia. Cf. adn. ad 2, 35 §. 4. Sed quod Civ. 1, 58 legitur, *magni domum concursus ad Afranium fiebant*, propter additum verbum nonnihil diversum esse apparet.

paratiores] Necessitate vel vincendi vel moriendi imposita. Id Florus loco ad §. 1 citato suo more illuminans, postquam Helvetios incensis moenibus suis exisse dixit, *Hoc*, inquit, *sacramentum fuit, ne redirent.*

trium mensium] Hanc consuetudinem illorum populorum fuisse ex loco quodam Capitularium Caroli M. apud Muratorium Ant. Ital.

Digitized by Google

3 cibaria sibi quemque domo efferre iubent. Persuadent Rauracis et Tulingis et Latobrigis finitimis, uti eodem usi consilio oppidis suis vicisque exustis una cum iis proficiscantur, Boiosque, qui trans Rhenum incoluerant et in agrum Noricum transierant Noreiamque oppugnarant, receptos ad se socios sibi adsciscunt. 6. Erant omnino

constat; idem aliquoties apud Ciceronem in bonis codicibus legitur, ut Verr. 2, 74. 75. 77. Phil. 12, 9. repertum etiam Att. 15, 20 in uno Lambini libro praetulit Orellius, quamquam in Fam. 7, 17 cum Med. tenuit *mensium*, quod infra 6, 18 sine varietate scriptum est.

§. 3. Latobrigis] Carr. et codex Ciacconii et fortasse unus et alter ab editoribus seculi 16. adhibitus, inter quos primus Gryphius in ed. mai. ita scripsit. Sed c. 28 et 29 plures codices et boni *Latobrigos* exhibent, qui secundum hunc locum *Latobici* nominandi essent; nec raro fit, ut prima commemoratio nominum rariorum vitiosa, altera et tertia certior et magis constans sit.

iis] *his* Bong. A. Dr. A. Vind. ABD. Hamb. edd. ante P. Man. *hiis* Vrat. ABC. Bonn. Bong. B. Gott. Lov. (ut fere solent) *eis* duo vetustissimi libri Vrsini, Dr. B. Vind. CFI. Bong. C. quod recepissem, si de duobus Vrsinianis libris certius constaret. *his* enim h. l. alienum, *iis* autem nisi ambigua eorum librorum, in quibus *hiis* legitur, auctoritate non est munitum.

T. II. p. 452 A. colligi posse videtur, in quo *victualia* de Marcha (provincia) *ad tres menses* et arma atque vestimenta ad dimidium annum praeparari iubentur ad bellum.

§. 3. cum iis] Vsitatius erat *secum*, et, si *suadent* praecederet, aptius quoque. *persuadent* vero rem etiam factam esse significat: re vera cum iis profecti sunt; id quod respiciens scriptor *cum iis* posuit. Alia ratione ab usu recedentem c. 6, 2 videbimus, rursus alia 11, 3.

Boiosque] Hos ex Gallia oriundos esse Livius 5, 35 cum Lingonibus, Tacitus Germ. 28 cum Helvetiis eos coniungens et alii scriptores docent; idemque Caesar significat. Post bellum Helveticum iterum in Gallia apparent et aliquoties a Caesare commemorantur.

Noricum] Eius fines incerti, sed inter Danubium et Alpes haud dubie fuerunt. Postea in provinciam redactum Noricum ea loca complectebatur, quae hodie Oesterreich, Kärnthen, Steiermark. Hunc vero agrum Noricum Caesariani temporis inter Oenum (Inn) et Lichum (Lech) flumina positum statuunt, nulla alia ratione quam quod propiorem Helvetiis fuisse probabile sit. Non magis de *Noreia* constat, quod oppidum alii in ea regione, qua hodie est Görz, alii in Bavaria ponunt. Illud ex h. l. apparet, Boios eo tempore certas sedes non habuisse, sed eodem modo, quo Helvetii coeperant, in migratione fuisse. Videntur autem, cum frustra Noreiam oppugnassent, occidentem versus ad Helvetiorum fines accessisse, a quibus recepti et in societatem asciti sunt. Errant enim qui *oppugnarant* pro *expugnarant* dictum putant. Contra quod *recepti* ab Helvetiis dicuntur, ipsos, non Helvetios, in itinere fuisse arguit.

Digitized by Google

itinera duo, quibus itineribus domo exire possent: unum per Sequanos, angustum et difficile, inter montem Iuram et flumen Rhodanum, vix qua singuli carri ducerentur; mons autem altissimus impendebat, ut facile perpauci prohibere possent: alterum per provinciam nostram, multo facilius atque expeditius, propterea quod inter fines Helvetiorum et Allobrogum, qui nuper pacati erant, Rhodanus fluit isque nonnullis locis vado transitur. Extremum oppidum Allobrogum est proximumque Helvetiorum finibus Genua. Ex eo oppido pons ad Helvetios pertinet. 2

Cap. 6. §. 1. itineribus] Om. Pet. Idem §. 3 *die* et sic repetitum nomen ubique omittit, quod unum est ex multis, quae codicem eum ab aliquo critico mala fide correctum esse produnt, signis.

inter fines Helvetiorum] Hunc verborum ordinem primus mutavit Lipsius ex uno, ut videtur, Hotomanni codice *Helvetiorum inter fines*, quod elegantius putaret, exhibens. Obsecutus est Oud. Sane Caesar 6, 36 *in proximas segetes misit, quas inter et castra unus omnino collis intererat.* Sed codices fere consentiunt in altero, neque Helvetiorum nomen h. l. tali nota eget.

§. 2. Genua] *Gebenna* Egm. pro var. lect. *Gennà* Vind. B. *Geneva* Dr. B. et A, in quo hoc cum septem sequentibus in mar-

Cap. 6. §. 1. quibus itineribus] Haec nominis repetendi consuetudo, quam *Moebius* probabiliter ex scriptis publicis, nominatim senatusconsultis, receptam censuit eamque in rem Caelii ep. ad Cic. Fam. 8, 8 conferri iussit, inprimis a Caesare neque in primo tantum libro usurpata est. Vtitur etiam Cicero, cuius locos indicavit P. Manutius ad orat. pro Roscio Am. c. 26.

vix qua] Cum *qua* ad sensum idem sit, quod *ut ibi*, praepositi *vix* adverbii ratio eadem est, qua *ut* coniunctioni solet praeponi, qua de re v. Zumptii gramm. §. 356. Sed cum adverbium illud vi sua nunquam destitutum esse possit, minus eleganter posuit auctor Hisp. c. 3 *ut vix proximum agnoscere posset*, et c. 6 *ut vix in ea caede pauci effugerent*, quam Caesar h. l. et 3, 4 *vix ut his rebus — tempus daretur* et 2, 28 *vix ad quingentos*. Cf. ann. ad c. 25, 3.

facilius atque expeditius] Supra *angustum et difficile* alterum dicens causam effectui praeposuit: hic effectum ut ex proximo primum ponit eique causam subiungit: leichter und freier.

qui nuper pacati erant] Saepe cum Allobrogibus bellum gesserant Romani, sed novissime pacaverant eos C. Calpurnius Piso ex consulatu a. u. 687 gesto proconsul Galliae, quem Cicero Att. 1, 13 pacificatorem Allobrogum appellat, deinde per occasionem coniurationis Catilinariae rebellantes C. Pomptinus, de quo idem Cicero de prov. cons. c. 13 verba facit, cui post praeturam a. 691 administratam provincia Gallia obvenerat. Caesar utrumque bellum respicere videtur.

§. 2. Extremum oppidum] Cf. ann. crit. ad c. 4, 1.

proximumque] Etiam trans Rhodanum vicos possessionesque habebant Allobroges, ut c. 11 scriptum est. Itaque hoc addit, ut qua parte extremum oppidum Allobrogum Genua sit, intelligatur.

Digitized by Google

Allobrogibus sese vel persuasuros, quod nondum bono animo in populum Romanum viderentur, existimabant, vel vi coacturos, ut per suos fines eos ire paterentur.
3 Omnibus rebus ad profectionem comparatis diem dicunt, qua die ad ripam Rhodani omnes conveniant: is dies erat a. d. v. Kal. Aprilis L. Pisone, A. Gabinio consulibus.

7. Caesari cum id nuntiatum esset, eos per provinciam nostram iter facere conari, maturat ab urbe proficisci et quam maximis potest itineribus in Galliam ulte-
2 riorem contendit et ad Genuam pervenit. Provinciae to-

gine a m. sec. positum, super *Geneva* autem *al. Genua* scriptum est. *Geneva*, quod inde ab Aldo tenuerunt omnes editores, codicum, ut videre licet, paene nulla, ceterum inscriptionis Orellianae n. 255 incertae aetatis auctoritate nititur, quae GENEVENS. PROVINCIA exhibet. In duabus proxime praecedentibus est GENAVENSIBVS. Cap. 7 §. 1 *Genevam* in uno Dr. B, *Gennam* in Vind. B, in reliquis omnibus et in editis ante Aldum *Genuam* exstat. Metaphrastes *Γενοῦα*, qui c. 7 *Γενοῦα* scripsit. Denique Petrarcha Hist. Iul. Caes. 3, 8 haec habet: *Cis Rhodanum Allobroges tenuere laevam amnis, ad ripam quorum, ut idem Iulius Celsus ait, extremum proximumque Helvetiis angulum Genua olim oppidum tenebat, nunc Gebena civitas tenet exigua.* Hodiernum nomen *Geneve* ab hoc, quod testium multitudine coacti restituimus, non longius distat, quam quo altera Genua hodie appellatur, *Genova*. Ipsa homonymia autem et quod duas iam Genuas pro una habemus, offensioni esse non potest.

fines] *finis* Oud. 2.

§. 3. Aprilis] Dr. AB. Vrat. ABC. Vind. CDF. Hamb. Bonn. et editi ante P. Manutium, qui *Apr.* scripsit, quod sequentes editores tenuerunt. *Apl'.* Vind. A. *April.* Goth. B.

eos ire] Postquam *per suos fines* dixerat, pronomine, ut fas erat, ad subiectum verbi *paterentur* accommodato, perspicuitatis causa *eos* dicere maluit, quam *se*, quod ad subiectum verbi *existimabant* quamvis remotius non ineptum neque a consuetudine alienum, immo, si primum locum teneret, legitimum erat, quo posito iam non *suos*, sed *ipsorum* dixisset: *ut se per ipsorum fines ire paterentur*. Cf. ad c. 5, 3 adscripta.

§. 3. qua die — is dies] Diverso genere non solum diversam eiusdem nominis significationem indicavit, sed etiam prohibuit, ne Helvetii in constituendo tempore Romanorum ratione usi viderentur.

Aprilis] Hoc si a Caesare omnibus litteris scriptum est, potius pro accusativo illo, de quo in adn. crit. ad c. 1, 1 monuimus, quam pro genitivo habendum videtur, cf. Zumptii gramm. §. 38. Librarii tamen vix dubium est quin pro genitivo posuerint.

Cap. 7. §. 1. Caesari] *τῷ Καίσαρι ἐν τῇ Ῥώμῃ τότε ὄντι* Metaphrastes scripsit, fortasse ne haec repentina Caesaris commemoratio offensioni esset lectoribus. Sed Caesar aequalibus suis et civibus scribebat, qui non docendi erant, quis ipse esset, aut ubi eo tempore fuisset, aut cur ad eum

Digitized by Google

ti quam maximum potest militum numerum imperat (erat omnino in Gallia ulteriore legio una) pontem, qui erat ad Genuam, iubet rescindi. Vbi de eius adventu Helvetii 3 certiores facti sunt, legatos ad eum mittunt nobilissimos civitatis, cuius legationis Nameius et Verudoctius principem locum obtinebant, qui dicerent sibi esse in animo sine ullo maleficio iter per provinciam facere, propterea quod aliud iter haberent nullum: rogare, ut eius voluntate id sibi facere liceat. Caesar, quod memoria tenebat 4 L. Cassium consulem occisum exercitumque eius ab Helvetiis pulsum et sub iugum missum, concedendum non

Cap. 7. §. 2. quam maximum potest] Bong. AC. N. Voss. A. Gott. Egm. Pet. codex Brantii, Dr. AB. Vrat. AB. Vind. A. Gu. Hamb. Bonn. Hav. A. Ald. et seqq. usque ad Lipsium, qui secundum cod. Hotomanni, cui reliquorum codicum maxima pars et editi ante Aldum plerique accedunt, *potest* omisit. Neque Oud. restituit, quamquam repetitionem paulo ante in verbis *quam maximis potest itineribus* positae dictionis quae Lipsium offenderit, offensionem in hoc scriptore nullam habere intelligebat. Et codices utique teneri *potest* iubent. Nam etiam in Leid. A. inter versus a manu vetusta adscriptum est, et qui omittunt, fere deteriores sunt. Sed tamen aliter, quam paulo ante, dictum videtur. Imperandi enim potestas infinita est, neque hoc Caesar dicere potuit, se tantum numerum imperasse, quantum potuerit imperare, sed quantum praestare provincia posset. Hoc autem omisso *potest* magis perspicuum fit.

§. 3. Nameius] Sic vel *Nammeius* secundum codices scribendum. *Numeius*, quod in edd. ante Oud. est, tantum in Vind. D. exstare videtur. In Hamb. est *Namiucius*, in Vind. A. *Namprocius*.

Verudoctius] Magis firmum hoc a codicibus, quam quod ante Oud. vulgabatur, *Verodoctius;* extra dubitationem tamen ne hoc quidem positum est. Hamb. *Verubleius*, Vind. A. *Verudoécius* exhibet.

§. 4. sub iugum] *sub iugo* veteres codices Vrsini, Vind. A. Hav. A. et a m. sec. Voss. A. ut apud Livium 3, 28 in descriptione eius rei: *tribus hastis iugum fit, humi fixis duabus su-*

potissimum nuntii de Helvetiis allati essent. Itaque commentariorum, quos sibi primum confecerat, rationem etiam cum eos in vulgus ederet, servare hac in re ei licebat.

ad Genuam pervenit] Er kommt bei G. an. Sic 7, 79: *cum omnibus copiis ad Alesiam perveniunt* Galli, quos non introisse constat. Civ. 3, 30: *omnibus copiis ad Asparagium Dyrrhachinorum pervenit atque ibi idoneo loco castra ponit.*

§. 4. L. Cassium consulem] cum C. Mario a. u. 647. Livius Epit. l. 65: *L. Cassius consul a Tigurinis Gallis, pago Helvetiorum, qui a civitate secesserant, in finibus Allobrogum cum exercitu caesus est.* Orosius Hist. 5, 15: *Iisdem praeterea Iugurthini belli temporibus L. Cassius consul in Gallia Tigurinos usque*

Digitized by Google

putabat neque homines inimico animo data facultate per provinciam itineris faciundi temperaturos ab iniuria et maleficio existimabat: tamen, ut spatium intercedere posset, dum milites, quos imperaverat, convenirent, legatis respondit diem se ad deliberandum sumpturum: si quid vellent, ad Idus Aprilis reverterentur. 8. Interea ea legione, quam secum habebat, militibusque, qui ex

perque eas transversa una deligata: sub hoc iugo dictator Aequos misit. Sed infra c. 12, 5, ut in reliquis Livii locis, accusativus certus est.

sumpturum] Bong. A. et omnes mei cum edd. ante Oud., qui h. l. et ubique in hoc et in similibus *p* litteram omisit.

ad Idus] Ab hac codicum scriptura ita, ut c. 6 extr. in verbis *a. d. v. Kal.* et ubicunque nomen numerale sequitur, discedendi et cum Scaligero, Oud. et aliis *a. d. Idus* scribendi causa non est visa. Suetonii Octav. 87 omnes agnoscunt *ad Kalendas Graecas*, neque Ciceronis Catil. 1, 3 *in ante diem Kalendas Novembris* legitur, ut editum est in Ramshornii gramm. p. 408, sed *in ante diem quintum Kal. N.*

Cap. 8. §. 1. ea] om. Vind. A. et codex Turrisani, et potest ex proximarum iteratione litterarum ortum videri, praesertim cum *militibusque* sequatur, non *iisque mil.* Sed pari modo ob proxima illa neglectum a librariis vel propter sequentia consulto omissum esse potest, cum scriptor perspicuitatis gratia ablativum prioris nominis personas significantis, sed quae instrumentorum vice fungerentur, non solum, sed pronomine quasi comite auctum et amplificatum ex-

Oceanum persecutus rursumque ab eisdem insidiis circumventus occisus est.

temperaturos] Temperamento et modo adhibito abstinere ab iniuria breviter *ab iniuria temperare* dixit, ut Virgilius Aen. 2, 8: *quis talia fando temperet a lacrimis?* et auctor ad Herennium 2, §. 29: *cui mirum videbitur istum a maleficio propter acerrimam formidinem non temperasse?*

ut spatium intercedere posset] Inter praesens atque illud tempus, quo vi prohibendi forent Helvetii, spatium seu intervallum interponi volebat Caesar, idque aequale fieri ei tempori, quo milites convenirent. Si statim negasset, statim armis utendum fuisset. Id ne fieret, responsum in longiorem diem reiiciebat. Sic fieri poterat, ut spatium intercederet.

dum milites convenirent] *Dum* tempus unius rei idem, quod alterius esse demonstrat. Una res est congregatio militum, altera spatium intercedens seu tempus ipsum decurrens, quem decursum Caesar non prius finiri volebat, quam militum congregationem. Coniunctivus rem cogitatione Caesaris contineri significat, imperfectum narrationis causa positum est. Cf. Handii Tursellinus T. II. p. 320.

diem] tempus deliberationi destinatum et hactenus definitum, ceterum infinitum et spatii incerti. Quod si unius diei est, *dies* masculino genere ponitur, ut Cic. Fam. 7, 24: *quem vellet alium diem si sumpsisset, me ei non defuturum.*

si quid vellent] Non fugiebat Caesarem, quid vellent, sed ita se occupatum simulat, ut qui nihildum cognoverit.

Digitized by Google

provincia convenerant, a lacu Lemanno, qui in flumen Rhodanum influit, ad montem Iuram, qui fines Sequanorum ab Helvetiis dividit, milia passuum decem novem murum in altitudinem pedum sedecim fossamque perducit. Eo opere perfecto praesidia disponit, castella com- 2
munit, quo facilius, si se invito transire conarentur, prohibere possit. Vbi ea dies, quam constituerat cum le- 3

hibuisset. *legione murum perducit* minus perspicuum erat, quam *ea legione*. Cf. c. 15, 3: *quod quingentis equitibus tantam multitudinem equitum propulerant*.

qui in flumen Rhodanum influit] Coniecturam Glareani et Rhenani *quem fl. Rh. infl.* a Caesare scriptum existimantium, quam Scaliger, Davisius et Clarkius secuti sunt, neque codices confirmarunt, quippe consentientes in vulgato, praeterquam quod Leid. A. et Hamb. *in* omittunt, et pro *Rhodanum* in Voss. C. et Hamb. *Rhodani*, pro *influit* in Vind. A. *fluit* legitur, neque dictionis *flumen Rhodanum* poëtis relinquendae ratio nec denique sensus commendat, quoniam aut de ea parte lacus, qua Rhodanus in eum intrat, cogitandum, aut totum additamentum pro inutili habendum esset. Neque vero *qui* cum Wassio pro ablativo accipiendum, cui et scriptoris usus et sequens *qui dividit* repugnat.

decem novem] *novem* Leid. A. Oud. 2. ut Cluverius, Vossius, Davisius voluerant. *XXIX* Carr. *XXX*, in marg. a m. sec. *al. XVIIII*, Dr. A. *X et VIII* Vind. C. Reliqui numerum receptum agnoscunt, etiam Petrarcha Hist. 4, 12 et Appianus de reb. Gall. 4, 15, quo auctore Caesar de Helvetiorum itinere certior factus *διατείχισεν ὅσα περὶ Ῥοδανόν ἐστι ποταμὸν ἐς ἑκατὸν καὶ πεντήκοντα σταδίους μάλιστα*, cui numero ad ipsa XVIIII. m. p. duo stadia seu CCL. passus desunt.

§. 2. prohibere possit] Ita edidit Oud., ante quem legebatur *prohiberi possent*. De verbo priori codices dubitationem non relinquunt, quin activum praeferendum sit, cum *prohiberi* non nisi in cod. Brantii et Vrat. C., qui deinde cum Goth. B. et Pal. *possent* exhibent, in-

Cap. 8. §. 1. qui in flumen Rhodanum influit] Lacus vix videtur in flumen influens dici posse, si idem est, in quem flumen influit, quemadmodum hic, non ab alia parte oriens aquas suas in flumen immittet, quemadmodum perpetua illa palus, quae 7, 57 in Sequanam influere dicitur. Flumen enim a lacu receptum flumen esse desinit et pars lacus fit, illud vero, in quod influat lacus, esse a lacu diversum necesse est. Atqui Rhodanum non misceri lacu Lemanno geographi testantur, quos laudat *Vkertus* in Geographia Gr. et Rom. T. II. 2, p. 126. Itaque exiens aquas eius secum trahere et lacus in ipsum influere videtur.

ad montem Iuram] H. e. ad eum usque locum in citeriore seu sinistra Rhodani ripa, cui in ulteriore oppositus erat mons Iura: bis an die Gegend, wo sich gegen über das Gebirge Jura endigte, ut iam pridem interpretatus est *Germanicus Sincerus*. Nec sine ratione additum est *qui fines Sequanorum ab Helvetiis dividit*. Ad fines enim Sequanorum usque producenda erat munitio Caesari, si per Rhodanum transire in provinciam Helvetios nollet.

Digitized by Google

gatis, venit, et legati ad eum reverterunt, negat se more et exemplo populi Romani posse iter ulli per provinciam dare, et si vim facere conentur, prohibiturum ostendit.
4 Helvetii ea spe deiecti navibus iunctis ratibusque compluribus factis, alii vadis Rhodani, qua minima altitudo fluminis erat, nonnunquam interdiu, saepius noctu, si perrumpere possent, conati operis munitione et militum concursu et telis repulsi hoc conatu destiterunt. 9. Relinquebatur una per Sequanos via, qua Sequanis invitis

ventum videatur; sed *possit* an *posset* Caesar scripserit, dubium est. Bong. AC. Pet. Cu. Voss. AB. Leid. A. Egm. Parisienses, Vind. AF. et ed. Ven. f. et praesentia, quae praecedunt, prius commendant: posterius ob interiectum *conarentur* magis placet, quod praesentium illorum significationem, quae historica dicitur, scribentis animo obversatam fuisse docet, quam cur postea dimitteret, causa erat nulla. Et exstat in Dr. A. Vrat. AB. Vind. B. Gu. Hamb. Bonn. Bong. B. Gott. editis ante Ven. f. item in Ald. et Steph. et in cod. Hav. A., cuius auctoritatem secutus est Elberlingius. Exemplis nihil efficitur, cum in utramque partem praesto sint et codices pariter varient. Nostro loco praesens tutius videtur, sed si praeter nominatos libros aliqui boni, velut And. et Ox., de quibus Oud. tacet, alterum praebuerint, recipi debebit.

§. 3. reverterunt] *revertuntur* S. duo Leidenses (B et C. nisi fallor) Reg. Hamb. Vind. B. et a m. pr. Dr. A. Id Oud. probabat, collatis locis 4, 11 (*ad eum legati revertuntur*) 5, 11 (*ipse ad naves revertitur*) et aliis. Exemplis vix opus erat: immo scriptores ad tempus praesens formam activam adhibere non solent (ut Clarkius ad 7, 5 observavit) non magis, quam ad imperfectum Caesar, neque passivae Caesar praeteritis usus est praeter participium. Sed hic respiciendum est praecedens *ubi*, quod etsi cum praesenti historico construi potest, ut 2, 9: *ubi neutri transeundi initium faciunt*, hoc tamen loco, cum *venit* haud dubie praeteritum sit, alterum praeteritum rectius, quam praesens, adiunctum habet. In Vind. A. Vrat. A. est *reverterentur*.

§. 4. alii] Huic alterum *alii* Lipsius primum, tum Scaliger et Graevius praeposuerunt, fortasse ex Lov., quod non modo necessarium, sed ne aptum quidem est. Semel posito partitio inaequalis significatur, et *alii* illi pauciores sunt: si bis posueris, magis aequales partes habebis. Atqui consentaneum est longe plurimos Helvetiorum per naves ratesque pontium instar iunctas transire conatos esse, partem minorem vada tentasse. Itaque narratio primum ita instituitur, ut omnes illo modo transire voluisse videantur, deinde aliorum tamen aliud fuisse consilium doceamur.

§. 3. negat] Cf. adnot. ad 2, 31 §. 1.

exemplo populi Romani] Nach dem, was das R. V. in ähnlichen Fällen gethan. Exemplum est actio, quae ad imitandum proponi possit. Sic Civ. 1, 6 privati lictores habuisse dicuntur *contra omnia vetustatis exempla*, h. e. contra atque unquam apud maiores factum sit.

Digitized by Google

propter angustias ire non poterant. His cum sua sponte 2
persuadere non possent, legatos ad Dumnorigem Haeduum mittunt, ut eo deprecatore a Sequanis impetrarent. Dumnorix gratia et largitione apud Sequanos plurimum 3
poterat et Helvetiis erat amicus, quod ex ea civitate Orgetorigis filiam in matrimonium duxerat, et cupiditate regni adductus novis rebus studebat et quam plurimas civitates suo beneficio habere obstrictas volebat. Itaque 4
rem suscipit et a Sequanis impetrat, ut per fines suos Helvetios ire patiantur, obsidesque uti inter sese dent

Cap. 9. §. 2. non possent] *non poterant* Bong. A. Voss. A. Pet. Cott. Egm. Lov. et quinque alii Oud. Dr. A. Vrat. AB. Vind. AB. Gu. Hamb. Bonn. Quod nisi probabile esset ex proximis irrepsisse, coniici posset Caesarem non *cum* seu *quom*, sed *quoniam* scripsisse, quod saepe ita depravatum est.

§. 3. suo beneficio] *suo sub benef.* Reg. Lov. Voss. B. Pal. Vrat. C. Goth. B. quod originem ducere videtur ab lectione aliorum codicum *suo sibi ben.*, quae in Vind. D. Gu. et editis ante Oud. 2 plerisque exstat et per se satis commoda est. Cf. Cic. pro Cael. extr. *quem si — conservatis, addictum, deditum, obstrictum vobis ac liberis vestris habebitis.* Itaque Oud. 1 eam tenuit, in sec. ed. codicum rationem habuit et *sibi* cum Inc. et Steph. omisit.

§. 4. Helvetios ire] *ire Helvetios* Oud. solus et taceps. Idem in ed. sec. paulo ante *finis* scripsit.

Cap. 9. §. 2. sua sponte] Vulgo *sua sponte* facere dicitur is, qui sua voluntate, non ab alio coactus aut impulsus facit: h. l. sua sponte persuadere dicuntur non qui voluntate ad suscipiendum, sed qui viribus ad perficiendum praediti aliorum non impulsu, sed auxilio non egent, ut persuadeant. Solet enim imbecillitatis conscientia voluntatem retardare. Sed magis usitatum est *per se*. Cf. 6, 13 de plebe Gallica: *per se nihil audet*. Tamen eadem fere significatione 5, 28 vix credendum dicitur *civitatem ignobilem atque humilem Eburonum sua sponte populo Romano bellum facere ausam*. Similiter Hirtius Alex. 3 de Alexandrinis: *quae a nobis fieri viderant, ea sollertia efficiebant, ut nostri illorum opera imitati viderentur: et sua sponte multa reperiebant*. Quibus locis idem est, quod Germanice dicimus auf ihre eigne Hand.

deprecatore] Precaturus erat, ut ne transitu Helvetios prohiberent.

§. 3. gratia et largitione] Illud amorem et benevolentiam quacunque re collectam, hoc liberalitatem plebi potissimum acceptam et ad eam obstringendam idoneam significat. Vtraque re magnam apud Sequanos auctoritatem consecutus erat: durch die Liebe, die er sich dort erworben, und durch die Freigebigkeit, die er dort gezeigt hatte.

adductus studebat] Similiter 7, 77 Romani dicuntur invidia *adducti* in potentium populorum agris considere *velle*. Ceterum novarum rerum studium ad mutationem rei publicae Haeduae spectabat, in qua facilius imperium se obtenturum sperabat Dumnorix, si Helvetios aliasque civitates sibi obstrictas haberet.

Digitized by Google

perficit: Sequani, ne itinere Helvetios prohibeant; Helvetii, ut sine maleficio et iniuria transeant. 10. Caesari renuntiatur Helvetiis esse in animo per agrum Sequanorum et Haeduorum iter in Santonum fines facere, qui non longe a Tolosatium finibus absunt, quae civitas est
2 in provincia. Id si fieret, intellegebat magno cum periculo provinciae futurum, ut homines bellicosos, populi Romani inimicos, locis patentibus maximeque frumenta-
3 riis finitimos haberet. Ob eas causas ei munitioni, quam fecerat, T. Labienum legatum praefecit; ipse in Italiam

Cap. 10. §. 2. intellegebat] *intelligebat* editi ante Oud., qui Bong. A. et omnino vetustiores codices, ut ait, semper *le*, non *li*, exhibentes secutus est. Ad Bong. A. accedunt h. l. Vind. A. et qui *intellegat* habent, Lov. et Goth. B.

periculo provinciae] *prov. per.* Vrat. C. Goth. B. Vind. DE. edd. ante Oud. praeter Steph., tum ipse Oud. in sec. ed. nescio quam ob causam. Interpositi nominis pondus minus est, quam postpositi.

populi Romani] Genitivum expressit primus Aldus, ante quem scribebatur *po. ro.* In Vind. D. legitur *populo romano*, quod a Caesaris usu non alienum est. Cf. 2, 31: *sibi omnes fere finitimos esse inimicos.*

§. 4. ne — prohibeant] Eo pertinebat obsidum datio, qua sese obstringebant Sequani, ne prohiberent Helvetios, Helvetii, ut sine maleficio transirent.

Cap. 10. §. 1. renuntiatur] Hoc ad exploratores referri potest, quos Caesarem ad consilia Helvetiorum cognoscenda misisse probabile est. Quod ii nuntiabant, id, quia eodem revertebatur, unde ipsi erant profecti, *renuntiari* dicitur.

Santonum] Cap. 11 *Santonos*, et 3, 11 et 7, 75 *Santonis* dative dixit; ut *Santonorum*, non *Santonum*, hic dici debuisse videatur. Sed metaplasmus est similis ei, quo *Teutonum* 7, 77, et *Teutoni* 1, 33, *Teutonos* 2, 4, *Teutonis* 1, 40 et 2, 29 posuit. Syncope enim in huiusmodi nominibus propriis et raris non est statuenda, et *Santones* etiam ab aliis nominantur, quos indicat Vkertus p. 272. Erant autem longe ab Helvetiis remoti, ad Garumnam et ad Oceanum pertinentes, et tamen aliquid eis necessitudinis cum Helvetiis intercessisse videtur, quippe qui etiam antea illas regiones petiisse tradantur. Cf. adnot. ad c. 7, 4.

non longe] Nescimus, quousque Santonum illinc, hinc Tolosatium fines pertinuerint, sed suspicari licet Caesarem noluisse intervalli magnitudinem ostendere, ne nihil causae fuisse intelligeretur, cur tantopere provinciae timeret. Geographi quidem longe a provincia removent Santonos. Cf. tabula Vkerti.

§. 2. magno cum periculo] Sic 5, 19: *magno cum periculo nostrorum equitum cum iis conflligebat.*

locis patentibus] *Loca* (non *loci*) *patentia* sunt plana et non munita.

§. 3. Ob eas causas] Causa erat una, periculum provinciae, sed eius causae ratio triplex. Sic saepe διὰ ταῦτα Graeci dicunt.

T. Labienum] T. Atius Labienus, qui adolescens sub eodem P. Servilio, quo Caesar, meruerat (testis est Cicero in orat. pro C.

Digitized by Google

magnis itineribus contendit duasque ibi legiones conscribit et tres, quae circum Aquileiam hiemabant, ex hibernis educit et qua proximum iter in ulteriorem Galliam per Alpes erat, cum his quinque legionibus ire contendit. Ibi Centrones et Graioceli et Caturiges locis superioribus 4 occupatis itinere exercitum prohibere conantur. Compluribus 5 his proeliis pulsis ab Ocelo, quod est citerioris provinciae extremum, in fines Vocontiorum ulterioris provinciae die septimo pervenit, inde in Allobrogum fines, ab Allobrogibus in Segusianos exercitum ducit. Hi sunt extra provinciam trans Rhodanum primi.

§. 3. tres] *tris* Oud. 2. Idem §. 5 *finis* dedit, utrumque sine auctoritate.

§. 4. Centrones] *Ceutrones* Bong. AB. Pet. Voss. A. Gott. Lov. Egm. et alii Oud. Vrat. AB. Vind. AE. *centuriones* Hamb. 5, 39 *Ceutrones* secundum codices Belgae sunt, *Centrones* in hac Galliae parte collocant Plinius, Strabo, Ptolemaeus locis ab Vkerto p. 318. 459 indicatis. Itaque meliores codices h. l. leviter corrupti videntur.

Graioceli] Hanc scripturam libri commendant (in Bong. A. est *Graiocaeli*). *Garoceli*, quod ante Davisium obtinuit (*Garuceli* in Ven. cde. Ber. et Vind. F.) in Dr. B. Vind. CD. et Bong. C, *Garocelli* in Vind. Z. et Gr. a, *Gaioceli* in Vind. A. Cu. codice Ciacconii, Vrat. B. et Bonn., *Gaioteli* in Hamb. legitur.

§. 5. Segusianos] Lov. Gott. Lipsius et seqq. *Secusianos* Steph. *Seguianos* Pet. *Sebusianos* reliqui codices (*Sebusiones* Vind. A.) cum edd. ante Steph., quorum auctoritas h. l. propterea sequenda non videtur, quod 7, 64 et 75 magno consensu *Segusianos* tuentur. Cf. adnot. crit. ad c. 5, 3. Accedit quod Strabo *Σαιγουσιανοὺς* appellat l. 4, p. 44 ed. [illegible]ch.

Rabirio perd. r. c. 7) et a. u. 691 tribunus plebis totus in Caesaris potestate fuerat, utilissimam eidem in bello Gallico operam praestitit, in civili acerrimus fuit adversarius.

§. 5. Compluribus his proeliis pulsis] Polyaenus Strateg. 8, 23, 2 nebulae beneficio, quae crassissima in illis montibus mane esse soleat, occultatam partem copiarum super hostes in culmina Alpium escendisse et magno clamore sublato eoque ab altera parte inferiore excepto tantum hostibus terrorem iniecisse narrat, ut repente diffugerint, Caesar sine proelio Alpes superaverit. Cui narrationi non tam silentium Caesaris de dolo ipsius (solet talia praeterire) quam complurium proeliorum h. l. facta mentio, et quod uni Polyaeno non omnia credenda sunt, fidem derogat.

ulterioris provinciae] Breviter dictum pro *quae est civitas ult. prov.* vel *qui sunt ult. prov.*, ut est 3, 23: mittuntur etiam ad eas civitates legati, *quae sunt citerioris Hispaniae.*

Hi sunt — primi] Perperam Metaphrastes haec omisit, quae ad cognoscendum situm Segusianorum parum tunc cognitorum et ad itineris rationem Caesaris demonstrandam necessaria sunt et Segusianos ad septentrionem Allobrogibus finitimos fuisse, Caesa-

Digitized by Google

11. Helvetii iam per angustias et fines Sequanorum suas copias traduxerant et in Haeduorum fines pervene-
2 rant eorumque agros populabantur. Haedui, cum se suaque ab iis defendere non possent, legatos ad Caesarem
3 mittunt rogatum auxilium: Ita se omni tempore de populo Romano meritos esse, ut paene in conspectu exercitus nostri agri vastari, liberi eorum in servitutem ab-
4 duci, oppida expugnari non debuerint. Eodem tempore Haedui Ambarri, necessarii et consanguinei Haeduorum,

Cap. 11. §. 1. traduxerant] *transduxerant* Voss. A. et Gott. a m. pr., tres alii Oud., Vrat. BC. Gu. Bonn. inc. Ald. nep. Lips. et seqq. contra codices.

§. 4. Haedui Ambarri] *Haedui Ambarrique* Reg. Carr. Pal. Duk. Vrat. C. Goth. B. Vind. CDEI. (hic *Ambariique*) edd. ante Ald. excepta Inc. in qua ut in cod. Ort. *quo Haedui*, *Ambarri* legitur. *quo Haedui* (vel *Aed.*), *Ambari* (vel *Ambarri*) *quoque* Ald. et seqq. usque ad Oud., qui *Aedui Ambarri* scripsit et Ambarros, qui pars et affines Haeduorum essent, Haeduos Ambarros eadem ratione nominatos esse statuit, qua Dalmatas Scordiscos, Ligures Sallyes, Lusitanos Callaecos, Gallos Scordiscos, *quibus* nominibus minores gentes maiorum partes designantur. Sed Ambarri non videntur pars Haeduorum fuisse, cum et suo nomine legatos ad Caesarem miserint et necessarii consanguineique Haeduorum dicantur. Nihilo minus in illa scriptura acquiescendum est, cum ipsa necessitudine et cognatione fieri potuerit, ut Ambarri *Haedui Ambarri* vocarentur. Si in melioribus libris aut in uno antiquissimo *quo* exstaret, de interpolatione cogitari et *Haedui* delendum videri posset, ut est in Vind. A. scalpello deletum et a Metaphraste atque a Petrarcha Hist. 4, 16 praetermissum; quamquam tum quoque *quo* potius ad duplicem nominis insolentiam tollendam, quam *quo Haedui* ad planissimam dictionem *eodem tempore* explicandam adiectum existimari deberet. Nunc, cum meliores omnes in scriptura, cuius ratio singularis fortasse, sed minime inepta est, consentiant, certe interpolationis suspicio omni fundamento caret.

rem autem Rhodanum transisse docent. Id supra confluentes Rhodani et Araris factum, et Segusianos in utraque Araris ripa sedes habuisse coniicio.

Cap. 11. §. 1. populabantur] inducto populo seu exercitu vastabant. Quod autem Haeduorum agros populabantur ii, qui Dumnorigis Haedui beneficio illuc venissent, eo fiebat, quod civitas Haeduorum Romanis magis, quam Gallis, favebat, Dumnorix vero a civitate sua dissentiebat.

§. 3. omni tempore] ex quo primum in Romanorum notitiam venerint. Primi inter Gallos Haedui foedus et amicitiam cum Romanis iunxerant, cuius rei saepius in his libris mentio fit. Accedit Strabonis testimonium l. 4, p. 45. Sed quando factum sit, non invenio.

exercitus nostri] Respicere videntur Labienum, cum Caesar ipse interim afuisset.

liberi eorum] Pronomen huic, quam proximo nomini *agri* addere

Digitized by Google

Caesarem certiorem faciunt sese depopulatis agris non facile ab oppidis vim hostium prohibere. Item Allobroges, qui trans Rhodanum vicos possessionesque habebant, fuga se ad Caesarem recipiunt et demonstrant sibi praeter agri solum nihil esse reliqui. Quibus rebus adductus Caesar non exspectandum sibi statuit, dum omnibus fortunis sociorum consumptis in Santonos Helvetii pervenirent.

12. Flumen est Arar, quod per fines Haeduorum et Sequanorum in Rhodanum influit, incredibili lenitate, ita ut oculis, in utram partem fluat, iudicari non possit. Id Helvetii ratibus ac lintribus iunctis transibant. Vbi per exploratores Caesar certior factus est tres iam partes copiarum Helvetios id flumen traduxisse, quartam vero partem citra flumen Ararim reliquam esse, de tertia vigilia cum legionibus tribus e castris profectus ad eam

Cap. 12. §. 1. utram] Pro eo Bong. A. Vind. A. *quam* exhibent, quod codicum diversis familiis adscriptorum et suae cuiusque optimorum consensus et ipsa locutionis ratio, de qua Ramsh. gramm. §. 159 not. 1 conferendus est, magnopere commendat.

§. 2. tres] *tris* Bong. C. Oud. 2.

partes copiarum Helvetios] Hoc ordine omnes a me collati libri praeter Vind. D., qui cum editis ante Ven. f. *partes Helvetios copiarum* habet. In Ven f. et sqq. *copiarum partes Helvetios* legitur, quod Oud. sine adnotatione reliquit.

traduxisse] *transduxisse* Voss. A. Vrat. B. Gu. Bonn. editi ante Steph. et Oud.

quartam vero] Lov. S. Leid. A. And. Gott. Voss. C. Parisienses, Vrat. B. Vind. AE. Bonn. Inc. Vasc. Steph. etc. *quartam fere* vetus codex Vrsini, codex Brantii, Reg. N. Pet. Bong. ABC. Pal. Voss. A. Egm. reliqui mei, editi ante Aldum et Gryphiana b. *fere* minus aptum est. Si tres partes traductae erant, reliquam quartam esse necesse erat. Et magnum hoc erat ad consilium capiendum remque gerendam. Itaque *vero* aptissimum. Cf. 7, 24 *omnis vero* etc. Civ. 1, 64 *totis vero* etc. ib. 2, 6 *altera vero* etc.

maluit, ne *liberi* adiectivum esse videretur. *sui* autem propter eius nominativi insolentiam dicere noluit, quamquam Hirtius 8, 50 et scriptor belli Africi aliquoties eo usi sunt, et ipse *suae* nominativo posuit Civ. 1, 85 et 2, 17. Cf. adnot. ad c. 5, 3.

Cap. 12. §. 1. Flumen est Arar, Simili simplicitate Civ. 3, 112 *Pharus est in insula turris* etc. Hirtius Alex. 72 *Zela est oppidum in Ponto* etc. infra c. 43 *Planities erat magna* etc. Cicero pro Quintio c. 3 *C. Quintius fuit* etc. Fam. 13, 30 *L. Manlius est Sosis* etc.

per fines] Proprie dictum est. Arar Sequanos ab Haeduis dividebat. Cf. Vkertus p. 352.

§. 2. e castris] quae in Segusianis trans Rhodanum, sed cis Ararim posita erant. Cf. c. 10 extr.

Digitized by Google

3 partem pervenit, quae nondum flumen transierat. Eos impeditos et inopinantes adgressus magnam partem eorum concidit: reliqui sese fugae mandarunt atque in proximas
4 silvas abdiderunt. Is pagus appellabatur Tigurinus; nam omnis civitas Helvetia in quattuor pagos divisa est.
5 Hic pagus unus, cum domo exisset, patrum nostrorum

§. 3. adgressus] Vind. A. Bong. AB. Voss. A. non *aggr.*

magnam partem eorum] *eorum* in Ox. Leid. B. Reg. et codice Gifanii omissum, in Leid. A. Vind. AI. et Dr. A. ante *partem* positum delevit Clarkius, non improbante Oud., qui tamen pronomen reliquit, sed nomini praeposuit. Praetermissio ubertati Caesaris repugnat. Cf. 2, 10: *hostes impeditos nostri in flumine adgressi magnum eorum numerum occiderunt.* ib. 23: *et transire conantes insecuti gladiis magnam partem eorum impeditam interfecerunt.* quos locos et quattuor similes indicavit Oud. Quod in nonnullis libris *eorum* aliam atque in plerisque sedem obtinet, ex margine receptum videri potest; sed qui primus in margine posuerit, eum interpretem agere, non errorem a se commissum corrigere voluisse quis praestet? Errore autem certe in Leid. B. et Reg. excidit, qui libri nihil cum Ox. commune habent; et in Ox. alia omissa sunt, quae cum salva sententiarum summa abesse possint, tamen pro genuinis habenda sunt, ut *eos* c. 13, 3. *eius* c. 19 extr. Denique de Gifanii codice parum constat.

sese fugae] *esse fugae* Bong. A. *se fugae* Vind. A. *fugae sese* Oud. sine adnotatione. Id etiam per se deterius est propter sequens *abdiderunt.*

§. 4. appellabatur] *appellatur* Voss. A. Leid. A. Reg. Praesens de nomine etiam tum, cum hoc scriberetur, obtinente cogitare nos iubet, imperfectum tantum docet rei gestae tempore nomen obtinuisse, idem postea sublatum cogitare non iubet, neque si scripsit Caesar *appellabatur*, quod codicum causa credendum est, pagi Tigurini nomen illa clade exstinctum demonstrare voluit.

quattuor] Bong. A. Goth. B. Vind. I. edd. ante Gr. a. et Aldinae nepotis. *IIII.* Dr. B. Vind. F. *quatuor* reliqui a me visi codices, Gr. a. et pleraeque recentiores, etiam Oud., qui ubique ita scripsit, sed codicum suorum neque rationem habuit neque scripturam indicavit. Ego in re dubia id, quod vetustissimus Bong. A. minus ubique, certe plerumque exhibet, amplectendum putavi.

§. 5. unus] om. Vind. A.

§. 4. pagus] Eo nomine Caesar ubique non vicum, sed partem regionis vel civitatis vel eius partis incolas significat. Vide c. 13 et 37. 4, 1 et 22. 6, 11. 7, 64. Salmasius ad Hist. Aug. p. 456, E. Francogallicum *pays* inde repetit, et quod *paganos* eosdem dicebant, quos gentiles, quia *pagus* idem esset, quod gens seu natio.

§. 5. Hic pagus unus] Singularem cladis et victoriae illius rationem fuisse ostendit. Vnus hic pagus ex quattuor calamitatem populo Romano intulerat: idem primus a Caesare caesus est. Fieri poterat, ut plurium pagorum homines cis Ararim reliqui essent, sed contra accidit: unius erant, Tigurini pagi, quia hic unus piaculum commiserat. Id deinde vel

Digitized by Google

memoria L. Cassium consulem interfecerat et eius exercitum sub iugum miserat. Ita sive casu, sive consilio 6
deorum inmortalium, quae pars civitatis Helvetiae insignem calamitatem populo Romano intulerat, ea princeps poenas persolvit. Qua in re Caesar non solum pu- 7
blicas, sed etiam privatas iniurias ultus est, quod eius soceri L. Pisonis avum, L. Pisonem legatum, Tigurini eodem proelio, quo Cassium interfecerant. 13. Hoc proelio facto reliquas copias Helvetiorum ut consequi posset, pontem in Arare faciendum curat atque ita exercitum traducit. Helvetii repentino eius adventu commoti, 2
eum id, quod ipsi diebus xx. aegerrime confecerant, ut flumen transirent, illum uno die fecisse intellegerent, legatos ad eum mittunt, cuius legationis Divico princeps fuit, qui bello Cassiano dux Helvetiorum fuerat. Is 3

§. 6. inmortalium] Bong. A. Vind. A. Egm. Bonn. Goth. B. non *imm.*
populo Romano] *publice rei* Vind. A. quod ex compendio *P. R.* originem ducit. *populi R.* in Oud. 2 errore natum est.

Cap. 13. §. 1. Arare] *Arari* Leid. A. Egm. Vrat. A. Oud., quem accusativi forma *Ararim* c. 12 et 7, 90 posita, ut alterum a codicibus h. l. et c. 16 et 8, 4 haud dubie firmius posthaberet, adduxisse videtur. Idem c. 16 in maiore editione et 8, 4 in utraque *Arare* reliquit, quod nominativo *Arar* convenit. Neque altero nominativo *Araris* usus est Caesar. Cf. Vkertus p. 134.
faciendum] *faciundum* Bong. C. Oud. Vnius libri, praesertim non optimi, auctoritas non sufficit ad expellendum id, quod multis aliis locis a scriptore positum esse constat.
traducit] *transducit* Vind. A. Oud.

§. 2. illum uno] *uno illum* Oud. sine auctoritate et sine adnotatione.

casu vel consilio deorum factum dicens ipse posterius statuerit, sed ne superstitiosus videatur, alterum, quod multis illa aetate magis placebat, simul concedit. De L. Cassio cf. c. 7.

§. 7. L. Pisonis] eiusdem, qui hoc anno cum A. Gabinio consul erat, cuius filiam Calpurniam Caesar anno superiore in matrimonium duxerat. Eius avum, L. Pisonem, virum consularem et legatum Cassii consulis appellat Orosius 5, 15.

Cap. 13. §. 2. bello Cassiano] Glareanus hoc bellum more Romanorum a victo vocatum adnotat, qua quidem ratione Punicum, Iugurthinum, Alexandrinum et pleraque vocata videri possunt. Sed Caesar 5, 4 Britannicum bellum, Hirtius 8, 54 Parthicum vocat, quod nondum gestum erat. Itaque ab altera potius parte bellis nomina imposita esse statuendum est, et, ut distinguerentur inter se, ab ea, quae contra Romanos pugnasset, quae fere victa fuit. Hoc vero Helveticum dici per ambiguitatem non poterat ideoque Cassianum dictum est, eoque nomine appellandum fuisset, etiamsi Cassius vicisset. Cf. Plin. H. N. 33 §. 51 *bellum civile Sullanum*.

Digitized by Google

ita cum Caesare egit: Si pacem populus Romanus cum Helvetiis faceret, in eam partem ituros atque ibi futuros Helvetios, ubi eos Caesar constituisset atque esse voluisset: sin bello persequi perseveraret, reminisceretur et veteris incommodi populi Romani et pristinae virtutis
4 Helvetiorum. Quod inproviso unum pagum adortus esset, cum hi, qui flumen transissent, suis auxilium ferre non possent, ne ob eam rem aut suae magnopere virtuti

§. 3. egit] *agit* Reg. Lov. Dorv. codex Brantii, Vrat. C. Goth. B. Hamb. Bonn. et edd. ante Aldum, quod a Clarkio, ob proximum *mittunt* praelatum tenuit Oud. Sed aequabilitatem illam, *quam* Clarkius requirebat, Caesar saepe violavit, et initio c. 14 legitur *respondit*, non *respondet*. Ceterum memoratu dignum est in Bong. A. Pet. Lov. Gott. aliisque Oud., item in cod. Brant. Dr. A. Vrat. AB. Vind. BE. Gu. Hamb. Bonn. et Inc. post hoc verbum haec addita esse: *legati ab Helvetiis ad Caesarem missi pacem petunt cum denuntiatione terroris:* quae cum primum in margine posita essent ad argumentum eorum, quae sequuntur, indicandum, deinde ab imperitis librariis inter scriptoris verba relata sunt, non sine varietate quadam, quam recensere nihil attinet.

eos] Om. Carr. Ox. et pauci recentiores Oud. item Vind. F. Vasc. Lips. et seqq. usque ad Oud., qui merito restituit. Cf. adnot. crit. ad c. 12, 3.

§. 4. inproviso] Bong. AB. Voss. A. Egm. Vind. A. Goth. B. non *impr.*

hi] Dr. AB. Vind. BCDF. Hamb. Ven. cdef. Ber. Ald. Gr. ab. Steph. *hii* Vind. A. Vrat. ABC. Bonn. *vero* Pet. *ii* Goth. B. (qui eadem constantia, qua Vrat. B. et Bonn. *hii* et *hiis*, *ii* et *iis* exhibet) Rom. a. Med. a. Ven. b. et reliquae, etiam Oud., qui de codicibus suis, ut solet in hac re, tacet. Demonstrandi vis maior, qua praeditum est *hi*, ab hoc loco non magis aliena videtur, quam a 4, 2, ubi Germani iumenta, *quae sunt apud eos nata*, *prava atque deformia*, *haec cotidiana exercitatione summi ut sint laboris*, *efficere* dicuntur.

magnopere] *magne opere* Hamb. *magno opere* Duk. et Oud., qui 7, 57 *magnopere*, quia in omnibus libris esse videbat, tenuit. Alibi sane Caesar haec videtur divisisse. In *quanto opere* 2, 5 potiores codices consentiunt, et 1, 38 *magno opere* est in And. Voss. A. et Hamb. Etiam Hirtius 8, 48 secundum Bong. A. Voss. A. Ox. Egm. et Hamb. ita scripsit. Accedit quod *magnoque opere* et similia a probatissimis scriptoribus usurpata inveniuntur, quae divisionem ab usu non abhorruisse demonstrant. Contra 2, 5 et 4, 26 *magnopere* non multo minus, quam nostro loco et 7, 57 tutum est, et Lucretius 2, 176 versum a *magnopere* incipit, ex quo elisionem quoque in usu fuisse intelligitur. Itaque neutrum invitis codicibus alteri tanquam elegantius praeferendum est.

§. 4. Quod inproviso] *Quod* coniunctio est et periphrasin facit subiecti, cuius praedicatum ex sequentibus supplendum est, quasi dicat: impetum illum improviso in unum pagum factum *ita com-*

Digitized by Google

tribueret, aut ipsos despiceret: se ita a patribus maioribusque suis didicisse, ut magis virtute, quam dolo contenderent aut insidiis niterentur. Quare ne committeret, ut is locus, ubi constitissent, ex calamitate populi Romani et internicione exercitus nomen caperet aut memoriam proderet. 14. His Caesar ita respondit: Eo

§. 5. internicione] Pet. Voss. A. Egm. Gott. Vrat. A. Vind. E. Flor. Iu. *inernicione* Vind. A. *internitione* Goth. A. Vind. CFI. Med. a. Ven. bcdef. Ber. Ald. Lips. *interitione* Dr. A. Vind. B. *intrictione* Hamb. *internectione* Dr. B. *intervencione* Bonn. Vrat. B. *internetione* Rom. a. Gr. a. *internecione* cod. Brant. Vrat. C. Goth. B. Steph. Dav. Clark. Oud., qui de codicibus suis nihil nisi *internitione* et *internicione* in eis ut in edd. vett. esse dicit. Etiam 2, 28 et Afr. 52 codices id tuentur, quod h. l. recepimus, quodque ad modum nominis *pernicies* factum est.

paratum esse, ut moneri debeat, ne ob eam rem ipsos despiciat. Vulgo *quod* significare statuunt *quod attinet ad id, quod*, quae explicatio ad sensum non incommoda rationem dictionis non reddit. Cf. Zumptii gramm. §. 627.

tribueret] Hoc verbum absolute positum significatione non differt ab Germanico auf etwas halten, et eandem vim habet, quam addito *aliquid* vel *multum* habere solet. Similiter Ciceronis Famil. 13, 9: *Volo enim te existimare me, cum universo ordini publicanorum semper libentissime tribuerim idque magnis eius ordinis erga me meritis facere debuerim, tum in primis amicum esse huic Bithynicae societati.* Nec aliter interpretandum videtur initium epistolae 7, 1 *Si te dolor aliqui corporis aut infirmitas valetudinis tuae tenuit, quo minus ad ludos venires, fortunae magis tribuo, quam sapientiae tuae.* quo loco fere idem est, quod *honorem habeo.* Cf. adnot. ad c. 18, 3.

ita — didicisse] Haec causam admonitionis praecedentis continent et propterea non maxima interpunctione, sed colo a proximis dividi debent. *didicisse* autem eadem significatione praeditum est, qua in fine c. 14 *institutos esse.*

contenderent] *Virtute, dolo* contendere non aliter dictum est, quam *armis* c. 31, *summis copiis* 5, 17, *gratia* 8, 50, *vi* 4, 4. sich der Tapferkeit, der List zum Kampfe bedienen.

aut insidiis niterentur] h. e. insidiarum ope et auxilio victoriam consequi studerent. *niti* non simplicem et quietam animi fiduciam in aliqua re positam, sed virium intentionem alicui tanquam gradui et fundamento insistentium ex eoque sursum tendentium significat. Cf. Civ. 1, 45: *tamen virtute et patientia nitebantur atque omnia vulnera sustinebant.*

§. 5. ubi constitissent] scil. Helvetii, qui adhuc in itinere fuerant, tunc vero locum ceperant, quem non sine proelio relicturi essent; cuius proelii eventum sequentia ostendunt.

aut memoriam proderet] ad posteros propagaret; quod cum paulo minus sit, quam *nomen capere*, tamen cavendum Caesari esse Divico censet. Exemplis ab interpretibus collatis addi potest Taciti Agric. 1: *ad prodendam virtutis memoriam.*

Cap. 14. §. 1. His] Neutrius generis esse videtur, pro *ad haec*, quemadmodum Caesar alibi dicit,

Digitized by Google

sibi minus dubitationis dari, quod eas res, quas legati Helvetii commemorassent, memoria teneret, atque eo gravius ferre, quo minus merito populi Romani accidissent: qui si alicuius iniuriae sibi conscius fuisset, non fuisse difficile cavere; sed eo deceptum, quod neque commissum a se intellegeret, quare timeret, neque sine cau-
2 sa timendum putaret. Quod si veteris contumeliae oblivisci vellet, num etiam recentium iniuriarum, quod eo invito iter per provinciam per vim tentassent, quod Haeduos, quod Ambarros, quod Allobrogas vexassent, me-
3 moriam deponere posse? Quod sua victoria tam inso-

Cap. 14. §. 1. accidissent] codex Achillis Statii apud Ciacconium, Bong. A. Pet. Egm. ex Oudendorpianis. *accidisset* reliqui Oud. et Dr. B. Vrat. BC. Vind. AD. Goth. B. Hamb. Bonn. et Parisiis cum edd. ante Clarkium, exceptis Vasc. Steph. Gr. b. et Turr., quod exquisitius videri potest. Sed alterum ut simplicius, ita Caesaris orationi convenientius est.

§. 2. Allobrogas] *Allobroges* Dr. AB. Vrat. A. Goth. A. Vind. ABC. Bonn. Ven. de. Ber. Ald. et seqq. usque ad Oud., qui MSS. plerosque, ut ait, et editiones primas secutus *Allobrogas* terminatione Graeca dedit, quae in Bong. AB. Pet. Pal. Lov. Vrat. C. Goth. B. Rom. a. Med. a. Ven. b. (in hac *Allobragas*) exstat. In Hamb. et Vrat. B. est *Allobrogos*. *Allobroges* 3, 6, *Allobrogas* 7, 64 et Civ. 3, 63 extra controversiam posita sunt: nostro loco dubium est, utrum alteri praeferendum sit.

memoriam] Bong. ABC. Duk. a m. pr. *memoria* cod. Brant. Pet. Pal. Gott. Voss. A. Lov. Egm. et plerique Oud., Dr. B. et a m.

c. 36. 2, 32 et saepius. Cf. c. 34: *ei legationi Ariovistus respondit.*

legati Helvetii] Non negligentiae hoc, sed lectori datum videtur, cuius in oratione obliqua magis ratio haberi solet. Fortasse etiam usus publice loquendi ita ferebat. Et licet cum *Baumstarkio* de interprete cogitare, quamquam indicium abest.

si alicuius iniuriae] sive maioris, sive minoris vel qualiscunque, ut *alicuius* vim habeat maiorem, quam *iniuriae*. Contra *si cuius iniuriae* esset idem, quod unius alteriusve, dieses oder jenes Unrechts, ut 6, 37 *si quem aditum reperire possent*. et ib. 13 *si quod est admissum facinus.*

§. 2. eo invito] Pronomen *eo* efficit, ut non Caesar, sed res loqui videatur. Cf. c. 5, 3 et 11, 3.

vexassent] Cf. 2, 4: *omni Gallia vexata* (a Cimbris et Teutonis). 4, 15: *quorum agros vexaverant*. 6, 43: *ad vexandos hostes profectus*. Quibus omnibus uti poterat Gellius 2, 6 adversus eos, qui Virgilium reprehendebant, quasi incuriose et abiecte verbo levi et tenui *vexare* usus esset in re atrocissima in his Eclogae sextae versibus: *Candida succinctam latrantibus inguina monstris Dulichias vexasse rates et gurgite in alto Ah timidos nautas canibus lacerasse marinis.*

posse] Sic infinitivo utitur 5, 28: *quid esse levius aut turpius, quam auctore hoste de summis rebus capere consilium?* Plura ex Livio praecipue petita vide in Ramsh. gramm. §. 186 II. 3, b. Cf. Zumpt. §. 603.

Digitized by Google

lenter gloriarentur quodque tam diu se impune iniurias tulisse admirarentur, eodem pertinere. Consuesse enim 4
deos inmortales, quo gravius homines ex commutatione

sec. A. Vrat. ABC. Vind. A. Goth. AB. Hamb. Bonn. et edd. ante Gr. a. Id si *recentes iniurias* praecederet, ferri posset; cum genitivo ita demum tolerabile esset, si alia exstarent verborum a sua significatione ad similium constructionem traductorum exempla, secundum quae Caesar, quia *memoria deponere* idem significaret, quod *oblivisci*, eundem illi dictioni casum, quem haec requireret, iunxisse videretur. Accusativum vero praeter codicem vetustissimum tuetur locus huic simillimus Civ. 2, 28 *ne primi sacramenti, quod apud Domitium atque apud se quaestorem dixissent, memoriam deponerent*, ubi nonnulli libri pariter *memoria* exhibent. Cf. Cic. pro Cael. §. 50: *depono memoriam doloris mei.*

§. 3. iniurias tulisse] *tulisse iniurias* Vrat. C. Goth. B. Vind. D. Lov. cum edd. ante Ond., qui in maiore ed. codices potiores secutus in minore ordinem antea vulgatum tenuit.

§. 4. inmortales] Vind. A. Egm. Bonn. non *imm.*

§. 3. impune iniurias tulisse] Haec non ad Caesarem, quippe qui minime diu impune (significatione activa, qua Salustius Iug. 31, 21 *impune iniuriam accepisse* dicit) Helvetiorum iniurias tolerasset, sed ad ipsos Helvetios pertinent, qui eas integros quinquaginta per annos impune (sign. passiva) *habuerant*, ut est apud Terentium Eun. 5, 2, 13: *credin' te impune habiturum?* et ib. 6, 18: *siquidem istuc impune habueris*, et quasi praedam seu praemium *abstulerant*. Nam ita *impune ferre* explicandum videtur. Cf. Cic. Famil. 13, 77: *cum multos libros surripuisset nec se impune laturum putaret, aufugit.* Lucan. 1, 289: *gentesque subactas Vix impune feres.* Terent. Andr. 3, 5, 4: *sed inultum id nunquam auferet.* Similiter *tacitum aliquid ferre et auferre* dicebatur qui sine exprobratione dimittebatur. Cf. Plaut. Asin. 4, 2, 7. Cic. Att. 2, 3. Liv. 1, 50 extr. 3, 45.

admirarentur] Admirationis nullum in Diviconis oratione, qualem cap. 13 exhibet, vestigium est, sed hoc demum loco docemur tale quid illum dixisse et miratum esse, cur post quinquaginta annos, quibus quiessent, bello se peterent Romani. Etiam quod tam insolenter gloriati esse sua victoria dicuntur, uberiorem Diviconis orationem fuisse et Caesarem summam tantum dictorum retulisse arguit.

eodem pertinere] ad idem caput referendum esse et ex eodem fonte manare, sive utrumque, iactationem illam et hanc admirationem, concessam eis a diis esse non propitiis, ut perpetuo laetarentur, sed sceleris ultoribus, quo gravius mox dolerent. Itaque *pertinere* eum nexum significat, qui inter causam et effectum intercedit, et ut 7, 43 *direptio bonorum*, cuius multi auctores et participes fuerant, *ad multos*, ita h. l. utrumque illud ad consuetudinem quandam deorum *pertinere* dicitur: beides stehe in Berührung und Zusammenhang mit einem und demselben, mit dem Verfahren welches die Götter zu beobachten pflegten.

§. 4. quo gravius] h. e. quanto gravius. Iam sequi debebat *eo secundiores*; sed illud *eo* scri-

Digitized by Google

rerum doleant, quos pro scelere eorum ulcisci velint, his secundiores interdum res et diuturniorem impunitatem
5 concedere. Cum ea ita sint, tamen, si obsides ab iis sibi dentur, uti ea, quae polliceantur, facturos intellegat, et si Haeduis de iniuriis, quas ipsis sociisque eorum intulerint, item si Allobrogibus satisfaciant, sese cum iis
6 pacem esse facturum. Divico respondit: Ita Helvetios a maioribus suis institutos esse, uti obsides accipere, non dare, consuerint: eius rei populum Romanum esse testem. Hoc responso dato discessit. 15. Postero die castra ex eo loco movent. Idem facit Caesar equitatum-

Cap. 15. §. 1. facit Caesar] Bong. ABC. Pet. Gott. Voss. A. Egm. Hav. A. vetus codex Vrsini et meorum plerique cum ed. Inc. Clark. et Oud., quorum neuter mutati verborum ordinis mentionem fecit. Vulgabatur enim *Caesar facit*, quod in Vind. CDI. et Lov. repertum est. In Vrat. C. Goth. AB. et Pal. *Caesar* deest. Cum *idem* sonum habeat, *Caesar* non opus est ut priorem locum occupet.

ptores saepe omittunt. Exempla collegit Drakenborchius ad Liv. 26, 20, 5. Vulgo *quo* pro *ut eo* accipiunt: cui rationi primum *homines* obstat, cuius loco *ii* ponendum erat, deinde quod verba *quos — velint* nescias utrum ad praecedentia, an ad sequentia pertineant. Illam sententiam Caesar sic enuntiasset: *quo gravius quos pro scelere eorum ulcisci velint, ex commutatione rerum doleant, secundiores iis interdum res*, — Nunc hoc dicit: Die Götter pflegen bisweilen denen, die sie für ihren Frevel züchtigen wollen, um so größeres Glück zu gewähren, je schmerzlicher die Menschen den Wechsel desselben empfinden. Coniunctivus *doleant* orationi obliquae debetur.

pro scelere] Cf. c. 30: *tametsi pro veteribus Helvetiorum iniuriis populi Romani ab his poenas bello repetisset.*

§. 5. Cum ea ita sint] *Cum* satis constat, ubi Germanico obgleich respondeat, requirere coniunctivum, quamvis nexus, qui dicitur causalis, absit. Sed coniunctivus non ad id, quod sequitur, sed ad contrarium, quod exspectabatur, referendus et ellipsis statuenda videtur, quam hoc loco, si recta oratione utaris, sic expleas: *cum ea ita sint, bello mihi persequendi estis: tamen, si obsides mihi datis, pacem vobiscum faciam.*

§. 6. eius rei populum Romanum esse testem] Livii Epit. l. 65 post illa, quae ad c. 7, 4 ascripsimus, haec addit: *milites, qui ex ea clade superaverunt, obsidibus datis et dimidia omnium rerum parte, ut incolumes dimitterentur, cum hostibus pacti sunt.* Orosius autem 5, 15, postquam Pisonem legatum, de quo c. 12, 7 sermo fuit, occisum retulit, *alter legatus*, inquit, *ne residua exercitus portio, quae in castra confugerat, deleretur, obsides et dimidiam partem rerum omnium Tigurinis turpissimo foedere dedit.*

Cap. 15. §. 1. castra ex eo loco movent] quod secundum extremam Diviconis orationem c. 13. non exspectaveris.

Digitized by Google

que omnem, ad numerum quattuor milium, quem ex omni provincia et Haeduis atque eorum sociis coactum habebat, praemittit, qui videant, quas in partes hostes iter faciant. Qui cupidius novissimum agmen insecuti alieno loco cum 2
equitatu Helvetiorum proelium committunt; et pauci de nostris cadunt. Quo proelio sublati Helvetii, quod quin- 3
gentis equitibus tantam multitudinem equitum propulerant, audacius subsistere, nonnunquam et novissimo agmine proelio nostros lacessere coeperunt. Caesar 4
suos a proelio continebat ac satis habebat in praesentia hostem rapinis, pabulationibus populationibusque prohi-

quattuor] Goth. B. et edd. ante Ald. *IIII*. Dr. B. *quatuor* reliqui mei (tacente de Bong. A. Plüschkio) et ed. Ald. cum plerisque recentioribus. Cf. adnot. crit. ad c. 12, 4.

hostes] in Oud. 1 excidit.

§. 2. et pauci] *et* in Leid. A. omissum est.

§. 3. nonnunquam et novissimo agmine] Pro *et* in Duk. Vind. D. et edd. ante Aldum *etiam*, in Lov. *et iam*, in Bong. C. et Dr. B. *ex* legitur, quod ab Aldo et sequentibus edd. exhibitum etiam Oud. 2 praetulit, cum in prior. ed. codicum scripturam probasset. *et* pro *etiam* accipiendum est, ut in *etsi*, de quo nemo dubitat. Cf. Handii Tursellinus P. II. p. 499 sqq. et Civ. 1, 14: *iamiamque et adesse*. Nam quo minus *nonnunquam* cum *subsistere* coniungatur, ut *et* vulgarem significationem habeat, et collocatio verborum obstat (cf. c. 8, 4 et 6, 13 et 7, 73) et gradatio a minore ad maius, quod idem rarius esse solet.

§. 4. pabulationibus populationibusque] *populationibus pabulationibusque* Goth. A. Vind. CI. *pab. populationibus* Gott. Bonn. Vrat. B. *pabulationibusque* Carr. unus Parisinorum, Pet. Pal. Voss.

ad numerum quattuor milium] Cf. c. 4, 2: *ad hominum milia decem*, quae item appositione dicta sunt.

coactum habebat] non solum coëgerat, sed etiam coactum secum habebat. In huiusmodi dictionibus si minus origo, certe vis praeteriti compositi; quo recentiores linguae utuntur, conspicitur.

§. 2. novissimum agmen] Frequenter Caesar *novissimum* agmen pro extremo dicit, et *novissimum proelium* 4, 16, et *novissimos* aliquoties, et *qui ex iis novissimus venit* 5, 36. Tamen id verbum senes aliquot sua memoria ut nimium novum vitasse narrat Varro de lingua Lat. 6, 59 ed. Müll. idemque a Cicerone vitatum perhibet Gellius 10, 21, sed falso. Semel eo usus est pro Roscio Com. 11: *qui ne in novissimis quidem erat histrionibus, ad primos pervenit comoedos.*

et pauci] Maiorem, quam vulgo, vim habet *et*, similem Germanico und da. Cf. Civ. 3, 9: *Iamque hiems appropinquabat, et tantis detrimentis acceptis Octavius — sese ad Pompeium recepit.* et ib. c. 65 §. 2.

§. 3. novissimo agmine] Ablativi ratio eadem est, quae proximi *quingentis equitibus*, de quo cf. adnot. crit. ad c. 8 §. 1. Similiter Hirtius 8, 28 *toto agmine subsistentes* dixit.

Digitized by Google

5 bere. Ita dies circiter quindecim iter fecerunt, uti inter novissimum hostium agmen et nostrum primum non amplius quinis aut senis milibus passuum interesset.

16. Interim cotidie Caesar Haeduos frumentum,
2 quod essent publice polliciti, flagitare. Nam propter frigora, quod Gallia sub septentrionibus, ut ante dictum est, posita est, non modo frumenta in agris matura non erant, sed ne pabuli quidem satis magna copia subpetebat: eo autem frumento, quod flumine Arare navibus subvexerat, propterea uti minus poterat, quod iter ab

A. *populationibusque* Dr. B. cum edd. ante Lipsium praeter Rom. a. et Ber., quae lectio praeferenda videri potest propterea, quod *rapinae* et *populationes* eiusdem generis sunt, *pabulationes* autem non tam ad maleficium et iniurias, quam ad res necessarias spectant, quibus hostem prohibuisse magnum et nonnunquam victoriae instar sit, ut parum commode res diversi generis et maioris momenti interposita inter duas genere et natura coniunctas videatur. Sed istae pabulationes simul erant populationes. Nam cum propter frigora, ut sequens caput docet, pabuli copia non esset, in segetes falcem immittebant pabulatores et messis spem auferebant. Neque ordinem verborum, quem meliores libri praebent, deserere necesse est. Rapinis, quae ad omnia sociis pariter atque hostibus utilia pertinent, iunctae sunt pabulationes ad unam illarum rerum pertinentes, atque his denique populationes accedunt, quae damnum sociis, utilitatem hostibus nullam afferunt.

§. 5. passuum] Om. Leid. A. Oud. 2.

Cap. 16. §. 2. dictum est, posita est] „Ingrata repetitio verbi substantivi; quare prius *est* delendum censeo.“ Oud. Sed cf. c. 18 §. 2: *reperit esse vera: Ipsum esse Dumnorigem.* 5, 26: *Diebus circiter quindecim, quibus in hiberna ventum est, initium repentini tumultus ac defectionis ortum est ab Ambiorige et Cativolco.* et quae ad c. 3 §. 3 adnotavimus.

subpetebat] Vind. A. Bong. A. non *supp.*

Arare] *Arari* h. l. et paulo post Pet. Leid. A. et a m. sec. Duk. exhibentes secutus est Oud. 2, de quo in adn. crit. ad c. 13 §. 1 dictum est. Ex meis unus Vind. I. h. l. *Arari* habet.

uti minus] *minus uti* Vrat. C. Goth. B. Hamb. Vind. D. Lov. edd. ante Oud. et ipse Oud. 2, eadem, opiner, negligentia, qua c. 14 §. 3 *tulisse iniurias.*

Cap. 16. §. 1. quod essent publice polliciti] Coniunctivus Caesarem eos promissi admonuisse demonstrat. *publice* promissum autem id est, quod civitatem universam obstringit. Sic *publice iurare* 6, 12, *legatos publice missos* 7, 55, *gratiam atque amicitiam publice privatimque petere* 5, 55 dixit.

§. 2. frigora] Pluralis non solum ad dies, sed etiam ad noctes et ad omnes partes temporis frigidas pertinet. Ceterum ne ex eo, quod mensis tunc Iunius circiter agebatur, iniquius de coelo Galliae statuamus, fastos illo tempore corruptos et Iunium re vera Aprilem fuisse tenendum est.

Digitized by Google

Arare Helvetii averterant; a quibus discedere nolebat. Diem ex die ducere Haedui: conferri, conportari, adesse dicere. Vbi se diutius duci intellexit et diem instare, quo die frumentum militibus metiri oporteret, convocatis eorum principibus, quorum magnam copiam in castris habebat, in his Divitiaco et Lisco, qui summo magistratui praeerat, quem Vergobretum appellant Haedui, qui creatur annuus et vitae necisque in suos habet 3 4

§. 3. conportari] Bong. A. Vind. AC. Egm. non *comp.*

§. 4. magistratui] *magistratu* codices Clarkii et tres Oud., Pal. Vrat. C. Goth. B. Rom. a. Med. a. Ven. bcde. Ber. Scal. Oud. secundum Gellium, qui 4, 16, postquam ex Caesaris Anticatone et actione in Delabellam tertia dativos *dominatu* et *ornatu* attulit, *in libris quoque Analogicis*, inquit, *omnia istiusmodi sine i littera dicenda censet.* Sed *exercitui* 7, 41, *equitatui* infra c. 42 et alibi alia tanto codicum consensu munita sunt, ut etiam Oud. ea tenenda putaverit.

praeerat] *praeerant* codices omnes et edd. ante Lipsium, excepta fortasse incerta. Cum 7, 32 legati Haeduorum *singulos* magistratus antiquitus creari apud se atque regiam potestatem annum obtinere consuesse doceant, et infra c. 19 §. 1 a *magistratu* Haeduorum accusari Dummorix dicatur, non videtur Caesar h. l. dicere potuisse Divitiacum et Liscum summo magistratui praefuisse, et merito Lipsius et sequentes coniecturam *Nicasii Ellebodii Casletani* probarunt.

§. 3. Diem ex die ducere Haedui] scilicet Caesarem. Nam *ducere* h. l. non aliter dictum, quam paulo post in verbis *ubi se diutius duci intellexit*, quae ipsa quasi haec explicandi gratia posita nullam dubitationem relinquunt, quin *ducere* hic respondeat Germanico hinhalten, cui item, ut Latino verbo, decipiendi significatio coniuncta est, quamquam aliunde ducta. Latini enim quem *ducere* dicebant, eum cogitasse videntur facientem, ut alter eat et in itinere sit nec unquam ad finem perveniat. Iam *diem ex die* per se positum esse apparet ad declarandum tempus, quo seu perquod Haedui Caesarem duxerint. Similiter Cicero Att. 7, 26 scribit: *diem ex die exspectabam*, ich wartete einen Tag nach dem andern. Ea vero, quae sequuntur, rationem ostendunt, qua id effecerint, ideoque colo ab his distinguenda erant.

§. 4. metiri oporteret] Cum Caesar verbum *oportere* non nisi addito accusativo subiecti cum activo iungere soleat, *metiri* h. l. et c. 24 §. 1 passive dictum videtur.

quem Vergobretum appellant Haedui] *quem* non ad summum magistratum ipsum, sed ad eum, qui summo magistratui praeest, qui illo anno Liscus erat, referendum. Nomen Hotomannus Germanus perperam e lingua vernacula repetens Werkoberst (ipse Wergoberest scribit) interpretatur, quasi magistrum operum. Idem sua aetate (mortuus est Basileae a. p. C. 1591) vestigia huius magistratus Augustoduni in Haeduis (*Autun*) manere testatur, ubi qui summum in civitate honorem ge-

Digitized by Google

potestatem, graviter eos accusat, quod, cum neque emi neque ex agris sumi posset, tam necessario tempore, tam propinquis hostibus, ab iis non sublevetur, praesertim cum magna ex parte eorum precibus adductus bellum susceperit; multo etiam gravius, quod sit destitutus, queritur. 17. Tum demum Liscus oratione Caesaris adductus quod antea tacuerat, proponit: Esse nonnullos, quorum auctoritas apud plebem plurimum valeat, qui
2 privatim plus possint, quam ipsi magistratus. Hos seditiosa atque improba oratione multitudinem deterrere, ne frumentum conferant: quod praestare debeat, si iam

multo] *et multo* Vrat. C. Non opus est copula, modo plenius ante *multo* interpungatur. Similiter 6, 42: *multum fortunam in repentino hostium adventu potuisse iudicavit; multo etiam amplius, quod paene ab ipso vallo portisque castrorum barbaros avertisset.*

Cap. 17. §. 1. privatim] *privati* Steph. P. Manut. Lips. Iu. Dav. Clark. Oud. 2. Cum res eodem redeat, sive tu *privatus* aliquid posse dicaris, sive *privatim* seu eo modo eaque ratione, qua privatus potest, recte codices sequendos esse censuit *Kreyssigius* contulitque similem Livii dictionem 6, 41: *ut privatim auspicia habeamus, quae isti ne in magistratibus quidem habent.* Aliter, sed item adiectivi loco positum adverbium est Civ. 2, 21: *privatim ac publice quibusdam civitatibus habitis honoribus.*

ipsi] *ipse* Vrat. Bonn. inc. quod desiderabat Ciacconius. Sed Vergobreti quamvis summa, tamen non unica erat auctoritas.

§. 2. quod praestare debeat] Pro *quod* Rom. a. Med. a. Ven. b. *quid*, pro *debeat* Goth. A. *debebant*, Vind. D. edd. ante Ven. f. cum Ber. et Turr. *debuerant*, reliqui codices et Ven. f. Ald. Gr. ab. Steph. Oud. 2 *debeant* exhibent, quo probato *quod* ad *frumentum* referri et *praestare* pro *praebere* accipi, in sequentibus vero aut *perferre* cum Vind. A. Dr. A. Leid. A. Ald. Gr. ab. Steph. Turr. in *praeferre* mutari aut post *perferre* ex Carr. et Duk. cum Oud. 2 *satius esse* addi et simul *debeant* post *dubitare* contra omnes codices aut deleri, aut infinitivus fieri debet, quorum prius Oud. 2 et Daehnio *praeferre* probanti, posterius Clarkio praestare visum est. Alii, ut P. Manutius eiusque filius Aldus, Lipsius, Scaliger, Davisius, Oud. 1, Elberlingius, prius *debeant* secundum Faërni coniecturam mutant in *dicant*, ut *quod* coniun-

rat, Werg appelletur; et nostra quoque memoria summum Augustodunensium magistratum *Vierg* appellatum esse *Lemairius* Francogallus perhibet. Probabilius *Obrienus* apud *Oberlinum* vocabulum Celticum esse statuit, *fear go breith*, quod *virum ad iudicium* seu iuri dicendo praefectum significet.

neque emi] vel quod magna caritas eius esset, vel, id quod verisimilius, Haeduis copiam emendi non dantibus.

quod sit destitutus] Publice enim frumentum polliciti Haedui et promisso non stantes eo gravius accusandi erant, quod plus peccat qui insuper fallit, quam qui gratiam non refert.

Digitized by Google

principatum Galliae obtinere non possent, Gallorum, quam Romanorum imperia perferre; neque dubitare debeant, quin, si Helvetios superaverint Romani, una cum reliqua Gallia Haeduis libertatem sint erepturi. Ab 3
eisdem nostra consilia quaeque in castris gerantur hostibus enuntiari: hos a se coërceri non posse. Quin etiam 4
quod necessario rem coactus Caesari enuntiarit, intelle-

ctio et *praestare* idem sit, quod *melius esse*, qua ratione deinde nec *perferre* (*proferre* Vind. F. *vel perferre* Vind. C. Voss. B. *vel praeferre* Goth. A. *velle perferre* Dr. B. Reg. Bong. C. Leid. B.) nec alterum *debeant* (*debent* Hamb.) mutari necesse est. Atque haec ratio praeferenda priori videtur, sed hoc incommodi habet, quod non apparet, quo modo *dicant* in *debeant* abierit. Itaque ex coniectura, quoniam quae codices exhibent, sana non sunt, *debeat* scribendum putavi, hoc sensu: sane iniquum esse, non ipsos Haeduos principatum obtinere; sed tamen, si id iam non possent, secundo loco hoc habendum esse, ut Helvetiorum, hoc est, Gallorum potius imperia perferant, quam Romanorum; ita rem comparatam esse, ut hoc praestare et melius esse debeat; es müsse die Unterwerfung unter einen Gallischen Volksstamm den Vorzug vor der unter die Römer haben. Eandem coniecturam *Herzogius* in secunda editione fecit, sensum, quem statueret, non ostendit.

possent] *possint* de Hotomanni coniectura Lipsius et seqq., etiam Oud. Imperfectum, quod omnes codices tueri videntur, significat etiam nunc principatum obtineri ab Haeduis posse. Cf. c. 34 §. 2: *si quid ipsi a Caesare opus esset, sese ad eum venturum fuisse: si quid ille se velit, illum ad se venire oportere.*

§. 4. necessario rem] *necessariam rem* Bong. AC. Leid. A. Voss. AB. Egm. Dr. B. Vrat. A. Vind. AF. et a m. prima Goth. A. Gr. ab. Steph. P. Man. *necessaria re* Bong. B., quod placebat Lipsio. Sane Civ. 1, 40 *necessaria re coactus* idem est, quod *necessitate coactus* 8, 48 et Afr. 55, et multo facilius hinc, quam ex vulgata lectione *necessariam rem*, quod in multis et partim optimis libris exstat, oriri potuit. Sed vulgata quoque recte se habet. Cf. Civ. 3, 49: *necessario loca sequi demissa ac palustria et puteos fodere cogebantur.* ib. c. 78: *si necessario illum suis auxilium ferre cogeret.* Similiter Liscus se necessario rem enuntiare coactum dicere poterat, et quod enuntiaverit, magno id cum periculo fecisse dicit. *necessario* adverbium est; et *coactus* non abundare ex iis, quae ad c. 4 §. 1 adnotavimus, intelligitur. Id

Cap. 17. §. 2. una cum reliqua Gallia Haeduis] h. e. et Haeduis et reliquae Galliae. Alterum, quod his verbis significatum esse potest, coniunctos cum reliquis Gallis Romanos Haeduis libertatem erepturos esse, tam ineptum est, ut cogitari de eo non possit. Nec aliter, quam hic Liscus, apud Livium Manlius 38, 48 extr. *pro felicitate mea postularem, ut diis inmortalibus honos haberetur et ipse triumphans in Capitolium adscenderem, unde votis rite nuncupatis profectus sum. Negaretis hoc mihi cum diis inmortalibus?*

Digitized by Google

gere sese, quanto id cum periculo fecerit, et ob eam causam quam diu potuerit, tacuisse. 18. Caesar hac oratione Lisci Dumnorigem, Divitiaci fratrem, designari sentiebat, sed quod pluribus praesentibus eas res iactari nolebat, celeriter concilium dimittit, Liscum retinet: quaerit ex solo ea, quae in conventu dixerat. Dicit li-
2 berius atque audacius. Eadem secreto ab aliis quaerit; reperit esse vera: Ipsum esse Dumnorigem, summa audacia, magna apud plebem propter liberalitatem gratia, cupidum rerum novarum: compluris annos portoria reliquaque omnia Haeduorum vectigalia parvo pretio redempta habere, propterea quod illo licente con-
3 tra liceri audeat nemo. His rebus et suam rem familiarem auxisse et facultates ad largiendum magnas comparasse; magnum numerum equitatus suo sumptu semper alere et circum se habere neque solum domi, sed etiam apud finitimas civitates largiter posse atque hu-

Lipsius et seqq. Faërni coniecturam vetusti codicis ope, ut ait Vrsinus, usi probantes omiserunt, et omissum est in Pet. et Lov. Sed merito restituit Oud.

Cap. 18. §. 2. redempta] *redemta* Oud.

liceri] *licere* Bong. AB. Pet. Lov. Gott. Egm. tres alii Oud., Dr. A. Vrat. AB. Hamb. Gu. Bonn. Vind. E. *dicere* (et paulo ante *dicente*) reliqui cum edd. ante Aldum, qui *licente* ex codicibus, *liceri* vero ex coniectura videtur dedisse. *licere* dicuntur res venales, nonnunquam etiam qui vendunt eas et pretium statuunt, sed qui emere volunt et pretium pollicentur, *liceri* dicuntur.

§. 3. sumptu] *sumtu* Oud.

Cap. 18. §. 1. iactari] in disputationem venire, vielfältig, hin und her besprochen werden. Livius 38, 28: *iactata sermonibus res apud Romanos.*

ea, quae] h. l. de eisdem, quae. Sic §. 2: *eadem secreto ab aliis quaerit.*

§. 2. secreto] secretis et remotis aliis, ex quibus iam quaesiverat vel quaesiturus erat, ne forte ex composito Dumnorigem criminarentur.

Ipsum esse Dumnorigem] scilicet eum, de quo locutus sit Liscus, quemque designari Caesar suspicatus sit: eum non alium, sed ipsum Dumnorigem esse, eben jener D. sey es.

nemo] Ponderis causa in fine positum, ut 5, 51: *sic, ut omnino pugnandi causa resisteret nemo.*

§. 3. et suam rem familiarem auxisse] Quod tamquam alterum huic coniunctum est, facultates ad largiendum magnas comparasse, id docet *rem familiarem* h. l. non tam pecuniam esse, quam apparatum et instrumentum domesticum, Hausstand, häusliche Einrichtung.

largiter posse] Vt c. 13 §. 4 *tribuere* absolute positum ideoque cum adverbio (*magnopere*) coniunctum est, ita h. l. *posse* idem, quod *valere*, *potentem esse* significans non adiectivum (*mul-*

Digitized by Google

ius potentiae causa matrem in Biturigibus homini illic nobilissimo ac potentissimo collocasse, ipsum ex Helvetiis uxorem habere, sororem ex matre et propinquas suas nuptum in alias civitates collocasse. Favere et cupe- 4
re Helvetiis propter eam adfinitatem, odisse etiam suo nomine Caesarem et Romanos, quod eorum adventu potentia eius deminuta et Divitiacus frater in antiquum locum gratiae atque honoris sit restitutus. Si quid acci- 5
dat Romanis, summam in spem per Helvetios regni obtinendi venire: imperio populi Romani non modo de regno,

§. 4. adfinitatem] Bong. A. Vind. A. non *affin.*

§. 5. per Helvetios regni obtinendi] *regni obt. per Helv.* Vind. CD. cum edd. ante Scal., qui *regni per Helv. obt.* ex codicibus Vrsini et libro Faërni recepit. Id Oud. in priori ed. secundum suos codices refictum in posteriori retulit, fortasse quod numerosius caderet. Sed *per Helvetios* non solum propter codices, sed etiam per se praeponendum videtur.

imperio] *in imperio* Cortius ad Salust. Iugurth. 14, 11 in codicibus quibusdam a se inventum testatur, qui quales fuerint, non constat. Sine praepositione, quam Oud. et mei codices omnes omitti iubent, res magis ut incerta et conditionis modo enuntiatur. Cf. 2, 1 extr. *qui minus facile eam rem imperio nostro consequi poterant.* Cic. de rep. 2, 9: *singulari imperio et potestate regia tum melius gubernari et regi civitates, si esset optimi cuiusque ad illam vim dominationis adiuncta auctoritas.* Idem Q. Fr. 1, 4: *nam quid sperem potentissimo inimico, dominatione obtrectatorum, infidelibus amicis, plurimis invidis?*

tum seu *plurimum*), ut fere solet, sed adverbium adscisoit. Eodem modo scriptor belli Afr. c. 72 *quibus ex rebus largiter erat consecutus* dixit pro *fructum ceperat.*

huius potentiae causa] ut eam confirmaret et augeret.

in alias civitates] De accusativo cf. adn. crit. ad 2, 30 §. 2.

§. 4. cupere Helvetiis] h. e. benevolum esse. Cf. Cic. Q. Fr. 1, 2 §. 3: *ego Fundanio non cupio? non amicus sum?* Etiam *alicuius causa cupere* dicebant, et *alicui* et *alicuius causa velle*, eodem sensu.

suo nomine] ut, si quaeratur, cui odium illud acceptum referendum sit, iam non alius quis, ut Helvetii, sed ipse Dumnorix nominandus sit. Similiter 7, 75 *suo nomine bellum gesturi* dicuntur, quod Germanice dicas auf ihre eigene Hand, et Civ. 3, 57 *suo nomine exercitui praeesse*, cui non ab altero imperium delegatum est ita, ut, si quaeratur, quis praesit, alter sit nominandus.

in antiquum locum gratiae atque honoris] quem superioribus annis obtinuerat, ut ipse c. 20 exponit. Sed quo tempore Orgetorix in Haeduis erat, Dumnorix iam principatum fratri eripuerat. Vide c. 3.

§. 5. summam in spem — venire] Iam erat in ea spe Dumnorix, sed quia id, quo nitebatur spes, nondum acciderat, spem quoque interim quasi removebat, ita demum in eam ingressurus, si quid Romanis adversi accideret. Frequens haec dictio est Caesari.

Digitized by Google

6 sed etiam de ea, quam habeat, gratia desperare. Reperiebat etiam in quaerendo Caesar, quod proelium equestre adversum paucis ante diebus esset factum, initium eius fugae factum a Dumnorige atque eius equitibus (nam equitatui, quem auxilio Caesari Haedui miserant, Dumnorix praeerat) eorum fuga reliquum esse equitatum perterritum. 19. Quibus rebus cognitis, cum ad has suspiciones certissimae res accederent, quod per fines Sequanorum Helvetios traduxisset, quod obsides inter eos dandos curasset, quod ea omnia non modo iniussu suo et civitatis, sed etiam inscientibus ipsis fecisset,

§. 6. in quaerendo Caesar] *inquirendo Caesar* codex Brantii, Vrat. B. Goth. AB. Vind. ACDEF. Bonn. et a m. pr. Voss. A. cum edd. ante Ven. f. *inquirrendo Caesar* Hamb. *in quirendo Caesar* Dr. B. *Caesar inquirendo* Vind. I. Ven. f. et seqq. usque ad Oud., qui multos et vetustissimos, ut ait, codices secutus *in quaerendo Caesar* scripsit, quod reliqui meorum et Bong. AB. Gott. et a m. s. Voss. A. exhibent. In Parisiensibus libris *inquirendo* exstare dicitur. Caesari *inquirere* non usitatum, *quaerere* autem de hac re et cum verbo *reperire* coniunctum frequens est. Cf. supra §. 2 et infra c. 40: *hos, si quaererent, reperire posse.* et c. 50: *cum ex captivis quaereret Caesar, quam ob rem Ariovistus proelio non decertaret, hanc reperiebat causam.* et 2, 4 et 15. Iam si hoc uno loco *inquirendo* repertum illud dixit, inprimis magna cum diligentia et severitate illud quaesitum eandemque in sententiam *etiam* dictum existimare debemus: Er brachte sogar durch genaue Nachforschung heraus —; id, quod rerum a Lisco et reliquis iam enuntiatarum gravitatem respicienti minus probabile videbitur, quam hanc scriptoris sententiam fuisse: Auch erfuhr er noch bei dieser Erkundigung —; quae lectionis ab Oud. receptae significatio est.

equitatui] *equitatu* cum Ciacconio et Scaligero Oud. Cf. adn. crit. ad c. 16, 4.

Cap. 19. §. 1. traduxisset] *transduxisset* Bong. C. Vrat. B. Oud. Cf. c. 11, 1, c. 12, 1.

Cf. c. 42 §. 2: *magnamque in spem veniebat — fore uti pertinacia desisteret.* et 3, 6. 7, 12. 30. Civ. 1, 72.

§. 6. quod proelium — initium eius fugae] Pro *fugae* exspectabatur *proelii;* sed *fugam* dixit, quia non tam proelium, quam fuga fuerat. Vide c. 15. Simili modo aliud nomen demonstrativo pronomini, aliud relativo iunctum est 5, 12: *qui omnes fere iis nominibus civitatum appellantur, quibus orti ex civitatibus eo pervenerunt.* et Civ. 1, 44: *quod fere fit, quibus quisque in locis miles inveteravit, uti multum earum regionum consuetudine moveatur.* et Hisp. 27: *Servi transfugerunt, qui nuntiaverunt a. d. III. Nonas Martii proelium ad Soricariam quod factum est, ex eo tempore metum esse magnum.* in quibus *ex eo tempore* positum est pro *ab eo inde proelio.*

Cap. 19. §. 1. iniussu suo] Nulla causa est, cur hoc non pro-

Digitized by Google

quod a magistratu Haeduorum accusaretur, satis esse causae arbitrabatur, quare in eum aut ipse animadverteret, aut civitatem animadvertere iuberet. His omnibus 2
rebus unum repugnabat, quod Divitiaci fratris summum in populum Romanum studium, summam in se voluntatem, egregiam fidem, iustitiam, temperantiam cognoverat; nam ne eius supplicio Divitiaci animum offenderet, verebatur. Itaque prius, quam quicquam conaretur, Divitiacum ad se vocari iubet et cotidianis interpretibus remotis per C. Valerium Procillum, principem Galliae provinciae, familiarem suum, cui summam 3

§. 3. quicquam] Bong. A. Dr. AB. Vind. AB. Goth. AB. Hamb. edd. ante P. Manut. *quitquam* Vrat. A. *quidquam* Gott. Egm. Vrat. BC. Bonn. P. Man. etc. etiam Oud.

Procillum] Cu., vetus codex Vrsini et Vat., P. Manutius, Lipsius et seqq., quemadmodum c. 47 et 53 in plerisque codicibus scriptum est. Nostro loco *Troaucillum* vetustissimi et editiones antiquissimae exhibent, *Troacillum* codex Ciacconii, Dr. B. Goth. A. cum editionibus Ven. f. et seqq. usque ad P. Man., *Traucillum* Vind. A., qui c. 47 et 53 *Valcillum* habet. Inscriptio est in Illyrico reperta: VERCILLAE TROVCILLI FILIAE (Annalium Vindob. T. 46 in indice p. 39.) Civ. 3, 59 et 79 pro simili nomine *Roscilli*, quae vulgata scriptura est, *Roucillus* scribendum videtur. Fortasse hic C. Valerius *Troucillus* Gallico nomine vocabatur.

prie dictum putetur. Non erat iustum Caesari in Dumnorigem et Haeduos imperium, sed ea tamen inter ipsos ratio intercedebat, ut, quod Caesar iussisset, id illos facere, contra nihil maius, quod non iussisset, suscipere eos aequum esset. Erant amici populi Romani, beneficiis eius atque Caesaris obstricti, et auxilium sibi a Caesare praestari debere ferebant, ut c. 11 significatum est. Itaque et ipsos nihil contra Caesaris voluntatem facere par erat.

§. 2. His omnibus rebus] Hae res certissimae sunt, quas modo demonstravit, quarum rerum vis et natura eo ferebat, ut supplicio afficiendus videretur Dumnorix. Huic rerum quasi propensioni atque inclinationi repugnabat et in contrariam partem inclinabat unum illud, quod sequitur.

nam — verebatur] Et quia hoc verebatur (verendum autem erat, cum frater esset), ideo illud repugnabat.

§. 3. principem Galliae provinciae] Eundem c. 53 *hominem honestissimum provinciae Galliae* appellat, neque alia significatione h. l. *principem* dicit. Metaphrastes perperam *τοῦ τῆς ἐν τῇ Γαλατίᾳ ἐπαρχίας ἄρχοντος* interpretatus est. Videtur frater fuisse C. Valerii Donotauri, qui 7, 65 princeps dicitur Helviae civitatis, quae civitas in provincia erat.

familiarem suum] et hospitem, ut c. 53 docet. Familiaritas non his paucis mensibus contracta, sed iam tum coepta videtur, cum Caesar pro praetore in Hispaniam per Gallias proficiscebatur.

cui summam omnium rerum fidem habebat] Sicut Germani dicimus einem Vertrauen schenken, ita Latini *fidem alicui habere*, Vertrauen für einen haben; sed *omnium rerum* fides active dici

Digitized by Google

omnium rerum fidem habebat, cum eo conloquitur: simul commonefacit, quae ipso praesente in concilio Gallorum de Dumnorige sint dicta, et ostendit, quae sepa-
4 ratim quisque de eo apud se dixerit. Petit atque hortatur, ut sine eius offensione animi vel ipse de eo causa cognita statuat, vel civitatem statuere iubeat. 20. Divitiacus multis cum lacrimis Caesarem complexus obsecrare coepit, ne quid gravius in fratrem statueret:
2 Scire se illa esse vera, nec quemquam ex eo plus, quam se, doloris capere, propterea quod, cum ipse gratia plurimum domi atque in reliqua Gallia, ille minimum propter adolescentiam posset, per se crevisset: quibus opibus ac nervis non solum ad minuendam gratiam, sed pae-
3 ne ad perniciem suam uteretur. Sese tamen et amore

conloquitur] Vind. AI. et a m. pr. Goth. B. non *colloqu.*

§. 4. sine eius offensione animi] *eius* omissum est in Ox. omittendumque esset, si Divitiacum Caesar vel ipsum statuere de fratre vel civitatem statuere iubere vellet, atque ea horum verborum sententia esset. Sed quo modo Caesar a Divitiaco peteret, ut *aequo animo* fratrem puniret? et si peteret, his potius verbis uti debebat, quam illis, quae non minus inepta essent, quam si Germanice diceres: er bat ihn, ohne es übel zu nehmen die Strafe über ihn zu verhängen. Haud dubie id petebat, ut, si vel ipse de Dumnorige statueret, vel civitatem statuere iuberet, (quod ut faceret, satis causae fuisse supra §. 1 ostendit) id sine Divitiaci offensione animi fieret, et breviter *Peto abs te*, inquit, *ut sine tua offensione animi de eo statuam*, pro, *ut, si statuam, id sine tua offensione fiat.*

videtur ea, quae omnia alteri credit. Cf. 6, 23: *omniumque iis rerum postea fides derogatur.*

simul commonefacit] Cum *simul* sic initio positum ad praecedentia referri soleat, (e. g. 2, 24 et 3, 9 et 4, 32) neque eodem tempore hoc commonefieri et id, quod sequitur, ostendi posset, Caesar statuendus est alia quaedam cum Divitiaco collocutus esse iisque, quae fortasse introducendi sermonis causa de aliis rebus commemorasset, quae referre nihil attineret, admonitionem hanc addidisse.

§. 4. vel — vel] Supra §. 1 rerum ipsarum rationem secutus *aut — aut* posuit, quod alteram altera excluderet: hic Divitiaci arbitrio rem permittens, quod ad animum eius permulcendum pertinebat, *vel — vel* dicere maluit.

causa cognita statuat] *Cognoscere* prius est, untersuchen, *statuere* posterius, erkennen. Cf. Cic. Brut. 22: *ut de ea re cognoscerent et statuerent consules.* Infra 6, 9: *cognita Caesar causa reperit* — nach angestellter Untersuchung der Sache.

Cap. 20. §. 2. opibus ac nervis] Eadem metaphora usus est Cicero Fam. 3, 10: *ego enim plane video fore nervis, opibus, sapientia tua, vehementer ut inimicos tuos poeniteat intemperantiae suae.* Proprie Caesar 6, 21 *ali vires nervosque confirmari* dixit.

Digitized by Google

fraterno et existimatione vulgi commoveri. Quod si 4
quid ei a Caesare gravius accidisset, cum ipse eum locum amicitiae apud eum teneret, neminem existimaturum non sua voluntate factum; qua ex re futurum, uti totius Galliae animi a se averterentur. Haec cum pluribus verbis 5
flens a Caesare peteret, Caesar eius dextram prendit; consolatus rogat, finem orandi faciat; tanti eius apud se gratiam esse ostendit, uti et rei publicae iniuriam et suum dolorem eius voluntati ac precibus condonet. Dumnori- 6
gem ad se vocat, fratrem adhibet; quae in eo reprehendat, ostendit, quae ipse intellegat, quae civitas queratur, proponit; monet, ut in reliquum tempus omnes su-

Cap. 20. §. 5. dextram prendit] „Sic MSS. plures et antiquiores. vulgo *dexteram prehendit.*“ Oud. *dexteram* in Vrat. AB. Bonn. et omnibus ante Oud. editis excepta Steph., *prehendit* in Dr. AB. Lov. Goth. A. Vind. BCD. et edd. ante Oud. omnibus exstat. Hamb. *prenhendit* exhibet. Itaque *prendit* paulo minus a codicibus, quam *dextram*, sed tamen satis et ipsum firmum est. Etiam Civ. 3, 69 *prenderet* et Hisp. 20 *prensus* et *prensi* scribendum est, neque poëtis propria haec syncope fuit. *dextram* autem constanter codices tuentur, etiam 7, 45 et Civ. 2, 15, quibus locis Oud. trisyllabum tenuit.

§. 3. commoveri] et commoneri, ut pro eo, quamvis non optime de se merito, intercedat. Cf. Terent. Andr. 1, 5, 45: *adeon' me ignavom putas? adeon' porro ingratum aut inhumanum aut ferum, ut neque me consuetudo neque amor neque pudor commoveat neque commoneat, ut servem fidem?* Et infra 2, 2: *his nuntiis litterisque commotus Caesar duas legiones in citeriore Gallia novas conscripsit.* quo loco *commotus* non multum differt a Germanico bewogen.

§. 4. Quod si quid ei a Caesare gravius accidisset] Caesar non tam agens, quam is cogitatur, cuius a loco seu parte calamitas profecta in Dumnorigem incideret. Cf. 6, 34: *nullam enim poterat universis ab perterritis ac dispersis periculum accidere.*

§. 5. pluribus verbis] quam quae supra posita sunt, vel, quam sententiae et argumentum requirerent.

tanti eius apud se gratiam esse] suo iudicio suaque aestimatione amicitiam Divitiaci tanti pretii esse. De genitivo cf. Civ. 3, 1: *per eos fierent aestimationes possessionum et rerum, quanti quaeque earum ante bellum fuisset.* de praepositione 5, 54: *tantum apud homines barbaros valuit esse repertos aliquos.* et 7, 77: *nam apud me tantum dignitas potest*, quo loco, si *tanti dignitas est* legeretur, sententia eadem esset.

condonet] missum faciat, quasi nec res publica iniuriam nec ipse dolorem a Dumnorige accepisset, idque eius voluntati et precibus tribuat. Similiter paulo post *praeterita se Divitiaco fratri condonare;* Civ. 1, 8 *et studium et iracundiam suam rei publicae dimittere;* Alex. 55 *periculum*

Digitized by Google

spiciones vitet; praeterita se Divitiaco fratri condonare dicit. Dumnorigi custodes ponit, ut, quae agat, quibuscum loquatur, scire possit. 21. Eodem die ab exploratoribus certior factus hostes sub monte consedisse milia passuum ab ipsius castris octo, qualis esset natura montis et qualis in circuitu ascensus qui cognosce-
2 rent misit. Renuntiatum est facilem esse. De tertia vigilia Titum Labienum legatum pro praetore cum

Cap. 21. §. 1. cognoscerent] *cognosceret* Bong. ABC. Pet. Gott. Voss. A. Egm. Lov., decem alii Oud., Dr. AB. Vrat. ABC. Vind. AF. Gu. Hamb. Bonn. edd. ante Ald., quod, si *qui* pro coniunctione accipiatur et idem quod *per quos* significare statuatur, teneri possit. Cf. 7, 16: *ibi per certos exploratores in singula diei tempora quae ad Avaricum agerentur, cognoscebat.* Sed a Caesaris usu id omnino abhorret, nec reliqui scriptores videntur *qui* illa significatione de pluribus personis dixisse. Facile autem fieri potuit et saepe factum est, ut *n* littera in terminatione perperam vel adderetur vel omitteretur.

§. 2. Titum] Bong. AB. Voss. A. Gott. Egm. Dr. A. Vrat. AB. Vind. ABEI. Bonn. non *T.* quo compendio cum reliquis Oud. hic et ubique usus est. Nobis hac in re ut in omnibus ad orthographiam pertinentibus non tam constantiae laus, quam codicum auctoritas sequenda videbatur.

pro praetore] om. Bong. C. *propere* Aldus et seqq. usque ad Scal., qui veterem scripturam restituit. *proprietorem* codex Ste-

vitae dolorque vulnerum pecuniae remissus dicitur.

§. 6. custodes] Aufseher. Cf. 6, 6: *Commium Atrebatem cum equitatu custodis loco in Menapiis relinquit.* Eius opera sciri poterat, quid agerent Menapii, an pacis petitae conditionibus starent.

Cap. 21. §. 1. sub monte] Recte Metaphrastes: *ὄρος ἔμπροσθεν αὐτῶν ποιησαμένους.* Germanice dicas hinter einem Berge.

§. 2. legatum pro praetore] Labienus primum inter legatos Caesaris locum tenebat. Eum Caesar in Italiam proficiscens et munitioni ad Genuam factae praeposuerat (c. 10) et hibernis praeficit (c. 54) et omnino ubi opus est, suum in locum substituit. (5, 8. 7, 34. 8, 52.) Itaque, si mos et consuetudo populi Romani ferret, distinguere eum ab reliquis legatis eiusque dignitatem supra ceteros augere debebat. Iam nummi ab Vrsino, Carrione, Spanhemio visi *legatos propraet.*, quo nomine Augustus eos, qui vetere re publica propraetores et proconsules essent, impertire et suos unius imperatoris legatos esse significare solebat, iam ante Augustum ostendunt, quem ipsum credibile est hac quoque in re veteris rei publicae institutum aliquod secutum videri voluisse. Idem igitur nomen Labieno Caesar, cum primum suas ei partes sustinendas deferret, tribuisse videtur, quo semel auctus privari sine ignominia non posset. Quod autem supra c. 10 in referenda re, quae occasionem tribuendi nominis dederit, nihil de eo dixit, negligentia eadem, qua alia quoque postmodum docere solet, factum esse potest, sed fortasse consulto ad hunc usque locum distulit, ut

Digitized by Google

duabus legionibus et his ducibus, qui iter cognoverant, summum iugum montis ascendere iubet; quid sui consilii sit, ostendit. Ipse de quarta vigilia eodem itinere, quo hostes ierant, ad eos contendit equitatumque omnem ante se mittit. P. Considius, qui rei militaris peritissimus habebatur et in exercitu L. Sullae et post-

phani apud Hotomannum, Duk. Vind. I. et cum punctis sub *m* Goth. A. *Propraetore* Oud. Etiam in hummis et inscriptionibus *pro* ut syllaba cum proximis cohaeret, sed extremae litterae fere per compendium omissae sunt, ut etiam *propraetor*, *propraetores* etc. legi possit; et Civ. 1, 6 Sulla *propraetor* in Mauritaniam mittendus dicitur. Nostro loco, si *praetore* secundum codices tenemus, *pro* separare debemus.

his] *iis* cod. Faërni, Pet. Pal. Bong. C. Goth. B. Rom. a. Med. a. Ven. b. Davis. Oud. *hiis* Vrat. C. Hamb. *hisdem* Lov. Vrat. B. Bonn. *iisdem* Ald. et seqq. usque ad Dav., quod non ineptum est, sed auctoritate caret.

§. 4. P. Considius] *Preconsidius* Bong. B. Reliqui libri tantum non omnes et edd. ante Ald. praenomen omittunt, quod in prima hominis parum noti commemoratione omitti vix poterat. Exstat vero in Bong. A. et apud Metaphrasten. Alioquin de *Tito* cogitari posset, cuius signum (T.) post *mittit* facile excidere potuit.

et impertitum a se et in perpetuum tributum nomen significaret; idque eo probabilius est, quod postea nullam amplius mentionem eius facit.

cum duabus legionibus] Omnino sex habebat. Cf. c. 7 et 10.

his ducibus] Hi ablativi absoluti sunt.

summum iugum] Cf. adnot. ad c. 22 §. 1.

quid sui consilii sit] Similiter 6, 7: *quid sui sit consilii, proponit.* 7, 77: *quid ergo mei consilii est?* Civ. 3, 109: *quid esset suae voluntatis, ostenderet.* His omnibus locis genitivus originem seu id, unde aliquid prodit et proficiscitur, significat, ut cum Germanice dicimus thu was deines Amtes ist. Diversi generis talia sunt, quale 7, 5: *quibus id consilii fuisse cognoverint, ut* — et ib. 45: *neque tanto spatio, certi quid esset, explorari poterat.* in quibus genitivus totum indicat et partitivus est et ex pronomine, quod in priore genere omitti potest, pendet, cuius loco etiam *nihil*, *multum*, *paulum* et similia poni possunt, pronomen autem adiectivum, quale *sui* est, addi genitivo non potest. Ceterum ipsum consilium suum lectorem Caesar hic celat, capite sq. enarrat.

§. 3. eodem itinere, quo hostes ierant] Scilicet alio itinere ierat Labienus, cui ob id ipsum ducibus, et qui iter, non solum montis ascensum, cognovissent, opus erat. Caesar autem itinere expedito vel ab hostibus patefacto utens ducibus non egebat.

ante se] Non aliter Hirtius 8, 19 *pedites ante legiones missos* et Caesar Civ. 1, 70 *cum ante se hostem videret* dixit.

§. 4. habebatur] Sunt qui pro *aderat* positum statuant. Sed Caesar ita non solet, (cf. 2, 4 et 4, 2 et 21 et 5, 14 et 6, 12 et 13 et 7, 73, quibus omnibus locis *haberi* est existimari) et Considium

Digitized by Google

ea in M. Crassi fuerat; cum exploratoribus praemittitur.
22. Prima luce, cum summus mons a T. Labieno teneretur, ipse ab hostium castris non longius mille et quingentis passibus abesset, neque, ut postea ex captivis comperit, aut ipsius adventus; aut Labieni cognitus esset, Considius equo admisso ad eum accurrit, dicit montem, quem a Labieno occupari voluerit, ab hostibus teneri: id
2 se a Gallicis armis atque insignibus cognovisse. Cae-

Cap. 22. §. 1. mille] Sic omnes a me visi libri, decem numero, et Rom. a. cum aliis. *mile* Oud.

a Gallicis] Leid. A. Scal. Voss. A. Pet. Egm. codex Vrsini, Vind. A. Vrat. A. Ald. et pleraeque sequentium. *e Gall.* Bong. AB. *ex Gall.* Reg. Leid. B. Bong. C. Dr. B. Goth. A. Vind. CI. Clark. *Gall.* codex Stephani, Gryphii, Brantii, Lov. N. Duk. Dorv. Voss. C. Leid. C. Dr. A. Vr. BC. Goth. B. Vind. BDE. Bonn. Hamb. Gu. ed. inc. et reliquae ante Ald., item Turr. Oud. ed. 2 a. 1773 et Elberl., ut Aldus nepos, Faernus et in coris secundis Davisius voluerant. In codicum discrepantia id praeferendum visum est, quod minus usu tritum nec ratione neque exemplis careret. Atque exempla monstravit Oud. Ovidii ex Ponto 2. 10, 1: *Ecquid ab impressae cognoscis imagine gemmae Haec tibi Nasonem scribere verba, Macer?* et Phaedri 4. 21, 22: *Sermone ab ipso cognitum cupidissime Ad se recepit;* rationem vero adhibitus a Daehnio Menckenius Observat. linguae Lat. p. 117 hanc dictionem componens cum illa, quae Civ. 3, 18 exstat: *ab iis*

peritissimum non fuisse eventus docuit. Itaque Caesar simul semet ipsum excusat, quia, si alium praemisisset, bellum multo minore cum detrimento confici potuisset, et Considium notat.

M. Crassi] Is primum legatus Sullae Samnites, deinde praetor Spartacum insigni clade affecerat. Ad eum a Sulla traductus Spartaci bello interfuisse Considius videtur.

Cap. 22. §. 1. Prima luce] Adiectivum non ad totam rem substantivo significatam, sed ad eius partes pertinet: *prima* lux est lucis *pars prima*. Eodem modo intelligenda sunt verba *a prima obsidione* 5, 45, *primo vere* 6, 3, *prima defectione Galliae* 8, 30, *primo concursu* 6, 8 et 7, 62, *primos Eburonum fines adeunt* 6, 35. Similiter interpretandum, quod statim sequitur, *summus mons* et *ad summas Alpes* 3, 1, *in summo colle* 2, 26, *summum iugum* supra c. 21 §. 2, *summa labra fossae* 7, 72, *summa species* 6, 27.

equo admisso] *Admittere* in hac dictione, qua Caesar iterum Civ. 2, 34 et scriptor belli Afr. 63 utitur, laxatis frenis equi cursum accelerare significat, non, ut Petrarcha Hist. 4, 28 dicit, calcaribus equum adigere. Cf. Ovid. Art. am. 2, 732: *totis incumbere remis Vtile, et admisso subdere calcar equo.*

accurrit] celeriter advenit, non pedibus, sed equo. Cf. Afr. 74: *Iubam celeriter cum copiis suis ad oppidum accurrisse.*

insignibus] cuiusmodi erant galearum ornamenta, quae 2, 21 ita appellantur, ubi tempus *ad insignia accommodanda* defuisse dicitur.

Digitized by Google

sar suas copias in proximum collem subducit, aciem in-
struit. Labienus, ut erat ei praeceptum a Caesare, ne 3
proelium committeret, nisi ipsius copiae prope hostium
castra visae essent, ut undique uno tempore in hostes
impetus fieret, monte occupato nostros exspectabat proe-
lioque abstinebat. Multo denique die per exploratores 4
Caesar cognovit et montem a suis teneri et Helvetios ca-
stra movisse et Considium timore perterritum quod non
vidisset pro viso sibi renuntiasse. Eo die quo consuerat 5
intervallo hostes sequitur et milia passuum tria ab eorum
castris castra ponit. 23. Postridie eius diei, quod
omnino biduum supererat, cum exercitui frumentum me-
tiri oporteret, et quod a Bibracte, oppido Haeduorum
longe maximo et copiosissimo, non amplius milibus pas-

Caesar haec dicta cognovit, qui sermoni interfuerunt. cui similes permultae sunt, quae causam et originem notitiae sic ad personas referunt. A personis autem ad res traductae praepositionis exempla haec sunto: 7, 59: *ab animi virtute auxilium petendum videbat.* Civ. 1, 29: *relinquebatur ut ex longinquioribus regionibus Galliae Picenique et a freto naves essent exspectandae.* Virgil. Aen. 2, 65: *Accipe nunc Danaum insidias et crimine ab uno Disce omnis.* Alii rem e longinquo animadversam praepositione *a* significari statuunt (die Richtung aus der Ferne), quod alienum ab eius vi videtur.

Cap. 23. §. 1. exercitui] *exercitum* Voss. A. *exercitu* codices tres Oud. (quos quia non nominatim designat, non optimos fuisse suspicor) Hamb. et Vind. A., in quo *i* superne additum est, ed. Scal. et Oud. Cf. adnot. crit. ad c. 16, 4.

§. 4. Multo denique die] h. e. cum iam multum diei praeterisset. Cf. 7, 28: *quos ille multa iam nocte silentio ex fuga excepit.* infra c. 26: *ad multam noctem etiam ad inpedimenta pugnatum est.* et 3, 26: *multa nocte se in castra recepit. Denique* autem, quod nonnulli h. l. ita, ut Civ. 1, 5 in verbis *octavo denique mense*, pro *demum* positum existimant, nihil obstat quo minus vulgari significatione dictum videatur.

§. 5. quo consuerat intervallo] Cf. c. 15 extr.

Cap. 23. §. 1. cum — metiri oporteret] *Cum* non ad totum biduum, sed ad extremam eius partem referendum est, perinde ac si *quo biduo* dictum esset. Sic *triduo* exspectare Plancus ad Cic. Fam. 10, 23, *tanto intervallo* videre ipse Cicero Fam. 15, 14 dicit. Alibi *cum* primam temporis partem repraesentat, ut eiusdem epist. initio: *multi enim anni sunt, cum ille in meo aere est.* Similiter ablativus Civ. 2, 32: *haec acta diebus quadraginta, quibus in conspectum adversariorum venerit Caesar.* — Coniunctivi autem ratio eadem est, quae in *sunt qui dicant* et similibus dictionibus. Cf. 6, 24: *fuit antea tempus, cum Germanos Galli virtute superarent* etc. Denique de verbo *metiri* cf. adnot. ad c. 16 §. 4.

copiosissimo] Cf. Civ. 3, 78: *abductum illum a mari atque*

Digitized by Google

suum XVIII. aberat, rei frumentariae prospiciendum existimavit, iter ab Helvetiis avertit ac Bibracte ire conten-
2 dit. Ea res per fugitivos L. Aemilii, decurionis equi-
3 tum Gallorum, hostibus nuntiatur. Helvetii, seu quod timore perterritos Romanos discedere a se existimarent, eo magis, quod pridie superioribus locis occupatis proelium non commisissent, sive eo, quod re frumentaria in-

iter] *et iter* Bong. C. Carr. Dr. B. Vind. C. et a manu sec. Goth. A. Steph. Gr. b. Lips. et seqq. usque ad Oud., qui copulam, quam in nullo suorum codicum reperisset, delevit. Eam aptam esse et commode duplici causae verbis *quod — supererat — et quod — aberat* comprehensae duplicem effectum — *existimavit et iter — avertit ac — contendit* item coniunctum adnecti quis neget? Tamen huius quoque generis asyndeta in his commentariis nonnulla inveniuntur, velut infra c. 31 §. 12: *Ariovistum autem — superbe et crudeliter imperare, obsides — poscere et in eos omnia exempla cruciatusque edere.* 7, 40: *Haedui manus tendere, deditionem significare et proiectis armis mortem deprecari incipiunt.* Cf. ib. c. 63 §. 8 et c. 76 §. 1.

§. 3. commisissent] *commovissent* And. Ox. Bong. C. Dr. B. Vind. F. Oud. 2, quem praecipue movisse videtur locus Quadrigarii apud Gellium 9, 13: *is maxime proelio commoto atque utrisque summo studio pugnantibus manu significare coepit, utrinque quiescerent pugnae.* Quem locum in addendis ed. 1 citans comma post *maxime* ponit, cum *maxime* ad *commoto* referendum et hoc pro flagrante seu ardente dictum sit. Neque *bellum commovere*, quod a Cicerone positum idem Oud. adhibet, est gerere aut incipere bellum, sed dedita opera suscitare, anstiften. Quae vero Menckenius Obs. p. 132 affert, quibus probat „eam esse huius verbi vim, ut rem, quae nunquam fuit, excitare, aut

ab his copiis, quas Dyrrhachii comparaverat. quae quales fuerint, ex eiusdem libri c. 44 §. 1 petas. Hirtius Alex. 3: *Vrbs fertilissima et copiosissima omnium rerum apparatus suggerebat.*

§. 2. fugitivos] Equites Gallos dicere videtur turmae auxiliari, cui praeerat L. Aemilius, adscriptos, qui fuga sese militiae Romanae subduxerant et rem Helvetiis nuntiaverant. Scilicet *ex magno Gallorum equitatus numero nonnullos Gallicis rebus favere natura cogebat*, ut ipse alia occasione 6, 7 dicit. Quod autem *fugitivos* potius, quam *perfugas* aut *transfugas* appellat, non tam cum Helvetiis adversus Romanos pugnandi, quam domum suam redeundi consilium eis fuisse arguit. Servos, qui proprie *fugitivi* dicebantur, intelligi voluisse propterea non videtur, quod eum, a quo aufugerant, decurionem *equitum Gallorum*, non simpliciter decurionem appellat, et quod plures illum servos secum duxisse parum probabile est. Etiam Civ. 3, 19 *fugitivi ab saltu Pyrenaeo* milites Sertoriani per contemptum vocantur, non quod servi essent, sed quod signa populi Romani deseruissent. Ceterum etiam servos Romanorum ad Helvetios perfugisse c. 27 docemur.

§. 3. superioribus locis] Nam etiam Caesar collem occupaverat, ut c. 22 §. 2 scriptum est.

Digitized by Google

tercludi posse confiderent, commutato consilio atque itinera converso nostros a novissimo agmine insequi ac lacessere coeperunt. 24. Postquam id animum advertit, copias suas Caesar in proximum collem subducit equitatumque, qui sustineret hostium impetum, misit. Ipse 2
interim in colle medio triplicem aciem instruxit legionum

quae diu non fuit, suscitare notet" ad hunc locum, cui neutrum aptum est, nihil valent. Itaque errore *commouissent* in illis codicibus, quorum tres posteriores nihil cum duobus prioribus commune habere solent, natum videtur.

Cap. 24. §. 1. animum advertit] cod. Brant. Vrs. N. And. Ox. Lov. Voss. A et B vel C. Bong. AB. Gott. Lb. Gu. Hamb. et Ald. in contextu. *advertit*, sup. *anim*, Vind. A. *animadvertit* reliqui codd. et edd. ante Davis. item Ald. in *corrigendis*. Davisio versu Lucretii (2, 124) *Hoc etiam magis haec animum te advertere par est*, et aliquot Plautinis divisionem tuenti codices h. l. suffragantur. Etiam alibi Caesar haec divisit, sed aliquanto rarius, quam secundum Oud., qui paucos nonnunquam et non optimos libros divisa exhibentes tamen est secutus.

§. 2. quattuor] Bong. A. Voss. A. Egm. Goth. B. edd. ante Ald. et Aldinae nep. IIII^or^ Vind. E. *quatuor* reliqui meorum cum Aldo et plerisque recentioribus. Cf. c. 12, 4 et c. 15, 1.

veteranorum] *veteranarum* codex Clacconii, Vind. I. ed. Scal. et recentiores, quod, quamquam paulo concinnior est adiectivi cum substantivo, quam duorum substantivorum eodem casu positorum coniunctio, et saepius adiectivi, quam substantivi modo Caesar illo nomine utitur, tamen adversus tantum librorum censensum obtinere locum non debebat. *Veteranos* pro substantivo ponit Caesar Civ. 3, 24: *nostri veterani in portum refugiebant* Itaque *legiones veteranorum* sic dici poterant, ut *legiones tironum* ib. c. 28 et 29 et 34. Genitivi autem ex genitivo pendentis exempla vide apud Ramshornium gramm. §. 107, 1.

intercludi posse] Non opus est, ut *eos* subaudiatur, cum ipsum *Romanos* ex superioribus huc pertineat.

a novissimo agmine] scil. nostrorum. *a* locum significare, a quo species rei accidat, ad c. 1 §. 5 ostendi. Cf. 7, 67: *duae se acies ab duobus lateribus ostendunt, unà a primo agmine iter impedire coepit.*

Cap. 24. §. 1. copias suas Caesar] Insolentius hic demum nomen eius, de quo iam ante cogitandum fuit, pronuntiatur. Nam quo minus *id* pro nominativo habeatur et ad *animum* subaudiatur *nostrorum*, scriptoris usus prohibet, qui *animum advertere* non ita dicere solet, ut e. g. Tacitus Hist. 3, 48: *advertit ea res Vespasiani animum.* Itaque in protasi potius *Caesar* ponendum erat. Sed confer infra c. 44 §. 13: *neque ipsos in his contentionibus, quas Haedui secum et cum Sequanis habuissent, auxilio populi Romani usos esse.* et c. 48 §. 6 et 2, 19 §. 2.

subducit] Id quoniam plus temporis requirebat, praesenti, alterum deinde praeterito enuntiatur.

equitatumque] omnem, ut videtur.

Digitized by Google

quattuor veteranorum, ita, uti supra; sed in summo iugo duas legiones, quas in Gallia citeriore proxime conscripserat, et omnia auxilia conlocari ac totum montem hominibus compleri et interea sarcinas in unum locum conferri et eum ab his, qui in superiore acie constiterant,
3 muniri iussit. Helvetii cum omnibus suis carris secuti inpedimenta in unum locum contulerunt, ipsi confertissima acie relecto nostro equitatu phalange facta sub primam nostram aciem successerunt. 25. Caesar primum suo, deinde omnium ex conspectu remotis equis, ut ae-

ita, uti supra; sed — conlocari ac — compleri et] Bong. A. Voss. AC. Pet. Egm. Gott. Vr. A. *ita, uti supra se — conlocaret, ac — compleri*, *et* Oud. cum uno Leidensi codice. *ita, uti supra se — collocaret ac — compleret;* Scal. et seqq. usque ad Oud. et post Oud. Elberlingius secundum Ciaconii codicem, in quo tamen apud Iungermannum *impleret*, non *compleret*, scriptum esse dicitur. Ante Scal. erat *ita, uti supra se — collocarit ac — complerit*, profectum illud ab Aldo, hoc a Gr. a. (Aldus *complerit, et* dederat.) Priores Aldo edd. cum reliquis codd. plerisque *ita, uti* (*ut* Ven. cde. Ber.) *supra se — collocari ac — compleri et* exhibent, quod cum corruptum esse appareret, pro *ita uti* Bong. C. Dr. B. Vind. CFI. et Goth. A. *itaque* scripserunt, Vind. CI. praeterea *iubet* post *collocari* addiderunt, in Vind. A. autem post *compleri* a. m. s. *vellet* superne adscriptum est. Lectionem a nobis vetustissimorum codicum auctoritate receptam Oud. ita probabat, ut *ita, uti supra* ex c. 22 §. 2 interpolatum existimaret. Sed *supra* pro *antea* Caesar et alii cum verbis demonstrandi saepe ponunt: quidni semel sine eiusmodi verbo posuerit? Et quod de illa superiore instructione c. 22 §. 2 nihil commemoravit, plane sua consuetudine hic supplet atque etiam tum triplicem aciem legionum quattuor (duas enim reliquas cum Labieno dimiserat) a se instructam fuisse docet. Quod si verba *ita, uti supra* in aliquo codice §. 1 post *subducit* posita essent, magis probabilis esset Oud. suspicio. Neque vero propterea minus apta nostra lectio est, quod Caesar duas legiones potius ipse collocasse, quam collocari iussisse videatur. Nam eodem modo 7, 70 *paulum legiones Caesar, quas pro vallo constituerat, promoveri iubet*, et 5, 11 *legiones equitatumque revocari atque itinere desistere iubet.*

§. 3. inpedimenta] Bong. A. Voss. A. non *imp.*

§. 3. secuti] Hoc ad illud tempus spectat, cum primum Caesar suos ab itinere Bibracte converso in collem subduxerat.

phalange facta] Cf. c. 25 et 52. Phalanx propria erat Germanorum, a quibus Helvetii didicerant: aliorum Gallorum Caesar nusquam phalangem commemorat. Erat aciei genus confertissimum et scuta super capita contexta habebat, ut Orosius 6, 7 in describenda pugna Ariovisti secundum c. 52 dicit. Plutarchus *συναστισμὸν* vocat Mar. c. 20, ubi de Teutonum pugna adversus Marium simili huic Helvetiorum refert. Romanis *testudo* ex eoque serioribus Graecis, ut Aeliano Tactico, *χελώνη* dicebatur.

Cap. 25. §. 1. deinde omnium] qui propter dignitatem equo utebantur; quos *ἱππέας τοῦ τέλους* appellare videtur Dio Cassius 42,

Digitized by Google

quato omnium periculo spem fugae tolleret, cohortatus
suos proelium commisit. Milites e loco superiore pilis 2
missis facile hostium phalangem perfregerunt. Ea dis-
iecta gladiis destrictis in eos impetum fecerunt. Gal- 3
lis magno ad pugnam erat inpedimento, quod pluribus
eorum scutis uno ictu pilorum transfixis et conligatis,
cum ferrum se inflexisset, neque evellere neque sinistra
inpedita satis commode pugnare poterant; multi ut diu
iactato brachio praeoptarent scutum manu emittere et nu-
do corpore pugnare. Tandem vulneribus defessi et pe- 4
dem referre et, quod mons suberat circiter mille pas-
suum, eo se recipere coeperunt. Capto monte et succe- 5

Cap. 25. §. 2. destrictis] Bong. A. Voss. A. Leid. A. Hav. A. Egm. Hamb. (In Vrat. A. *ea disiecta — fecerunt* desunt.) Reliqui cum edd. ante Oud. *districtis*, quod Heindorfius ad Horat. Sat. 2, 1, 41 tuetur: *distringere* esse aus einander ziehen, *destringere* autem abstreifen. Recte; et codices h. l. et magis etiam 7, 12 extr. et 8, 23 et Civ. 1, 46 et 47 et 75 rem incertam faciunt. Tamen *destrictus* gladius translatione a vagina, quae proprie destringebatur, ad ipsum gladium facta dici potuit. Et Romani milites sinistra scutum tenentes gladium ad dextrum femur gestabant dextraque manu educebant; cui rei significandae *distringere* verbum minus aptum erat.

§. 3. eorum] om. Vind. A.

conligatis] Bong. A. Voss. A. Vind. A. et a m. pr. Goth. B. non *coll.*

inflexisset] *influxisset* Leid. B. *infixisset* Vind. A. corr. *inflixisset* Bong. AB. Pet. Pal. Egm. Gott. Leid. AC. Voss. AC. Dorv. Dr. B. et a m. pr. A. Vrat. AC. Goth. B. Vind. F. Hamb. Gu. Bonn. Id vero nec per se probabile neque, cum scuta iam transfixa habeamus, aptum est. Non magis *infixisset* probari potest; infixa enim pila quidni evellerentur? Itaque vulgata, quamvis paucorum librorum, (in Vrat. B. haec omnia inde *a Caesare* c. 22 §. 3 usque ad *pro vallo carros* c. 26 §. 3 folio amisso exciderunt) tenenda, inflexio autem illa intelligenda est, quam Plutarchus Marii sollertia effectam docet Mar. c. 25.

inpedita] Bong. A. Voss. A. non *imp.*

§. 4. mille] Bong. A. Dr. AB. Vrat. AC. Goth. AB. Vind. ABEF. Hamb. Bonn. cum edd. ante Aldum nep., qui *cm* scribere coepit. *M.* Oud. 1 et sine puncto 2.

51 extr. Legatos fuisse probabile est et tribunos et praefectos, fortasse etiam illos, qui amicitiae causa imperatorem sequebantur. Petrarcha Hist. 4, 31 perperam de equitatu cogitavit. Ceterum confer Sallustium Cat. 59 idem paene eisdem verbis de Catilina praedicantem.

§. 3. multi ut] Cf. adnot. ad c. 6 §. 1 et Ciceronis locum ad c. 20 §. 2 citatum et Civ. 3, 17: *sic belli rationem esse divisam, ut illi classe naves auxiliaque sua impedirent, ipse ut aqua terraque eos prohiberet.*

§. 4. mons suberat circiter mille passuum] Cum *subesse* h. l.

Digitized by Google

dentibus nostris Boii et Tulingi, qui hominum milibus circiter xv. agmen hostium claudebant et novissimis praesidio erant, ex itinere nostros latere aperto adgressi circumvenere, et id conspicati Helvetii, qui in montem sese receperant, rursus instare et proelium redintegrare coe-
6 perunt. Romani conversa signa bipartito intulerunt:

§. 5. adgressi] Bong. A. Vind. A. Egm. non *aggr.* (*agr.* Dr. AB. In Pal. Dorv. Vrat. C. Goth. B. Vind. D. et edd. ante Ven. f. omissum est.)

§. 6. conversa] om. cod. Brantii, Lov. Leid. B. Duk. Dorv. Reg. Pal. Vrat. C. Goth. B. Vind. DE. Hamb. edd. ante Ven. f. Perperam. *Conversa signa inferre* dicuntur ii, quorum alii alium in locum conversione facta signa inferunt, non tantum hi ipsi, qui se alio convertunt. Cf. 2, 26 §. 1, ubi legiones duae, quae in dextro cornu collocatae in eandemque partem versae erant, conversa signa in hostes inferre iubentur ita, ut altera alteri subsidio esset. Conversione autem opus erat propter Boios et Tulingos a latere adgressos.

bipartito] *tripartito* Voss. A. Dr. B. et pro varia lectione a m. s. A. Goth. A. Vind. F. Ven. f. Lips. et seqq. usque ad Oud., qui in solo Voss. A. „pro Glossa" inventum a se testatus alteri cedere iussit. *tripartita* Vind. E. *tripertito* Vind. C. et correctas in prima syllaba A. *biparato* Dr. A. *bipartita* Pal. Gott. Vrat. C. Goth. B. Vind. D. edd. ante Ven. f. *biparta* Hamb. *partita* Carr. *bipertito* Vrat. A. *bipertita* Gu. Bonn. Ciacconio omnino delendum videbatur, et cum omnis conversio signorum secundum ea, quae suprà ostendimus, id efficeret, ut iam bipartito inferrentur, omitti sane poterat. Sed partim perspicuitatis causa, quod ratio illius conversionis fortasse non omnibus nota esset, partim quod a triplici acie tripartito illata videri poterant, *bipartito* illata demonstravit, unam in partem a prima et secunda, in alteram a tertia acie. *Tripartito* ferri non posse apparet; neque ad-

idem sit, quod *propinquum esse*, (cf. 5, 29: *subesse Rhenum*, 3, 27: *quod hiems suberat*; 5, 23: *quod aequinoctium suberat*) genitivum *mille passuum* non ad subaudiendum nomen *intervalli* aut *spatii*, sed ad praecedens *montis* retulerim. Certe nobis *aliquo intervallo* aut *spatio propinquum esse* minus recte dictum videtur, quam *mille passuum esse*; quod, si de altitudine ageretur, aeque perspicuum foret atque Germanicum ein Berg von fünf tausend Fuß. Hic vero de distantia agi res ipsa et verbum *suberat* loquitur. Itaque genitivum qualitatis, quem dicunt, cum *Herzogio* primum hos Commentarios edente esse existimo similemque illis, quos idem conferebat, *tridui viam* c. 38, *frumentum dierum xxx.* 7, 71 et 74, *dierum xxii. frumentum* Civ. 1, 78.

§. 5. latere aperto] Sunt qui *apertum* latus dextrum interpretentur, quia sinistrum tectum fuerit scuto. Sed 2, 23 extr. *apertum latus* sinistrum est, et h. l. natura loci, quae aditum ad alterutrum latus faciliorem praeberet, potius, quam corporis pars, quae paucorum tantum eorumque in extremis ordinibus collocatorum a scuto nuda esset, respici videtur.

Digitized by Google

prima et secunda acies, ut victis ac summotis resisteret, tertia, ut venientes sustineret. 26. Ita ancipiti proelio diu atque acriter pugnatum est. Diutius cum sustinere nostrorum impetus non possent, alteri se, ut coeperant, in montem receperunt, alteri ad inpedimenta et 2

iectivum praeferendum est adverbio, quod praeter codices usus scriptoris commendat. Cf. 5, 10. 32. 6, 6. 7, 67. item Hirt. 8, 33 et Hisp. 5 et 40. Sed de antepenultima dubitatio esse potest, *per*, an *par* scribendum sit. Vind. A. ubique *per* exhibet, sed fere per compendium, *p̄*, quod interdum *par* significat.

et] *ac* Goth. B. edd. ante Oud. et Oud. 2.

summotis] Bong. A. Vind. AI. Goth. AB. Gu. Bonn. edd. ante P. Man. non *subm.* (*sumotis* Vind. D. Hamb. *semotis* Vrat. A.)

sustineret] *substineret* Dr. B. Goth. A. Vind. EI. Hamb. Ald. *substinerent* Vind. F. *exciperet* cod. Hotom. margo Ox. et, ut putat Oud., And. Vind. D. cum edd. ante Ald. item Lips. et seqq. et Oud., qui *exciperet* elegantius esse, quam ut a librariis profectum credat, ceterum idem, quod *impetum eorum sustineret*, significare statuit. Sed loci ab eo collati, quibus venatores *feras* et milites hostium *impetus excipere* dicuntur, dubitationem iniiciunt, an *excipere* potius sit Germanicum auffangen, qua significatione de venatoribus et feris dici solet, quae etiam ad *impetus* apta est, cum ictus scutis excipiuntur. Certe quod Salustius Hist. l. 3 (p. 236 fr. 27 Gerl.) *venientes excipere* haud dubie ita dixit, ut Germani auffangen, Caesarem ambigue dixisse docet, si *exciperet* scripsit et intelligi voluit aufhalten. Itaque cum Elberl. codices plerosque et vetustissimos[1] (etiam Parisienses, quos Daehnius falso dicit *susciperet* habere) secutus sum, praesertim cum ob proxime sequens *sustinere* displicere alicui, quem variatio magis, quam Caesarem, delectaret, et ita mutari potuerit.

Cap. 26. §. 2. sustinere nostrorum impetus] Bong. AB. Voss. A. Pet. Gott. Egm. Hav. A. Dr. A. Vrat. A. Goth. A. Vind. B. Gu. Bonn. ed. inc. *s. n. impetum* Dr. B. Vind. AF. Pal. ed. Steph. Gr. b. *n. impetum s.* Vrat. C. Goth. B. Vind. C. edd. rell. ante Oud., qui *nostrorum impetus sustinere* scripsit, quemadmodum in Lov. et Hamb. legitur, sed, ut ex eius adnotatione perspicitur, *sustinere* secundum codices praeponere voluerat. (In Goth. A. Vind. FI. Med. a. est *subst.*) Pluralis *impetus*, quem Oud. ex tredecim vetustioribus codd. et ed. inc. receptum a se dicit, cuiusque exempla plura ex Caesaris Commentariis affert, ad duplex proelium et ad repetitos utrorumque conatus utpote diuturna et acri in pugna haud dubie aptior est. Ceterum memorabilis est Leid. A. discrepans ab omnibus scriptura: *cum sustinere non possent nostros.*

inpedimenta] Bong. A. Vind. A. non *imp.* item §. 3 et 4, quibus tamen locis Fabriciani exemplaris testimonio de Bong. A. contradicit Plüschkius.

Cap. 26. §. 1. ancipiti proelio] Cum pugnae ipsius vehementia verbis *diu atque acriter* ostendatur, *anceps* proelium ideo, quod duobus in locis pugnabatur, dictum videtur, ut 7, 76 et Civ. 3, 63.

§. 2. alteri ad inpedimenta et carros suos] Hos si Boios et Tulingos intelligi voluit, aut minus

Digitized by Google

carros suos se contulerunt: nam hoc toto proelio, cum ab hora septima ad vesperum pugnatum sit, aversum ho-
3 stem videre nemo potuit. Ad multam noctem etiam ad impedimenta pugnatum est, propterea quod pro vallo carros obiecerant et e loco superiore in nostros venientes tela coniiciebant, et nonnulli inter carros rotasque mataras
4 ac tragulas subiiciebant nostrosque vulnerabant. Diu

vesperum] *vesperam* liber vetus Vrsini, Bong. C. et edd. ante Ald., excepta inc., tum Lips. et seqq. usque ad Oud., qui „MSS. fere cunctos" secutus *vesperum* scripsit. Caesar *vesperam* dixisse non videtur.

aversum] *adversum* Bong. BC. et ante corr. A. Pet. Lov. Pal. Gott. Egm., quattuor alii Oud., Vrat. AC. Goth. B et cum puncto sub *d* A. Hamb. Med. a. Ven. bede. Ber. In Vind. A. litura est inter *a* et *v*. Id notavimus, ut etiam in optimis libris haec confundi intelligeretur.

§. 3. mataras] *natarias* Vind. B. *materas* cum *a* super *e* Gu. *matarias* Bong. B. *mattaras* Bong. C. et a m. s. Goth. A. *maxaras* Hamb. *amazoras* Vind. I. *mazatas* Pal. *mazarias* Ven. cde. Ber. *mazoras* membr. Brant. Vind. DE. et reliquae edd. ante Lips. praeter inc., quae cum potioribus Oud. codicibus *t* pro *z* agnoscit. Ex his apparet non multum tribuendum esse Ciacconio meliores codices *materes*, et Hotomanno nonnullos *materas* exhibere dicentibus. Ceterum non mirum est vocabulum peregrinum ab aliis aliter inflexum esse. Livio 7, 24 ablativus *matari* est, et auctori ad Herenn. 4, 32 *materis* Transalpina, Sisennae apud Nonium 18, 26 Galli pugnasse *materibus* dicuntur. Etiam apud Strabonem l. 4 p. 58 Tz. *μάταρις παλτοῦ τι εἶδος* codicibus valde discrepantibus et tamen in *ις* consentientibus, et apud Hesychium *μαδάρσις* legitur. *Oberlinus* hodieque Gallis *matras* sagittam capitatam crassiorem dici demonstrat. Sed *mataras* Caesaris iacula manu emittenda fuisse certum est.

accurate ad *suos* se carros contulisse dixit, cum omnia impedimenta unum in locum collata essent, (c. 24 §. 3) aut sine causa idonea eam partem impedimentorum, quae Boiorum et Tulingorum erat, a reliquis distinxit. Accedit quod ab ea, quae deinde ad multam noctem producta dicitur pugna ad impedimenta, afuisse Helvetios statuendum esset, quorum tamen virtutem in proxime sequentibus pariter laudat. Itaque in his *alteris* etiam Helvetios fuisse eosque *alteros* universorum ratione habita dictos puto, der andere Theil.

aversum] h. e. fugientem. Nam pedem certe retulerant (c. 25 §. 4) et summoti erant. (ib. §. 6.)

§. 3. e loco superiore] Hinc apparet locum illum, in quem c. 24 §. 3 impedimenta collata dicuntur, editum fuisse. Quo minus enim cum Metaphraste hoc de carris interpretemur, scriptoris consuetudo obstat, qui *locum superiorem* soli terraeque ratione habita dicere solet. Cf. c. 25 §. 2 et 2, 23. 3, 4. 25. 5, 9. 6, 40. 7, 19. Simul eorum, qui *inter carros* tela subiiciebant, audacia eo maior significatur, quod locum superiorem et tutiorem reliquerant.

tragulas] Hastae erant amento instructae, Gallis, Hispanis, Bri-

Digitized by Google

cum esset pugnatum, impedimentis castrisque nostri potiti sunt. Ibi Orgetorigis filia atque unus e filiis captus est. Ex eo proelio circiter hominum milia cxxx, 5
superfuerunt eaque tota nocte continenter ierunt: nullam partem noctis itinere intermisso in fines Lingonum die quarto pervenerunt, cum et propter vulnera militum et propter sepulturam occisorum nostri triduum morati eos sequi non potuissent. Caesar ad Lingonas 6
litteras nuntiosque misit, ne eos frumento neve alia re iuvarent: qui si iuvissent, se eodem loco, quo Helvetios, habiturum. Ipse triduo intermisso cum omnibus copiis eos sequi coepit. 27. Helvetii omnium rerum inopia adducti legatos de deditione ad eum miserunt. Qui cum eum in itinere convenissent seque ad pedes pro- 2
iecissent suppliciterque locuti flentes pacem petissent,

§. 4. filia] *filiae* And. Voss. AB. Dr. B. Vind. ACF. et a m. s. Goth. A. (a m. pr. *filio* cum Bong. C.) Pluralis omnes Orgetorigis filias captas in castris significaret, etiam eam, quae Dumnorigi, ut c. 3 scriptum est, nupserat, quod a vero abhorret. Singularis duas ei fuisse, earumque alteram innuptam Romanorum in manus incidisse arguit.

§. 5. hominum milia] *m. h.* edd. ante Oud. 1, exceptis Steph. et Gr. b. et Oud. 2.

quarto] Dr. AB. Vrat. AC. Goth. AB. Vind. A. Hamb. Bonn. cum edd. plerisque ante Ald. nep. non *IV.* (in Ven. ede. Ber. *die quarto* desunt.) *quarta* Bong. A.

§. 6. Lingonas] Terminationem Graecam ab Oud. ex Bong. AB. Voss. A. Lov. Leid. A. „aliisque" receptam Gott. Vind. A. Gu. Hamb. Pal. Vrat. C. Goth. B. agnoscunt. In Bong. A. est *Ligonas*. *Linguones* Bonn. *Lingones* reliqui cum edd. ante Oud. exhibent. Cf. c. 40 §. 11, ubi *Lingones* in plurimis, et 7, 9, ubi *Lingonas* in uno Dr. B. exstat, et nostro quoque loco scripturam dubiam esse intelliges.

eos sequi] *sequi* Vind. A.

Cap. 27. §. 2. ad pedes] *ad p. eius* Leid. A. Egm. Vrat. A.

tannis usitatae. Cf. 5, 48. Liv. 26, 5. Salust. fragm. 44 p. 229. Gerl. Valer. Max. 3. 2, 23.

§. 4. castrisque] de quibus c. 22 extr. dictum est. In his expugnandis potissimum caedes illa mulierum et puerorum facta videtur, quam Plutarchus Caes. 18 commemorat, Caesar, fortasse quod minus honorificam esse sentiret, silentio praetermisit.

§. 5. eaque — ierunt: nullam — pervenerunt] Primum res narratur, deinde rei effectus, qui quo certius intelligatur illius rei effectus fuisse, rei commemoratio iteratur. Sie gingen diese ganze Nacht hindurch, und weil sie keinen Theil der Nacht geruht hatten, so kamen sie am vierten Tage in das Gebiet der Lingonen. Quod si illa nocte vel paululum quievissent, die quarto fines Lingonum non attigissent. Cf. Civ. 3, 77 §. 3.

Cap. 27. §. 2. suppliciterque locuti] Cf. adn. ad 2, 31 §. 1.

Digitized by Google

atque eos in eo loco, quo tum essent, suum adventum
3 exspectare iussisset, paruerunt. Eo postquam Caesar
pervenit, obsides, arma, servos, qui ad eos perfugis-
4 sent, poposcit. Dum ea conquiruntur et conferuntur,
nocte intermissa circiter hominum milia VI. eius pagi, qui
Verbigenus appellatur, sive timore perterriti, ne armis
traditis supplicio adficerentur, sive spe salutis inducti,

tum] *tunc* Vind. ADI. Vrat. C. Goth. B. Hamb. Pal. Rom. a. Id plerumque hierauf significans interdum pro tamais ponitur, e. g. Civ. 2, 13: *aegreque tunc suat retenti.*

suum adventum] *se* Leid. A.

§. 4. Verbigenus] *Vrbigenus* Lov. Ox. Pal. Leid. B. Duk. Dorv. Dr. B. Vind. DE. Vrat. C. Goth. B. Rom. a. Dav. Clark. Oud. Id commendatur nomine *Vrba*, quod oppidum Helvetiae in Itinerario Antonini memoratur, cui simile est *Orbe*, quemadmodum hodie oppidum et flumen in regione ea, cui Waadtland nomen est, appellatur, *Verbigenus* maxime ob inscriptionem Saloduri exstantem, in qua sit GENIO VERBIG. (ligatis V et E litteris) ab Oberlino aliisque praelatum est. Sed in ea VRBIG. scriptum esse aliorum testimonio credit Orellius Inscr. 403. Cum ea inscriptio ad annum Chr. 219 referatur, ad Caesaris scripturam constituendam non multum momenti habet. Itaque secundum codices agendum et *Verb.* scribendum putavi. (In Vind. B. *Verbegenus* est. Quae praeterea Oud. affert, *Virbigenus* et *Verbiginius*, eorum prius in margine Goth. B. et ed. Turr., posterius nusquam inveni. In Hamb. Flor. Ald. *verbi genus* scriptum est. *Verbigenus* habent Bong. ABC. Pet. Voss. A. Gott. Egm. aliique Oud., item Dr. A. Vrat. AB. Vind. A. Goth. A. Bonn. Hav. A. Med. a. et reliquae edd. usque ad Dav.)

adficerentur] Bong. A. Voss. A. non *aff.*

atque eos — iussisset] Exemplis mutatae personae ab Heldio collatis addo Hirt. 8, 14 §. 4.

§. 3. perfugissent] Coniunctivus nihil nisi Caesaris orationem refert.

§. 4. Dum ea conquiruntur et conferuntur] Prius verbum ad homines pertinet (cf. c. 28 §. 1) et tamen *ea* dixit, quod *Lappertus* recte comparat cum c. 29 §. 2 *quarum omnium rerum.* Plura vide in Ruddimanni Institutionibus grammaticae Lat. 2 p. 32 ed. Stalib.

nocte intermissa] h. e. postquam nox intercedere coepit. Ita enim praeteritum, quoties significationem praesentis habere videtur, explicandum est, e. g. in dictione Liviana *comitiis habitis* 43, 8 extr. et in Virgiliano Georg. 1, 206: *Quam quibus in patriam ventosa per aequora vectis Pontus et ostriferi fauces tentantur Abydi.* Duorum autem, quae esse necesse est, inter quae intermitti, intercedere, interponi aliquid dicatur, unum verbis proximis *dum — conferuntur* indicatum, alterum ipsum illud, quod sequitur, de fuga sex milium est, et *nocte intermissa* Germanice interpretari licet da inzwischen die Nacht eingetreten war.

spe salutis] h. e. libertatis, quam, etiamsi supplicio non adficerentur, tamen, si manerent, retineri posse desperarent.

Digitized by Google

quod in tanta multitudine dediticiorum suam fugam aut occultari, aut omnino ignorari posse existimarent, prima nocte e castris Helvetiorum egressi ad Rhenum finesque Germanorum contenderunt. 28. Quod ubi Caesar resciit, quorum per fines ierant, his, uti conquirerent et reducerent, si sibi purgati esse vellent, imperavit: reductos in hostium numero habuit: reliquos omnes obsidibus, armis, perfugis traditis in deditionem accepit. Helvetios, Tulingos, Latobrigos in fines suos, unde 2

dediticiorum] *deditiitiorum* Rom. a. Med. a. Ven. b. Ald. Gr. ab. Turr. Oud. 2. (*deditiorum* Bong. B. Voss. A. Egm. Vind. ABD. Goth. A. Ven. cdef.)

existimarent] *existimabant* Dr. B.

prima nocte] *prima noctis* Dorv. Vrat. C. Vind. E. Hamb. Oud. 2. *p. hora noctis* Reg. *p. noctis vigilia* Gryphii liber et antiquus Vrsini et alii Faërni cum Pal. Goth. B. Vind. D. Rom. a. Lips. Scal. Quarum lectionum duae posteriores ex prima ortae, illa vero etiam genuina et ob insolentiorem ellipsin similem illi, qua Caesar Civ. 1, 20 *prima vesperi*, Livius 42, 57 *diei quarta*, Horatius Sat. 1. 6, 122 *ad quartam iaceo* dixerunt, mutata a librariis videri posset, nisi codicum ratio obstaret, quae ita statui iubet, Caesarem *prima nocte* sic ut c. 22 §. 1 *prima luce* scripsisse, eius explicandi causa alios *hora noctis*, alios *noctis vigilia* posuisse, denique ex horum alterutro vel errore vel sedulitate scribae paullo doctioris factum esse *prima noctis*.

e castris] *et c.* Vind. D. Rom. a. *ex c.* Goth. A a m. pr. Dr. B. Med. a. et sqq. edd. excepta Ven. f. usque ad Oud., qui tacite secundum codices *e c.* scripsit.

Cap. 28. §. 2. Latobrigos] *Latobictos Rauracos* Pet. De Latobrigorum nomine v. ad c. 5 §. 3 notata. De Rauracis, quorum nomen Glareanus incuria librariorum omissum suspicabatur, recte monuit *Hausius* in proelio concisos videri ita, ut nulli superessent. Domi quidem relicti pars erant, atque eorum mentio in sequentibus libris iniicitur. V. 6, 25. 7, 75.

occultari] ut, si desiderarentur, tamen quo issent, in occulto esset, et non tam aufugisse, quam inter tantam multitudinem dispersi esse viderentur.

existimarent] De coniunctivo cf. ad 2, 33 §. 2 (*crediderant*) dicta.

Cap. 28. §. 1. resciit] Gellii est vera, ut opinor, observatio 2, 19, eum proprie *rescire* dici, qui factum aliquod occultius aut inopinatum insperatumque cognoscat. Sic etiam Hisp. 6: *id cum Pompeius ex perfugis rescisset*.

ierant] h. e. ire coeperant. Nam conquiri iubebantur, ut qui nondum e finibus egressi essent.

purgati] quod per fines suos ire fugientes Caesaris hostes passi essent. Cf. 4, 13. 6, 9. 7, 43, quibus locis legati a civitatibus *purgandi sui* causa missi dicuntur, h. e. ut factum aliquid excusarent.

reductos] incertum omnes, an partem.

Digitized by Google

erant profecti, reverti iussit, et quod omnibus frugibus amissis domi nihil erat, quo famem tolerarent, Allobrogibus imperavit, ut his frumenti copiam facerent: ipsos oppida vicosque, quos incenderant, restituere iussit.
3 Id ea maxime ratione fecit, quod noluit eum locum, unde Helvetii discesserant, vacare, ne propter bonitatem agrorum Germani, qui trans Rhenum incolunt, e suis finibus in Helvetiorum fines transirent et finitimi Galliae provin-
4 ciae Allobrogibusque essent. Boios petentibus Haeduis,

frugibus] om. Gott. et duo alii Oud., Gu. Bonn. et a m. pr. Vrat. B. cum ed. inc. *fructibus* Bong. AB. Pet. Egm. Vrat. A. Oud., qui locis quibusdam Tibulli, Livii, Frontini, Ovidii, Lactantii probat hanc vocem de frugibus et toto agrorum reditu usurpari solere. Quod ut factum ab illis sit, et a Caesare quoque fieri potuisse eo minus dubitari debeat, quod is Civ. 3, 58 extr. etiam frondem *fructum ex arboribus* dixisse videtur, codices tamen *frugibus* servari iubent. Neque enim discrimen inter *fructus* et *fruges* tam certum erat, ut propter offensionem ex *fructibus* acceptam, quippe qui arboribus tantum convenirent, *frugibus* a librariis praeter fidem scriptum esse probabile sit.

ut his] Bong. A. Dr. AB. Vrat. A. Goth. A. Vind. AB. (in quo, ut in Dr. A., ante correctionem *urbis* erat) et a m. s. Hamb. (*ut is* a m. pr.) Ven. cdef. Ber. Ald. et pleraeque ante Oud. *ut illis* Vind. D. *uti iis* Rom. a. *ut hiis* Voss. A. Gott. Vrat. BC. Bonn. *ut iis* Goth. B. Med. a. Ven. b. Turr. Oud.

restituere] *restaurare* S. Leid. A. quod illa aetate nondum in usu fuit.

§. 3. e suis] *suis* Leid. A. Bong. AB. Voss. AB. Pet. Vind. A. et a m. pr. Goth. A. *a suis* Leid. B. Bong. C. Dr. B. Vrat. A. Vind. CF. et a m. s. Goth. A. *ex suis* Pal. Vulgata, quam Dr. A. et reliqui meorum tuentur, vera videtur.

finitimi] *finitumi* Oud. 2.

§. 2. quo famem tolerarent] idem, quod *extremam famem sustentare* 7, 17 §. 3. Eadem proprietate 5, 47 *tolerandae hiemis causa* frumentum devectum dicitur. Cf. 8, 5 §. 1. Sed *vitam tolerare* 7, 77 §. 11 est aegre producere, kümmerlich erhalten, fristen.

frumenti copiam facerent] Sicut 7, 56 *pecoris copiam nactus* dicitur cui iam non deest pecus, ita facere copiam frumenti, qui alterius inopiam sublevat et dando efficit, ut ne amplius egeat.

oppida vicosque] Perperam Metaphrastes τῶν Ἀλλοβρόγων addidit, ad c. 11 respiciens, cum ad c. 5 deberet propter sequentia.

§. 4. Boios] de quibus c. 5 dictum est. Accusativus referri potest ad *concessit*; sed *petenti concedere aliquem* fere aliud et veniam ob preces impertitam vel vitam condonatam significat. Itaque ad *collocarent*, vel potius ad infinitivum eius verbi passivum, quem scriptor ab initio addere cum verbo *passus est* vel simili in animo habuerit, referendus videtur.

Digitized by Google

quod egregia virtute erant cogniti, ut in finibus suis collocarent, concessit; quibus illi agros dederunt quosque postea in parem iuris libertatisque conditionem atque ipsi erant, receperunt. 29. In castris Helvetiorum tabulae repertae sunt litteris Graecis confectae et ad Caesa-

§. 4. in parem — conditionem] Ita primus scripsit Aldus, ante quem legebatur *in partem — conditione*. Et *in partem* codices, qui quidem accuratius collati sunt, omnes (Hamb. sine *in*) habent: de Cu. N. And. Ox. S. Vind. F. tacetur; et *conditione* in Bong. A. (ex quo Plüschkius *condicione* cum dubitatione de extrema syllaba refert) Voss. AB. Leid. BC. Lov. Dorv. Hav. A. Dr. AB. Vrat. BC. Goth. A et a m. pr. B. Vind. ADEF. Gu. Hamb. exstat. Praeterea pro *iuris* Hamb. *uiris*, pro *libertatisque* idem *liberatisque*, Vrat. C. Vind. CD. et a m. pr. Dr. A. et Goth. B. cum Rom. a. *libertatis*, Voss. A a m. pr. *libertatemque* vel (secundum exemplar Fabricii) *libertateque*, denique pro *atque* Voss. B. *prout*, Egm. et Vrat. A. *atque ut* exhibent. Hac librorum discrepantia coniiciendi facultas datur, et Oud. coniecit *in partem iuris libertatisque conditione ea, atque* etc.; et dictiones *in partem praedae, honoris* similesque confert, in quibus *pars* societatem significat. Sed qui in partem praedae recipitur, is aliquid de praeda accipit, quo detracto reliquorum portiones minui necesse est, et qui in honoris partem venit, hoc ipso, quod iam ad plures honor pertinet, minorem facit. Itaque in iuris libertatisque partem recipi non recte dicitur. Additamentum autem *conditione ea* etc. partim supervacaneum est, partim eo displicet, quod *ea* pro *eadem* praeter consuetudinem positum habet. Contra Aldina lectio dictionem planam et per se probabilem praebet. Cf. 5, 13: (ex Hibernia) *pari spatio transmissus atque ex Gallia est in Britanniam*. Civ. 3, 101: *pari atque antea ratione egerunt*. Deinde mutatio in *partem* valde proclivis erat, et tamen vestigium verae scripturae in Goth. B. superest, qui a m. pr. *impartem* habebat, quod ex *imparem* ortum videtur. Denique aliquid tamen silentio de codicibus And. et Ox. tribuendum est, quibuscum et alibi Aldus a prioribus discessionem faciens consentit.

egregia virtute] Ablativus qualitatis est idem, qui verbo *esse* coniungi solet, quod ipsum brevitatis causa omissum est. Inter exempla ab interpretibus collata praecipue apta sunt haec: Taciti Ann. 13, 6: *Burrum et Senecam multarum rerum experientia cognitos*. Cic. Phil. 13, 6: *eumque cognovisse paratissimo animo*. et ipsius Caesaris 5, 6: *quod eum magni animi, magnae inter Gallos auctoritatis cognoverat*. Nam eo loco genitivi ratio prorsus est eadem.

agros] in ea parte terrae Haeduae, quae ad occidentem et ad Bituriges spectabat. Cf. 7, 9 extr.

Cap. 29. §. 1. litteris Graecis confectae] non verbis, sed litteris, quae proprie dicuntur. Sermonis enim Graeci peritos Caesar Helvetios non magis novisse videtur, quam Nervios, quos imperitos fuisse 5, 48 non docet, sed omnibus notum esse ponit, aut ullam aliam Gallorum gentem. Neque, si tabulae illae non solum litteris, sed etiam verbis Graecis confectae fuissent, tam ambigue

Digitized by Google

rem relatae, quibus in tabulis nominatim ratio confecta erat, qui numerus domo exisset eorum, qui arma ferre possent, et item separatim pueri, senes mulieresque.
2 Quarum omnium rerum summa erat capitum Helvetiorum

Cap. 29. §. 1. exisset] *exissent* Leid. A.

id significaturus, sed ita fere dicturus fuisset, ut Suetonius Iul. 81: *tabula aenea — inventa est, conscripta litteris verbisque Graecis, hac sententia.* Nam quod 5, 48 *Graecis conscriptam litteris* epistolam dicit, quae sermone Graeco scripta esset, nullam ibi dubitationem habere potest. Contra 6, 14, quo loco de Druidibus refert magnum eos numerum versuum discipulis ediscendum tradere neque fas esse putare ea litteris mandare, *cum in reliquis fere rebus, publicis privatisque rationibus, Graecis utantur litteris*, litteras haud dubie ut nostro loco intelligi voluit. Quasi sermonem significare statueris, ea quoque, quae litteris mandari nefas erat, discipulos illos statuere debebis, si fas fuisset, Graeco sermone scripturos fuisse. Erant autem versus patrio scilicet sermone facti, et propterea litteris non mandabantur, quo altius memoriae imprimerentur et ne in vulgus emanarent. Iam versus in linguam peregrinam conversos scribens non verendum est ne multum confidere scriptis possit et memoriam ideo remittat, quod ipsum cavere Druidas voluisse Caesar ostendit. Neque altera causa, ne in vulgus efferretur disciplina, talis est, ut de sermone Graeco cogitari possit. Vulgus enim Gallorum quis credat Graecae linguae peritos fuisse, ut, si scripti essent versus Graece, ab omnibus cognosci possent? Post Caesarem nonnulli inter Gallos Graecam linguam discere coeperant iique Massiliae potissimum educati etiam Graece scribebant. De his Strabo l. 4 p. 14 Tz. loquitur: *ὥσθ' ἡ πόλις μικρῷ μὲν πρότερον τοῖς βαρβάροις ἀνεῖτο παιδευτήριον καὶ φιλέλληνας κατεσκεύασε τοὺς Γαλάτας, ὥστε καὶ τὰ συμβόλαια Ἑλληνιστὶ γράφειν.* Iam id, quod Strabo paululum supra suam aetatem fieri coeptum et a Massiliensibus profectum dicit, non potest Caesaris aetate communi omnium usu receptum videri. Itaque hoc Helvetiorum et illo Druidarum exemplo docemur propriam Gallos litteraturam non habuisse, sed Graecis litteris in scribendo usos esse, quemadmodum etiam Latina verba Dionysius Halic. Antiq. 4, 26 in columna a Servio rege posita *γραμμάτων χαρακτῆρας Ἑλληνικῶν* habuisse refert. Ceterum eo, quod *confectae* potius, quam *conscriptae* litteris Graecis tabulae dicuntur, opinio eorum, qui sermonem significatum esse statuunt, non convellitur. Illa promiscue usurpari Oud. exemplis ad Suetonii vitam Lucani collatis docuit.

pueri] scil. perscripti erant; quod secundum praecedentia supplendum est. Eiusdem generis, sed paulo maiore negligentia Cicero nominativum posuit de re pub. 2, 4: *nam e barbaris quidem ipsis nulli erant antea maritumi praeter Etruscos et Poenos, alteri mercandi causa, latrocinandi alteri.* Etiam in fine §. 2 *erant* cogitatione addendum est.

§. 2. Quarum omnium rerum] Cf. ad c. 27 §. 4 adnotata et Horatii Serm. 1. 9, 4: *quid agis, dulcissime rerum?* Qui *res* tabulas interpretantur, ii neque

Digitized by Google

milia CCLXIII., Tulingorum milia XXXVI., Latobrigorum XIIII., Rauracorum XXIII., Boiorum XXXII.: ex his, qui arma ferre possent, ad milia LXXXXII. Summa omnium 3
fuerunt ad milia CCCLXVIII. Eorum, qui domum redie-

§. 2. CCLXIII.] In hoc numero codices tantum non omnes cum Metaphraste et Petrarcha consentiunt, neque in reliquis tanta est varietas, quantam portendere haec Oud. adnotatio videtur: „in MSS. numeri more solito vehementer turbati sunt, cumque ex illis nihil certi eruendum sit, taediosis nugis me teque remorari nolui.“ Tulingis Lov. Lb. Pal. Hamb. Vrat. C. Goth. B. Vind. D. et edd. ante Ven. f. *triginta* milia pro *triginta sex*, Latobrigis Pal. Dr. A. Goth. B. Vrat. C. Vind. CD. cum edd. eisdem *viginti tria* pro *quatuordecim*, Boiis Dr. A. Vind. B. Bong. C. cum Ven. cdef. Ber. *viginti duo* pro *triginta duobus*, Rauracis Vind. CI. *triginta tria* pro *viginti duobus* tribuunt, ut minores discrepantias ultra unum vel duo non multum variantes taceam. In summa eorum, qui arma ferre poterant, longius a vero, sed facili lapsu aberrant Vind. DI. cum Rom. a. XXII pro XCII praebentes. Denique in summa omnium Hamb. *trecenta septuaginta tria*, quinque amplius, quam vulgo, et Goth. A. CCCCLXVIII., integris C. milibus auctius habet, quem numerum vitiosum esse ex summa singulorum apparet. Itaque satis certos numeros habemus eos, qui vulgo leguntur, neque reliquorum circa eos differentia scriptorum movemur, ut alia omnia eos in suis Commentariorum exemplaribus invenisse potius, quam aut ipsos negligentius in referendis numeris versatos, aut alios eosque minus fide dignos auctores secutos esse statuamus. Atque Plutarchus Caes. 18 Helvetiorum omnium τριάκοντα μυριάδας fuisse scribens numerum rotundum posuit. Item Polyaenus Strat. 8. 23, 3, ubi ἡ haud dubie in λ' (μυριάδες) mutandum est. Sed quod de numero virorum Plutarchus tradit, εἴκοσι μυριάδας μιᾶς δεούσας fuisse, Polyaenus εἴκοσι μυριάδας, non magis credibile videtur, quam quod apud Orosium est 6, 7, omnium numerum ad CLVII. milia, caesorum ad XXXXVII. fuisse, aut apud Strabonem, qui l. 4 p. 48 Tz. in eo bello περὶ τεττεράκοντα μυριάδας σωμάτων perisse, superstites fuisse εἰς ὀκτακισχιλίους narrat.

XIIII.] Bong. A. Pet. Gott. Vind. A. Ven. f. Ald. Gr. a. Steph. Turr. non *XIV*. (alii *quatuordecim*.)

ferre possent] *possent portare* Vind. A.

LXXXXII.] Dr. A. Goth. A. non *XCII*. (In Bong. A. Dr. B. Vrat. AB. Vind. F. Hamb. Bonn. et edd. plerisque ante Steph. est *nonaginta duo*. In Vind. A. verba *ad milia LXXXXII. Summa omnium fuerunt* propter homoeoarcton omissa sunt.)

§. 3. domum] Pet. Egm. Duk. Dr. B. Vrat. A. Vind. A. *dedomo* Bong. A. Lov. *in domo* Ox. *domo* reliqui cum ed. inc. Id Oud. in

ipsius nominis mutati neque additi *omnium* rationem idoneam afferunt.

§. 3. fuerunt] De plurali (§. 2 singularis erat) vid. Zumptii gramm. §. 369. Perfectum autem pro imperfecto, quo supra usus est, receptum a perlustrandis tabulis ad renuntiandum id, quod repererat, conversum Caesarem demonstrat.

Digitized by Google

runt, censu habito, ut Caesar imperaverat, repertus est numerus milium c. et x.

30. Bello Helvetiorum confecto totius fere Galliae legati, principes civitatum, ad Caesarem gratulatum con-
2 venerunt: Intellegere sese, tametsi pro veteribus Helvetiorum iniuriis populi Romani ab his poenas bello repetisset, tamen eam rem non minus ex usu terrae Galliae quam populi Romani accidisse; propterea quod eo consilio florentissimis rebus domos suas Helvetii reliquissent, uti toti Galliae bellum inferrent imperioque potirentur lo-

domos mutandum videbatur. Sed *domum*, quod nunc etiam a codicibus firmius est, facilius quam *domos* in *domo* mutari potuit. Sic c. 1 §. 4 *Oceano* et *Oceanum* confundi vidimus.

Cap. 30. §. 2. Intellegere] Bong. A. Voss. A. et a m. pr. Vind. A. non *intellig.*

populi Romani] Ita vel *Po. Romani* Bong. AB. Voss. ABC. And. Ox. Leid. C. Gott. Egm. Dr. B. Vrat. A. In reliquis *Po. Ro.* vel *P. R.* vel similia compendio ambiguo scripta sunt, ex quo nonnulli, ut Vrat. C. et a m. s. Dr. A. et editores Med. a. Aldus et sequentes usque ad Oud. nominativos fecerunt: *populus Romanus.* Sed in gratulatione Caesaris potius, quam populi Romani facinus hoc demonstrandum erat. Neque offensioni esse debet quod duorum genitivorum ex uno nomine pendentium uterque personae est. *Helvetiorum iniuriae* enim ita, ut c. 31 §. 16 *Ariovisti iniuria*, 5, 20 *Cassivellauni*, active, *iniuriae populi Romani* autem passive, ut *Haeduorum* c. 35 et 36, *rei publicae* c. 20 §. 5, dicuntur. Quod singulatim et per se recte dicitur, id quo minus coniunctim dicatur, si nihil ambiguitatis exsistat, quid obstet?

ab his] Bong. A. Dr. AB. Vind. ABCFI. Goth. A. Hamb. Gu. Med. a. et sqq. usque ad P. Manutium, qui *ab iis* fecit, quod deinde obtinuit. In Vrat. C. Goth. B. Pal. Vind. D. Rom. a. utrumque omissum, in Vrat. AB. Bonn. pro eorum more *ab hiis* scriptum est.

repetisset] *reperisset* Oud. 2; perperam.

Cap. 30. §. 1. totius fere Galliae] Celticae, de qua adhuc sermo fuit, cuius pars et Helvetii et Haedui erant. Non aliter §. 2 et 3 et c. 31 §. 3.

legati, principes civitatum,] Gesandte, und zwar die Vornehmsten der einzelnen Staaten. Sunt qui commatis haec distinguenda negent, arctius illi *legati* cum *convenerunt* coniungentes ad modum illorum c. 7 §. 3: *legatos ad eum mittunt nobilissimos civitatis*; cui rationi verba *totius fere Galliae* obstant, quibus cum *legati* coniunctis una pars descriptionis illorum, qui convenerunt, absolvitur ita, ut his, quae sequuntur, verbis *principes civitatum* alteram contineri necesse sit.

§. 2. tametsi — repetisset] Vtuntur hac praefatione, ne arroganter sua causa bellum susceptum existimare videantur.

terrae Galliae] *Galliae* non secus substantivum est h. l., quam c. 53 §. 6: *hominem honestissimum provinciae Galliae. terrae* concinnitatis causa additum videtur, quo similius hoc esset opposito *populi Romani.*

Digitized by Google

cumque domicilio ex magna copia deligerent, quem ex omni Gallia opportunissimum ac fructuosissimum iudicassent, reliquasque civitates stipendiarias haberent. Petierunt, uti sibi concilium totius Galliae in diem certam indicere idque Caesaris voluntate facere liceret: sese habere quasdam res, quas ex communi consensu ab eo petere vellent. Ea re permissa diem concilio constituerunt et iureiurando ne quis enuntiaret, nisi quibus communi consilio mandatum esset, inter se sanxerunt. 31. Eo concilio dimisso idem principes civitatum, qui ante fuerant ad Caesarem, reverterunt petieruntque, uti

3 4

deligerent] *delegerent* Oud. 2; cui correctus in *i* Vind. A. et *delegerint* exhibens Leid. A. patrocinantur.

§. 4. et] *et quod* Hamb.

Cap. 31. §. 1. idem] Bong. AB. Voss. A. Egm. Dr. A. Vind. A. Vrat. A. Ven. cde. Ber. item Goth. A a m. pr. Hamb. Vind. E., in quibus deinde *princeps* est. Reliqui libri scripti atque editi *iidem*. Cf. Zumpt. §. 132.

ex magna copia] quam habituri erant totius Galliae imperio potiti.

§. 3. idque Caesaris voluntate facere] Verbosior oratio conditioni principum istorum accommodata est, quorum plurimum referebat, ut Caesaris voluntatem sibi conciliarent. Et interest aliquid, utrum simpliciter permittas, an voluntate tua fieri patiaris. Hoc enim omnem animi offensionem remotam et approbationem facti coniunctam habet.

ex communi consensu] cuius efficiendi causa concilium habituri erant.

§. 4. et iureiurando — sanxerunt] Hoc loco, si nihil excidit, brevitate obscurus factus est scriptor. Nam hoc, quod iureiurando sanxisse illi dicuntur, ne quis enuntiaret, nisi quibus communi consilio mandatum esset, initio ipsius concilii illius sanxisse videntur, cui diem constituisse modo dicti sunt. Itaque post *et* supplendum est *in eo concilio* vel *eo habito* seu *haberi coepto*. (Cf. adn. crit. ad 2, 32. §. 3.) Item breviter, sed minus obscure illa dicta sunt: *ne quis enuntiaret, nisi quibus* etc. *Enuntiari* enim seu divulgari ea, quae in concilio agitata et decreta forent, omnino nolebant, neque id certis hominibus mandaturi erant, ut *enuntiarent*, sed ut ad Caesarem deferrent, cuius ipsius rei potestas non omnibus, sed iis, qui consensu omnium probati essent, dabatur. Quod si plane demonstratum velis, post *enuntiaret* addas *neve quis ad quemquam deferat*.

Cap. 31. §. 1. Eo concilio dimisso] cui secundum proxima diem constituerunt.

qui ante fuerant ad Caesarem, reverterunt] Ambigua est huius loci distinctio, cum verba *ad Caesarem* etiam cum *reverterunt* coniungi et ad *fuerant* ea, quae ad integram sententiam desunt, subaudiri possint. Sed haec ratio, quam Clarkius iniit, id incommodi habet, quod nescias, utrum *apud Caesarem*, quemadmodum Clarkius, an *ad Caesarem missi*, an simpliciter *legati*, subaudias; et quae possunt sine

sibi secreto in occulto de sua omniumque salute cum eo
2 agere liceret. Ea re impetrata sese omnes flentes Caesari ad pedes proiecerunt: Non minus se id contendere et laborare, ne ea, quae dixissent, enuntiarentur, quam uti ea, quae vellent, impetrarent; propterea quod, si enuntiatum esset, summum in cruciatum se venturos vi-
3 derent. Locutus est pro his Divitiacus Haeduus: Galliae totius factiones esse duas: harum alterius principa-
4 tum tenere Haeduos, alterius Arvernos. Hi cum tantopere de potentatu inter se multos annos contenderent, factum esse, uti ab Arvernis Sequanisque Germani mer-
5 cede arcesserentur. Horum primo circiter milia xv. Rhenum transisse: posteaquam agros et cultum et copias Gallorum homines feri ac barbari adamassent, traductos plures: nunc esse in Gallia ad c. et xx. milium
6 numerum. Cum his Haeduos eorumque clientes semel atque iterum armis contendisse; magnam calamitatem pulsos accepisse, omnem nobilitatem, omnem senatum,

secreto in occulto] *secro in occulto* Bong. A. *secreto et occulto* Med. a. Ven. bodef. Ber. Gr. a. Turr. *secr. et in occ.* Ald. a. Vasc. Steph. Gr. b. *secreto* codex Hotomanni et Hotomanno teste Faërni liber et Vrsini, Vind. BD. Rom. ab. Ven. a. Lips. Scal. Dav. Cl. In Dr. A. verba *et occulto* in margine, sed a m. pr. scripta sunt. Videntur genuina et ad magnitudinem cautionis, qua isti utebantur, apposita. *secreto* ad arbitros et testes removendos, *in occulto* ad locum abditum in interiore aedium vel tentorii parte, vel ad auditum illud, hoc ad visum pertinet.

§. 5. traductos] *transductos* Ald. nep. et seqq., etiam Oud.

ellipsi intelligi, ea verius videtur sic intelligere. Itaque Davisii rationem secutus sum, qui praeterea aptissime Ciceronis locum contulit Att. 10, 16: *Commodum ad te dederam litteras de pluribus rebus, cum ad me bene mane Dionysius fuit*, h. e. venit. Nam minus subtiliter nonnulli *ad* in hac dictione pro *apud* positum existimant.

§. 2. id contendere] Cf. 4, 17: *id sibi contendendum — existimabant*. Sine pronomine 7, 63: *contendunt, ut ipsis summa imperii tradatur*.

venturos] Cf. 5, 49: *ut in summam contemptionem hostibus veniat*.

§. 4. tantopere de potentatu] *Potentatus* h. e. totius Galliae principatus est, quem Arvernos superiori aetate tenuisse Caesar 7, 4 ostendit, cum antiquitus, ut 6, 12 tradit, summa auctoritas apud Haeduos esset, quos postea coniuncti cum Sequanis Arverni Germanorum auxilio eo loco deiecerant. Quod autem *tantopere* eos de potentatu contendisse dicit, ad proxima de utrorumque dignitate et copiis significata spectare videtur: cum principes totius Galliae civitates essent, magnam eorum et insignem contentionem esse necesse erat.

§. 6. semel atque iterum] *proeliis compluribus factis* 6, 12.

Digitized by Google

omnem equitatum amisisse. Quibus proeliis calamita- 7
tibusque fractos, qui et sua virtute et populi Romani hospitio atque amicitia plurimum ante in Gallia potuissent, coactos esse Sequanis obsides dare, nobilissimos civitatis, et iureiurando civitatem obstringere, sese neque obsides repetituros neque auxilium a populo Romano implorature neque recusaturos, quo minus perpetuo sub illorum ditione atque imperio essent. Vnum se esse ex omni 8
civitate Haeduorum, qui adduci non potuerit, ut iuraret aut liberos suos obsides daret. Ob eam rem se ex civi- 9
tate profugisse et Romam ad senatum venisse auxilium postulatum, quod solus neque iureiurando neque obsidibus teneretur. Sed peius victoribus Sequanis, quam 10
Haeduis victis accidisse; propterea quod Ariovistus, rex Germanorum, in eorum finibus consedisset tertiamque partem agri Sequani, qui esset optimus totius Galliae, occupavisset et nunc de altera parte tertia Sequanos decedere iuberet, propterea quod paucis mensibus ante Harudum milia hominum XXIIII. ad eum venissent, quibus

§. 8. liberos suos] *ex liberis suis* Vind. D. Rom. a. non male. *suos liberos* Dr. B. Med. a. et reliquae excepta Steph. usque ad Oud., qui cum lectore non monito *liberos* praeposuisset, Morus et recentiores quidam codicibus id datum nescientes priorem ordinem restituerunt, qui per se quoque deterior est.

§. 10. XXIIII.] Bong. A. Voss. A. Gott. Dr. AB. Vind. AF. Med. a. *viginti quatuor* Vrat. AC. Goth. B. Hamb. Vind. D. edd. rell. ante Ald. nep. (*quatt.* Goth. B. et edd. ante Ald.) *XXIV* Ald. nep. et sqq. uti solent. *XXIX* Vrat. B. Bonn. inc.

§. 7. populi Romani hospitio] Hospitium inter civitates eandem vim, quam inter privatos habuisse videtur, ut publice exciperentur qui ex altera in alteram venissent, et ut amicitia inter utramque esset. Tale fuerit illud, quod 6, 5 Ambiorigi, regi Eburonum, cum Menapiis, item quod 7, 75 Commio Atrebati cum Bellovacis fuisse dicitur.

nobilissimos civitatis] *principum filios* 6, 12.

iureiurando civitatem obstringere] *publice iurare nihil se contra Sequanos consilii inituros* 6, 12. Etiam partem agri Haeduis ademptam Sequanis cessisse ibi traditur.

§. 9. auxilium postulatum] *Qua necessitate adductus Diviciacus auxilii petendi causa Romam ad senatum profectus infecta re redierat* 6, 12.

§. 10. peius — accidisse] Schlimmeres sey — wiederfahren. Qui *peius* h. l. pro adverbio habent, contra usum scriptoris facere videntur.

Harudum] Genitivus non tamquam adiectivi cum *hominum* coniungendus, sed ex eo nomine pendere statuendus est et significat idem, quod *ex Harudibus*.

Digitized by Google

11 locus ac sedes pararentur. Futurum esse paucis annis uti omnes ex Galliae finibus pellerentur, atque omnes Germani Rhenum transirent: neque enim conferendum esse Gallicum cum Germanorum agro, neque hanc con-
12 suetudinem victus cum illa comparandam. Ariovistum autem, ut semel Gallorum copias proelio vicerit, quod proelium factum sit ad Magetobriam, superbe et crudeliter imperare, obsides nobilissimi cuiusque liberos poscere et in eos omnia exempla cruciatusque edere, si qua

§. 12. ad Magetobriam] Vind. A., quam scripturam et usus loquendi commendat (cf. Civ. 3, 79: *de proelio ad Dyrrhachium facto.* ib. 53: *uno die sex proeliis factis, tribus ad Dyrrhachium, tribus ad munitiones.* ib. 1, 38: *bellum ad Ilerdam gerere.*) et confirmat fragmentum urnae per aestatem anni 1802 ex Arare exsiccato erutum, cui inscriptum est MAGETOB. Cf. *Oberlini* adnotatio ad h. l. et in Mantissa obs. et Vkerti Gallia p. 502 sq., qui tamen dubitat, utrum *Magetobriam* an *Admagetobriam* appellatam statuat. Reliqui enim codices et omnes edd. nomen non in *am*, sed in *ae* vel *e* terminatum, et multi *ad* non ut vocabulum, sed ut syllabam cum *mag.* coniunctam exhibent, quos secutus Oud. *Admagetobriae* pro *Amagetobriae*, quod ante eum per Aldum vulgatum erat (*Amagetrobriae* Lov.) edidit. Quae scriptura ut ferri possit, tamen, cum proelium illud haud dubie non in ipso vico vel oppido factum esset, si *Admagetobria* nomen erat, potius *prope Admagetobriam* vel *in agro Admagetobriensi* vel simile ad ambiguitatem evitandam poni debebat. Aliis *ad Magetobriae* placebat et *aedem* supplendum videbatur, quasi vulgo Romae notum Magetobriae nomen aut ab aedibus sacris proeliorum nomina petere usitatum fuisset. In Bong. AB. *admagetobrige* (non *Admog.*), in Vind. D. Bong. a. *ad magriobrie*, in Flor. Ven. f. *ad Magetrobiae* scriptum est; quorum primum, etsi a codicibus et a Celtico vocabulo *briga*, urbs, (cf. Cellar. Geogr. T. 1 p. 57) aliquam commendationem habet, propter terminationem in *e* posthabendum, secundo et tertio non plus, quam reliquae codicum et antiquarum edd. discrepantiae, quae varia et multiplex est, tribuendum videtur.

pararentur] Coniunctivus nihil nisi orationem, quam obliquam dicunt, significat.

§. 11. omnes — pellerentur] non Sequani, sed Galli. Id sequentia docent.

hanc consuetudinem victus] Gallorum; qui etiam in praecedentibus priorem locum tenent et ut prius nominati propiores loquenti sunt. *Comparandum* autem, ut *conferendum*, *esse* negatur h. l. id, quod praestantius est. Alibi deterius comparari non posse dicitur, ut in Hirtii praefatione l. 8: *quod me iudicio cuiusquam existimem posse cum Caesare comparari.* Ambigue Caelius ad Cic. Fam. 8, 14 *exercitum conferendum non esse* scribit.

§. 12. exempla cruciatusque edere] Donatus ad Terent. Eun. 5, 7, 21, quo loco *uterque in te exempla edent* legitur, *nova*, inquit, *ac mira tormenta, quae pro exemplis narrentur, aut quae documenta sint ceteris*, ne

Digitized by Google

res non ad nutum aut ad voluntatem eius facta sit. Hominem esse barbarum, iracundum, temerarium: non 13
posse eius imperia diutius sustinere. Nisi quid in 14
Caesare populoque Romano sit auxilii, omnibus Gallis idem esse faciendum, quod Helvetii fecerint, ut domo

§. 13. sustinere] Bong. AB. Lov. Pal. Gott. Egm., quattuor alii Oud., item Leid. A a m. s. et pro v. l. Voss. A., Reg. N. Hav. A. Dr. A. Vrat. ABC. Vind. ABE. Goth. B. Hamb. Gu. Bonn. Rom. a. inc. (*subsinere* Vrat. C. Hamb. Vind. E.); *sustineri* reliqui (*subst.* Dr. B. Vind. FI.) et reliquae, etiam Oud., qui tamen *se* post *posse* subintelligi posse perspexerat. Cf. c. 7 §. 3: *rogare*, infra §. 15: *non dubitare*, ubi item *se* idque numero plurali, ut hic, subaudiendum est. Etiam *Baumstarkius* et *Apitzius sustinere* praetulerunt.

§. 14. Nisi] Additum huic ab Oud. *si* ex Bong. AB. Pet. Voss. A. Lov. Gott. Egm. et tribus vel quattuor aliis, quod etiam meorum plerique et Rom. a. inc. agnoscunt, quamquam alibi Caesar *nisi si* posuisse non videtur, tamen, cum apud Ciceronem et Terentium exempla etiam non praegressa negatione exstent, de quibus cf. Ramshornii gramm. p. 875 sq., et cum Caesar 6, 18 *nisi cum* eadem ratione dicat, ut *nisi* adverbii loco habeatur, mihi quoque genuinum visum esset, nisi in Bong. A. Plüschkius id a m. s. additum, in Bong. B. Fabricianum exemplar deletum esse docuisset. Quorum codicum auctoritate subtracta reliquis aestimatis, cum Vind. A. Dr. B. de meis et edd. duabus illis exceptis omnes *si* omittant, recipere dubitavi, idque eo magis, quod Livius 31, 5 non sine imitatione Caesaris, cuius multa apud eum sunt vestigia, haec scripsisse videbatur: *et Atheniensium nova legatio venit, quae regem appropinquare finibus suis nuntiaret, brevique non agros modo, sed urbem etiam in ditione eius futuram, nisi quid in Romanis auxilii foret.*

faciendum] *faciundum* Leid. B. Oud. Cf. adnot. crit. ad c. 13 §. 1.

delinquant, *exempla dicuntur*. Ib. 4, 26 *futura in aliquem exempla* et *fieri in aliquem* dicuntur. Cf. Ruhnken. ad eum locum et Salmasius de lingua Hellenistica ep. dedic. p. 43. Etiam Tacitus Ann. 12, 20 *meritum novissima exempla Mithridaten* dicit. Caesar autem, quo certius de significatione nominis constaret, addidit *cruciatusque*, ut supra §. 10 ad definiendum *locum* adiunxit *ac sedes*, et multis locis similia, quae neque ad pleonasmum neque ad hendiadyn, sed ad epexegesin referenda sunt. Et quod exempla cruciatusque *edi in aliquem* dicuntur, velut depromi ex poenarum tormentorumque thesauro et infligi in eum, qui punitur, cogitanda sunt, quasi Germanice dicas Strafen gegen einen hervorholen und an ihm aufstellen.

aut ad voluntatem] *Nutus* est significatio voluntatis, *voluntas* etiam tacita esse potest. Itaque hoc gravius illo.

§. 13. barbarum] rudem et imperitum vitae humanioris.

temerarium] stultum et imprudentem. Cf. 6, 20: *quod saepe homines temerarios atque imperitos falsis rumoribus terreri et ad facinus impelli et de summis rebus consilium capere cognitum est.*

Digitized by Google

emigrent, aliud domicilium, alias sedes, remotas a Germania, petant fortunamque, quaecunque accidat, expe-
15 riantur. Haec si enuntiata Ariovisto sint, non dubitare, quin de omnibus obsidibus, qui apud eum sint, gra-
16 vissimum supplicium sumat. Caesarem vel auctoritate sua atque exercitus, vel recenti victoria, vel nomine populi Romani deterrere posse, ne maior multitudo Germanorum Rhenum traducatur, Galliamque omnem ab Ariovisti iniuria posse defendere. 32. Hac oratione ab Divitiaco habita omnes, qui aderant, magno fletu auxilium a
2 Caesare petere coeperunt. Animadvertit Caesar unos ex omnibus Sequanos nihil earum rerum facere, quas ceteri facerent, sed tristes capite demisso terram intueri. Eius
3 rei quae causa esset, miratus ex ipsis quaesiit. Nihil Sequani respondere, sed in eadem tristitia taciti permanere.

§. 16. traducatur] *transducatur* edd. eaedem, quae §. 5 *transductos*, quarum auctoritatem *Oberlinus* non debebat propter Schotti adnotationem ad Aurelium Vict. de vir. ill. c. 11 sequi. Schottus ibi *transnavit* tuetur, fortasse recte; sed quod nostrum locum adhibet *trans* a librariis mutatum esse probaturus, nihil efficit, nisi bonis eum codicibus Caesaris usum esse demonstratum fuerit.

Cap. 32. §. 1. ab Divitiaco] om. Vind. A. non male. *a Div.* Dr. B. Vrat. C. Goth. B. Hamb. Vind. D. et edd. ante Oud. omnes, excepta inc.

§. 2. unos] *unus* codices plurimi in eisque Bong. AB. Pet. Lov. Voss. A. Dr. A. Vrat. A. Vind. AB. et inc. Bas. a. *unum* Bong. C. Dr. B. Vind. CEFI., quorum Dr. B. Vind. CEF. deinde *Sequanis* pro *Sequanos* et cum Bong. C. Vind. I. *tristem* (*tristis* Vind. E. Med. a.) pro *tristes* exhibent, quasi unus tantum ex Sequanis tristis tacuisset; id quod etiam probabilius videbatur Hotomanno, unum et alterum perfugam ex Sequanis adfuisse, non publice miseos legatos ab his, qui bella cum Haeduis gessissent eorumque hostes fuissent acerrimi. Sed recte monet Davisius illo tempore statum rerum valde mutatum fuisse, Sequanis victoribus peius accidisse, quam Haeduis victis, atque secundum c. 35 illos, si per Ariovistum licuisset, obsides his reddituros fuisse. Librariis autem *unos* in *unus* mutare valde proclive erat, praesertim cum pluralis illis insolentior esset; quamquam 4, 7 *sese unis Suevis concedere* recte tantum non omnes scripserunt. Neque prorsus destitutus est h. l. auctoritate: praeter editiones Vind. D. *unos* habet, nec aliter legit Petrarcha Hist. 5, 3: *soli Sequani moesto silentio defixos in terram oculos servabant.*

quae causa] *caussa quae* Oud., cuius errorem notavit Elberlingius.

§. 3. permanere] *permansere* Bong. ABC. Voss. A corr. Leid. AB. Dr. B. Vind. AF. quod si verum est, *respondere* pro tertia persona haberi debet, quam codex Hamb. saepius illa terminatione praeditam exhibet. Sed Caesar omnino raro ea usus videtur, et h. l. etiam propter ambiguitatem minus est probanda. Itaque cum

Digitized by Google

Cum ab his saepius quaereret neque ullam omnino vocem exprimere posset, idem Divitiacus Haeduus respondit: Hoc esse miseriorem et graviorem fortunam Sequanorum, 4 quam reliquorum, quod soli ne in occulto quidem queri neque auxilium implorare auderent absentisque Ariovisti crudelitatem, velut si coram adesset, horrerent; pro- 5 pterea quod reliquis tamen fugae facultas daretur, Sequanis vero, qui intra fines suos Ariovistum recepissent, quorum oppida omnia in potestate eius essent, omnes cru-

Dr. A. et reliquis infinitivum historicum tenui. Cf. c. 16 §. 1 et 3.

ab his] Bong. A. Dr. AB. Vind. ABFI. Gu. Carr. Ven. c. et sqq. usque ad P. Man.; qui *ab iis* scripsit, quod deinde obtinuit. *ab his* Vrat. ABC. Bonn. *ab ipsis* Hamb.

§. 4. et graviorem] *gravioremque* Duk. Vind. CF. Dr. B. et teste Vrsino veteres libri Faërni, Scal. et sqq., etiam Oud. *graviorem* Voss. B. In Reg. N. Vrat. C. Goth. B. Vind. E. et edd. ante Ven. f. *et graviorem* post *fortunam* posita sunt. Nescio, quid Oud. adduxerit, ut *gravioremque* ex parum cognitis Faërni codicibus a Scaligero receptum teneret. Cf. 3, 8: *ut sunt Gallorum subita et repentina consilia.* Civ. 2, 1: *longam et difficilem habet oppugnationem.* ib. 3, 47: *erat nova et inusitata belli ratio.*

quam reliquorum] *prae rel.* Ox. Oud. 2. Per se satis id probabile, et cum *prae* et *quam* siglis exarata non nimis diversa sint specie, hoc ex illo ortum videri potest. Sed uni illi libro non tantum tribuendum est.

§. 5. tamen] *tantum* Bong. AB. Leid. A. S. Voss. B. cod. Brant. Dr. AB. Vind. A. Ald. Gr. ab. Turr., quod ex compendiorum *tm̄* (*tantum*) et *tn̄* (*tamen*) confusione originem ducit. *tamen*, quod elliptice dictum Germanico wenigstens respondet, aptissimum, *tantum* sententiae contrarium est, nec multo minus improbandum *tuta* videtur, quod in Carr. et Duk. repertum Oud. sibi prae ceteris arridere demonstrat. Facultas necessario tuta est, si facultas est, et insolens dictio videtur, etiam si pro tutae fugae facultate accipiatur. In Voss. A. Vind. I. *tanta* legitur, idque ex *tantum* ortum *tuta* procreaverit. Solet enim Vind. I. cum Carr. et Duk. consentire. Ceterum cf. Ferrarius ad Cic. Phil. 2, 46 p. 647 Wernsd., quem Brantius et Oud. falso narrant *tantum* h. l. probasse.

Cap. 32. §. 3. vocem exprimere] Sic Cicero Att. 2, 21 de Caesare consule concionante: *multa seditiose cum diceret, vocem exprimere non potuit.* Significatur magnus et irritus conatus: Er konnte keinen Laut aus ihnen herausbringen.

§. 4. absentisque — horrerent] Haec igitur causa erat silentii, non doloris magnitudo, quam Victorius Var. Lect. 1, 5 loco Demosthenis ex or. Midiana allato monstrabat. Quamquam enim ipsa praesentia crimini eis verti ab Ariovisto poterat, maius tamen crimen erat, si verba fecissent et de Ariovisto questi essent.

§. 5. quorum oppida — essent] Copulae praetermissio alia cogi-

Digitized by Google

ciatus essent perferendi. 33. His rebus cognitis Caesar Gallorum animos verbis confirmavit pollicitusque est sibi eam rem curae futuram: magnam se habere spem et beneficio suo et auctoritate adductum Ariovistum finem
2 iniuriis facturum. Hac oratione habita concilium dimisit. Et secundum ea multae res eum hortabantur, quare sibi eam rem cogitandam et suscipiendam putaret; inprimis, quod Haeduos, fratres consanguineosque saepenumero a senatu appellatos, in servitute atque in ditione videbat Germanorum teneri, eorumque obsides esse apud Ariovistum ac Sequanos intellegebat; quod in tanto imperio populi Romani turpissimum sibi et rei publicae esse
3 arbitrabatur. Paulatim autem Germanos consuescere

Cap. 33. §. 2. a senatu] Hanc ab Oud. tacite receptam scripturam Bong. ABC. Voss. A. Pal. Gott. Egm. et plerique meorum tuentur; *ab senatu*, quod in prioribus edd. legitur, tantum in Vrat. C. et Hamb. inveni.

intellegebat] Bong. A. Vind. A. non *intellig.*

§. 3. Paulatim] *Paullatim* Ald. nep. et sqq., ut solent.

tanda relinquit, quae ob receptum intra fines suos Ariovistum Sequanis acciderant magisque eos, quam reliquos, obnoxios crudelitati eius reddebant, velut quod in ipsorum domibus et circulis atque coetibus versabantur Germani, quod eos perpetuo observabant et quasi in custodia tenebant. Adiecta vero copula descriptio finitur, ut c. 28 §. 4: *quosque — receperunt.*

Cap. 33. §. 1. beneficio suo] *quod in consulatu suo rex atque amicus a senatu appellatus esset*, quod Caesar c. 35 §. 2 ipsi exprobrat.

§. 2. secundum ea] Hoc proprie dictum est et significat inter eas res, quae Caesarem hortarentur, orationem illam Divitiaci primum locum tenuisse, eamque alias res eodem pertinentes *secutas esse*, quarum consideratio ad illam accederet eiusque considerationem *sequeretur*. Erat autem harum rerum, quas deinceps exponit, ratio et natura cum illa coniuncta; atque hanc convenientiam, qua par est ut alterum priori succedat, proprie indicat *secundum*.

quare] h. e. *ut propterea*. Requiritur enim significatio eius, ad quod illae res Caesarem hortarentur, eaque datur ita, ut demonstretur, quid illarum hortatione effectum sit. Similiter 5, 31: *omnia excogitantur, quare nec sine periculo maneatur, et languore militum et vigiliis periculum augeatur*. quibus verbis perversitas consiliorum item ex effectu declaratur: omnia, quae talia sunt, ut per ea neque mansio tutior et periculum maius fiat, excogitantur.

fratres consanguineosque] Apte adhibitus ad hoc illustrandum a *Sincero* est Lucani locus Phars. 1, 428, ubi Arverni dicuntur *ausi Latio se fingere fratres Sanguine ab Iliaco populi*. Quod Arverni fingebant, id Haeduis tribuerant Romani.

in ditione] Separandum hoc a *servitute* et cum *Germanorum* iungendum. Haec erat servitus,

Digitized by Google

Rhenum transire, et in Galliam magnam eorum multitudinem venire populo Romano periculosum videbat; ne- 4
que sibi homines feros ac barbaros temperaturos existimabat, quin, cum omnem Galliam occupavissent, ut ante Cimbri Teutonique fecissent, in provinciam exirent atque inde in Italiam contenderent, praesertim cum Sequanos a provincia nostra Rhodanus divideret; quibus rebus quam maturrime occurrendum putabat. Ipse autem 5
Ariovistus tantos sibi spiritus, tantam arrogantiam

§. 4. temperaturos] Vind. D. Rom. a. Med. a. Ven. bcde. Steph. Lips. et sqq. *obtemperaturos* edd. reliquae cum reliquis codd. (*optemp.* Bong. A.) etiam Stephanico Hotomanni, quod ferri non potest. Nam quibus locis nonnulli usi sunt, ut *obtemperare* idem, quod *temperare* significare ostenderent, hi et ipsi corrupti sunt et ad Caesaris usum nihil efficiunt; qui cum alibi *obtemperare* dicat *obedire*, h. l. si *obtemperaturos* scripsisset, fieri non potuisset, quin sibi, Caesari, Germanos non parituros dixisse videretur, cum ipsos iussisset intra Galliae fines se continere; quod ineptum erat. Nam obsequium Caesar a Germanis neque exspectare neque postulare poterat. Itaque *temperaturos*, sive ex antiquo codice aliquo in editiones illas receptum, sive ex coniectura positum sit, pro vero habendum est. Ad dictionem cf. c. 7 §. 4 et, quod simillimum huic est, Planci ad Cic. Fam. 10, 7: *sed usque mihi temperavi, dum perducerem eo rem, ut dignum aliquid et consulatu meo et vestra exspectatione efficerem.*

occupavissent] Vulgo *occupassent*, quod secundum Bong. AB. Pet. Voss. A. Lov. Egm. et plerosque Oud., item Dr. A. Vrat. BC. (in A. est *occupavisset*) Vind. ABE. Goth. B. Bonn. Gu. et Steph. mutandum fuit.

quod in ditione Germanorum tenebantur. Itaque non sine ratione *in* iteratur.

§. 4. ut ante Cimbri Teutonique fecissent] qui et ipsi omni Gallia occupata in provinciam exierant atque inde in Italiam contenderant. Nam ad antecedentia pariter atque ad sequentia haec verba spectant. De Cimbrorum et Teutonum incursionibus Galliae Caesar 2, 4 et 29 conferendus est, quorum locorum prior docet Belgarum fines intrare eos non potuisse, *omnem* igitur, quae h. l. dicitur, Galliam non latissima, qua c. 1 §. 1, sed media inter illam et angustiorem, quae c. 30 obtinet, significatione dici. Aquitaniam enim teste Epit. Liv. 67 occupaverant Cimbri.

praesertim cum Sequanos — divideret] In Sequanis iam consederant Germani. Hinc transitus in provinciam facilis per Rhodanum, qui secundum c. 6 vadis transiri poterat. Quod si ab ea parte, quam occupaverant Germani, mons Iura aut Alpes obstitissent, minus periculi fuisset.

quibus rebus] Pluralis periculum non simplex, sed multiplex fuisse demonstrat.

§. 5. Ipse autem Ariovistus] de cuius imperio subiectis adhuc sermo fuit, quibus nunc *ipse* opponitur.

tantos sibi spiritus — sumpserat] Cf. 2, 4: *qua ex re fieri, uti earum rerum memoria magnam sibi auctoritatem magnosque spiritus in re militari sume-*

Digitized by Google

sumpserat, ut ferendus non videretur. 34. Quamobrem placuit ei, ut ad Ariovistum legatos mitteret, qui ab eo postularent, uti aliquem locum medium utriusque conloquio diceret: velle sese de re publica et summis

Cap. 34. §. 1. legatos] *legatum* Pal. et, qui deinde *postularet*, Goth. B. om. Gott. Voss. C. Vrat. B a m. pr. Bonn. Gu. inc. probante cum aliis Franc. Fabricio ad Cic. Verr. Act. 1 c. 8 et ex trium, ut ait, librorum MStorum auctoritate *legatos* repudiante. Cuius generis Fabricii codices illi fuerint, ex nostris colligere licet; nec non per se praestare vulgata lectio videtur. *mittere qui postulent* ita dicitur, ut postulati tantum ratio habeatur, personis nihil momenti tribuatur et perinde esse significetur, utrum servi sint, an liberi, et cuius loci aut dignitatis; id quod ab hac re alienum esse apparet. Magis probabilis per se est verborum *qui ab eo postularent* praetermissio, quae in Rom. a. Med. a. Ven. bcde. omissa sunt.

conloquio] Bong. A. Voss. A. Vind. A. non *coll.*

diceret] And. Ox. *diligeret* MSS. multi, ut ait Oud., Vrat. C. Goth. B a m. pr. Bonn. *deligeret* Bong. A. et reliqui mei (*dellig.* Hamb.) cum edd. ante Oud., qui Gronovio in adnot. ad verba Liv. 25, 16 (*locum se consciis dixisse a conspectu amotum*) *diceret* ex And. recipienti non sine ratione assensus est. Nam postulatio Caesaris non ad delectum loci faciendum pertinebat, quasi multum retulisset, hic, an ille deligeretur, sed id postulabat, ut in colloquium veniret, quod quo facilius impetraret, locum ipsi deligendum quidem relinquebat, sed non postulabat, ut deligeret, verum ut constitueret locum, quem delegisset. Itaque dicit *aliquem* locum, indefinite, cui ipsi *dicere*, h. l. definire, bestimmen, aus geben, maxime convenit.

de re publica] Vulgo *de republica* scribunt, quae coniunctio cum omnino ratione destituta, tum ibi improbanda est, ubi non de civitate, sed de re singulari ad civitatem pertinente agitur, ut h. l. et 6, 20: *de re publica nisi per concilium loqui non conceditur.*

rent. Vt Germanice dicitur einen hohen Ton annehmen, ita Latine einen starken Athem. Etiam singulari utitur Caesar Civ. 3, 72: *tantum fiduciae ac spiritus Pompeianis accessit.* Pluralem sine epitheto posuit Livius 4, 54: *cum spiritus plebes sumpsisset.*

Cap. 34. §. 1. placuit ei, ut — mitteret] Cf. 7, 37: *placuit, uti Litavicus decem illis milibus — praeficeretur.* Ratio coniunctionis *ut* eadem est, quae post verba censendi et statuendi: hoc insolentius, quod verbi *mitteret* subiectum idem illud est, quod iam pronomine *ei* significatum fuit. Sed simili modo D. Brutus loco a *Lipperto* adhibito apud Cic. Fam. 11, 1: *cum in his angustiis versarer, placitum est mihi, ut postularem legationem liberam mihi reliquisque nostris.*

locum medium utriusque] Vt 4, 19 locus medius dicitur *regionum earum, quas Suevi obtinerent*, et 6, 13 *regio totius Galliae media*, et Liv. 28, 6 *duas arces urbs habet, unam imminentem mari, altera urbis media est*, ita hic locus *utriusque* medius is est, qui inter utrumque in medio iacet ita, ut eius quasi medietas ex utroque pendeat, hinc

Digitized by Google

utriusque rebus cum eo agere. Ei legationi Ariovistus 2
respondit: Si quid ipsi a Caesare opus esset, sese ad
eum venturum fuisse: si quid ille se velit, illum ad se ve-
nire oportere. Praeterea se neque sine exercitu in eas 3
partes Galliae venire audere, quas Caesar possideret,
neque exercitum sine magno commeatu atque emolimento
in unum locum contrahere posse; sibi autem mirum vi- 4
deri, quid in sua Gallia, quam bello vicisset, aut Cae-
sari, aut omnino populo Romano negotii esset. 35. His

emolimento] Voss. C. Vind. A cum *v* a m. s. super *i* posito et ed. Flor. et Ven. f. *molimento* reponebat Faërnus ex manu scripti libri auctoritate, ut tradit Vrsinus, reposuitque Lipsius et recentiorum unus et alter. *emulomento* Bong. A., cuius in marg. a m. s. scriptum est *legendum molimento*. Reliqui codd. et edd. ante Oud. *emolumento* habent, (*impendio seu detrimento* Vasc. in marg., ut tradit Brantius,) quod ab h. l. alienissimum est. Nec admodum placet *emolimento*, quod Oud. dedit, quo exercitus velut machinis ex locis suis operose tollendus et emoliendus significatur. Nusquam enim certa eius vocabuli sedes in illius aetatis monumentis invenitur, et minus aptum id ad *magno*, quam simplex *molimento* videtur, quod ipsum rem satis graviter describit et aliquoties apud Livium (5, 22. 37, 14 et 15) legitur. Quodsi de Faërni codice certius constaret, *molimento* recepissem.

Caesare, illinc Ariovisto suum tenente locum. Quamquam non id, quod prorsus aequaliter distat, hic designatum videtur.

§. 2. si quid ille se velit] Cf. Terent. Phorm. 1, 2, 101: *numquid, Geta, aliud me vis?* Formula sermoni cotidiano et comoediae propria et ob id ipsum Ariovisti moribus et ingenio egregie accommodata ex duabus, ut videtur, locutionibus conflata est, quarum in altera accusativus personae ex verbo *convenire* seu *colloqui* pendebat, quo brevitatis causa omisso fiebat, ut accusativus uterque ex verbo *velle* pendere videretur, et propria formulae significatione mutata *aliquid aliquem velle* iam non de aliqua re loqui cum aliquo velle, sed aliquid ab aliquo velle diceretur. Id nostro loco oppositorum ratio demonstrat. — De tempore praesente post imperfectum cf. adn. crit. ad c. 17 §. 2.

§. 3. Praeterea etc.] Postquam Ariovistus iniquum esse docuit, quod a Caesare ad colloquium in aliquem locum medium utriusque invitetur, quia ad se venire oporteat qui aliquid se velit, alias res obstare duas demonstrat. Nam cum locus ille medius aut in ea parte futurus esset, quam Caesar possideret, aut in ea, quam teneret Ariovistus, neutrum sibi placere ostendit: non illum, quod eo si se conferret, cum exercitu sibi veniendum esset, quem contrahere sibi molestum sit; non hunc, quia in sua Gallia nec Caesari nec populo Romano quicquam negotii sit. Itaque colloquium omnino respuit.

sine magno commeatu] h. e. sine magna commeatus copia. Similiter Sallustio Ing. 75, 8 commeatus spe *amplior* dicitur.

Digitized by Google

responsis ad Caesarem relatis iterum ad eum Caesar le-
2 gatos cum his mandatis mittit: Quoniam tanto suo po-
pulique Romani beneficio affectus, cum in consulatu suo
rex atque amicus a senatu appellatus esset, hanc sibi po-
puloque Romano gratiam referret, ut in conloquium ve-
nire invitatus gravaretur neque de communi re dicendum
sibi et cognoscendum putaret, haec esse quae ab eo po-
3 stularet: primum, ne quam multitudinem hominum
amplius trans Rhenum in Galliam traduceret; deinde
obsides, quos haberet ab Haeduis, redderet Sequanisque
permitteret, ut quos illi haberent, voluntate eius reddere
illis liceret; neve Haeduos iniuria lacesseret, neve his
4 sociisque eorum bellum inferret. Si id ita fecisset, sibi
populoque Romano perpetuam gratiam atque amicitiam
cum eo futuram: si non impetraret, sese, quoniam M.

Cap. 35. §. 1. relatis] Dr. A. Vind. B. Ald. et sqq. In reliquis codd. *legatis*, *delegatis*, *redeuntibus legatis*, *legatis redeuntibus* est, quorum primum, quod optimi libri et Ven. f. exhibent, errore non ita gravi illatum, secundum in Vrat. B. Bonn. Gott. Voss. C. uno Leid. Gu. a m. s. et inc. repertum pariter atque tertium et quartum, quod reliquorum codicum partem maiorem et edd. reliquas ante Ald. invasit, ex irrito corrigendi conatu originem ducit. Oud. coniiciebat *delatis*, quod probabile esset, si optimi *delegatis* haberent: nunc *relatis* tutum videtur.

§. 2. conloquium] Bong. A. Goth. B. non *coll.* (*colo.* Bonn.)

dicendum sibi et cognoscendum] Tria postrema in And. Ox. et a Metaphraste omissa sunt, cuius rei causa in homoeoteleuto quaerenda. Certe non dicendum tantum, sed etiam cognoscendum seu audiendum de re communi fuisset Ariovisto, idque magis etiam.

§. 3. multitudinem hominum] *hom. mult.* Goth. B. Oud. 1. sine adnotatione et haud dubie per errorem.

traduceret] *transd.* Bonn. Vrat. C. Goth. B. Ald. nep. et sqq.

sociisque] *sociisve* ex Faërni coniectura, ut videtur, (nam Vrsinus ita legere Faërnum ostendens nullam codicis mentionem facit) Scal. et sqq. cum Oud., qui, dum „MSS. et Edd. qdd.“ *sociisque* exhibere dicit, MSS. omnes et edd. ante Scal. omnes dicere, certe debuisse dicere videtur. *que*, quod in omnibus meis inveni, proprie dictum haberi potest, cum bellum, quod Haeduis inferretur, necessario ad socios eorum pertineret. Ceterum cf. *Walchius* Emend. Liv. p. 53 sq., quem citavit *Kreyssigius*, et adnot. ad c. 36 §. 5.

§. 4. Si id ita fecisset] Pro *id* in Vind. C. *his* legitur, et *ita* a Faërno secundum veterem codicem proscriptum a Scal. Dav. et Cl. omissum est. Davisio tamen *id* potius in *is* mutandum, Oudendorpio eiiciendum videbatur. Quorum nihil probabile est. Decebat hanc praescribentis orationem quam accuratissima rei definitio; si id, quod postularet, ita, ut postularet, fecisset.

impetraret] *impetrasset* Carr. Duk. Vind. I. quod praecedenti *fecisset* datum esse apparet. Et poterat poena, quemadmodum

Digitized by Google

Messala, M Pisone consulibus senatus censuisset, uti, quicunque Galliam provinciam obtineret, quod commodo rei publicae facere posset, Haeduos ceterosque amicos populi Romani defenderet, se Haeduorum iniurias non neglecturum. 36. Ad haec Ariovistus respondit: Ius esse belli, ut qui vicissent, his, quos vicissent, quem-

praemium, rem factam secutura monstrari et in id tempus denuntiari, cum dicendum esset *Caesarem non impetrasse*. Id vero statim dici poterat simul atque postulatis non annuisset Ariovistus. Itaque Caesar, ne iterum agere de ea re nolle videretur, tum demum poenam secuturam ostendit, cum dicendum esset *Caesarem non impetrare*, quod non nisi re saepius et frustra tentata dici poterat.

M. Pisone] Ita Steph. Gr. b. Scal. et sqq. scripserunt, ut Glandorpius scribendum censuerat. Et Met. *Μάρκου Πείσωνος* posuit. In Vrat. A. praenomen omissum, in rell. codd. et edd. prioribus *L.* vel *Lucio Pisone* scriptum est. Cf. adnot. ad c. 2 §. 1, ubi de eodem consule sermo fuit.

se Haeduorum] *se* in Voss. B. Bong. C. Dr. B. Vind. C. Ven. f. Steph. Gr. b. omissum, in Voss. C. *sese* pro eo positum est, quod Oud. 2 recepit. Qui omiserunt, eis post *sese* supervacaneum videbatur. Sed longius id remotum, et ut possit huc referri, tamen perspicuitati inservit iteratio. Cf. Civ. 3, 47: *meminerant ad Alesiam magnam se inopiam perpessos, multo etiam maiorem ad Avaricum maximarum se gentium victores discessisse.* Quod autem priori loco *sese* scripsit, soni causa factum est, neque propterea iterum *sese* ponendum erat.

Cap. 36. §. 1. his] Bong. A. Dr. AB. Vrat. A. Vind. ABI. Gu. Pet. Egm. Lov. Ven. cdef. Ber. *hiis* Vrat. BC. Hamb. Bonn. Vulgo *iis*. Vbi victores sunt, ibi victos esse necesse est. Hos igitur nihil obstat quo minus in illorum commemoratione ut praesentes monstrari existimemus.

Cap. 35. §. 4. senatus censuisset] Qua occasione senatusconsultum illud factum sit, nescio. Sed a. u. 692 Allobroges rebellaverant, et a. 694 Gallici belli metus ob bellum Haeduorum et Sequanorum et ob Helvetiorum incursiones urbem sollicitabat, ut Cicero Att. 1, 19 docet. Itaque verisimile fit a. 693. quo Messala et Piso consules erant, Haeduos auxilium a senatu petisse et illud SC. impetrasse, cuius tamen mirum est eos c. 11 mentionem non facere.

quod commodo rei publicae facere posset] Hac formula rei publicae ratio omnibus praeferenda iniungebatur. *quod* non pro *quoad*, sed pro *quantum* positum, fere ut Germanicum was in dictionibus Lauf was du kannst, Er schrie was er konnte. *commodo* ablativus est coniunctionem significans: in Uebereinstimmung mit dem Vortheil des Staates. Cf. 5, 46: *scribit Labieno, si rei publicae commodo facere posset, cum legione ad fines Nerviorum veniat.* 6, 33: *Labienum Treboniumque hortatur, si rei publicae commodo facere possint, ad eam diem revertantur.*

Digitized by Google

admodum vellent, imperarent: item populum Romanum victis non ad alterius praescriptum, sed ad suum arbi-
2 trium imperare consuesse. Si ipse populo Romano non praescriberet, quemadmodum suo iure uteretur, non oportere sese a populo Romano in suo iure impediri.
3 Haeduos sibi, quoniam belli fortunam tentassent et armis congressi ac superati essent, stipendiarios esse factos.
4 Magnam Caesarem iniuriam facere, qui suo adventu vecti-
5 galia sibi deteriora faceret. Haeduis se obsides redditurum non esse, neque his neque eorum sociis iniuria bellum inlaturum, si in eo manerent, quod convenisset, stipendiumque quotannis penderent: si id non fecissent, longe his fraternum nomen populi Romani afuturum.

§. 2. sese] Bong. AB. Hamb. *se* reliqui cum edd. ante Oud., qui recte videtur codicibus vetustissimis obtemperasse. Quamquam *se* quoque probum esse talibus locis, qualis est c. 44 §. 12, evincitur.

§. 5. neque his] Bong. AC. Lov. Dr. AB. Vrat. A. Vind. ABFI. Gu. *neque hiis* Bong. B. Gott. Vrat. BC. Hamb. Bonn. Vind. E. Vulgo *n. iis* cf. c. 35 §. 3.

inlaturum] Bong. A. Vind. A. Vrat. A. non *ill.*

convenisset] Bong. B. Pet. Gott. Voss. A. Egm., liber Achillis Statii, Rob. Stephani, Brantii, Hamb. Bonn. Vrat. B. *convenissent* „MSS. et Edd. qdd." secundum Oud., Bong. A. Dr. AB. Vrat. C et a m. pr. A. Vind. ABDEF. Goth. B. Gu. edd. ante Steph., tum Turr. P. Man. Ald. nep. cf. Garatonius ad Cic. Phil. 13, 1.

longe his — afuturum] Pro *his* (Oud. cum Rom. a. Med. a. Ven. b. *iis*, Vind. E. *is*, Vrat. BC. Bonn. *hiis*, Leid. A. *illis*) in Bong. C. Carr. cod. Hotom. et Stephani, Dr. B. Vind. CI. Gr. b. Lips. et sqq. ante Oud. *ab his* legitur, quae est usitata verbi *abesse*, cum proprie dicitur, constructio. At translatum ad inutilitatis si-

Cap. 38. §. 1. item] eodem iure belli. Male in edd. quibusdam commate a sequentibus divisum est, quasi sit *porro*.

§. 4. suo adventu] quo illi confisi vel iam coepissent stipendium recusare, vel mox recusaturi viderentur. Posterius propter *faceret* (non *fecisset*) et propter sequentia *si in eo manerent, si id non fecissent*, verisimilius.

§. 5. neque his neque eorum sociis] Prius *neque* rem diversam prioribus iungit. Germanice accuratius dicas aber eben so wenig. Deinde non sine ratione Ariovistus quos Caesar c. 35 §. 3 coniunxerat cum Haeduis socios dividit et neutris bellum se illaturum dicit, si utrique in eo maneant, quod convenerit. Etenim utrosque stipendiarios habebat et utrosque in eo manere volebat. Quod si Haedui penderent stipendium, sociorum vero aliqui recusarent, sociis bellum illaturus erat, Haeduis non item. Quare separatim mentionem eorum facit, quod Caesari faciendum non fuerat.

fraternum nomen populi Romani] Genitivus non ex substantivo, quod appositum est, sed ex eo, quod latet in adiectivo, pen-

Digitized by Google

Quod sibi Caesar denuntiaret se Haeduorum iniurias non 6
neglecturum, neminem secum sine sua pernicie contendisse. Cum vellet, congrederetur: intellecturum, quid 7
invicti Germani, exercitatissimi in armis, qui inter annos XIIII. tectum non subissent, virtute possent. 37. Haec

gnificationem (nam quae absunt, utilitatem fere nullam habent) dativum recipit, quem poetarum usu frequentatum ne scriptoribus quidem improbari codicum h. l. auctoritas docet. Postea etiam *esse alicui longe* eodem sensu dicebant, ut Plinius Paneg. 49 de Domitiano: *longeque tunc illi divinitas sua*, et Florus 2. 6, 34 de Syracusis: *longe illi triplex murus*. Secundum quae et hic *futurum* factum in Bong. C. Dr. B. In nonnullis Oud. et in Gott. Hav. A. Vrat. B. Bonn. Gu. *affuturum* est, ortum ex *abfuturum*, quae editionis inc. et reliquarum ante Oud. scriptura ab hoc secundum And. Bong. AB. Egm. Aic. et m. s. Voss. A. in *afuturum* mutata est. Meorum plerique *abf.*, Hamb. *absumpturum*, Vrat. A. *afut.* exhibet, idque ut lenius simul et exquisitius tenendum putavi. *Daehnius abf.* tuebatur locis Civ. 2, 35, ubi tamen bis est *afuit* in Vind. A. Sed 3, 36 omnes *abfuisset* habent. Contra Gall. 5, 53 et 6, 3 *afuisse*, et 7, 63 *afuerunt* Oud. cum paucis, sed vetustissimis scripsit.

§. 7. inter annos XIIII.] *inter* Oud. ex cod. Steph. Brant. Bong. A. Egm. Lov. Leid. ABC. Voss. C. et inc. pro *intra* reposuit, quia sententia non sit, priusquam finem ceperint XIIII. anni, sed per XIIII. annos. Omnino recte; et quod ad codices attinet, quae Oudendorpio esse poterat dubitatio, meorum consensu tollitur: tantum in Vind. A. *intra*, in Dr. B. *circiter* inveni, reliqui cum Hav. A. *inter* praebent; cuius tamen significatio non accurate ab Oud. declarata est. Sicut *interdiu* fieri dicitur quod fit, dum dies est, sic *inter annos XIIII.* qui tectum subisse negantur, nulla eius temporis parte tectum subierunt: sie sind in 14 Jahren unter kein Dach gekommen. Quod etsi re ipsa idem est, quod während 14 Jahren, tamen aliter cogitatur. Alteri autem scripturae hoc obstat, quod qui *intra XIIII. annos* fecisse aliquid negatur, exactis XIIII. annis idem fecisse significatur; quod a mente Ariovisti haud dubie

det, adiectivum ipsum autem h. l. non notam aliquam ab eo, unde derivatum est, repetitam et in eo, quod substantivo continetur, inhaerentem, sed ipsum illud, unde est derivatum, significat. Cum enim ei, qui frater nominatur, non solum *frater* et *fratri*, sed etiam *fratris nomen* esse dicatur, eodem modo *fraternum nomen* ei tribuitur. quo *amor fraternus* ei, qui *amorem fratris* habet, *rus paternum* ei, qui *rus patris* possidet. Item Graece οἰκεῖα ὀνόματα vocantur quae τῶν οἰκείων, familiarium, sunt, et similia, de quibus cf. quae ad Platonis Civit. Vol. 1 p. 259 sq. et 2 p. 64 adnotavimus.

§. 7. inter annos XIIII.] Nescio, qua auctoritate nonnulli Ariovistum a. u. 682 Rhenum cum Germanis transisse ideoque recte hunc numerum haberi affirment. Sin anni definitio ex hoc ipso loco petita est, quidni etiam in Germania aliquot annos vagati sint et bella gesserint? Nam nihil aliud est hoc *tectum non subisse*. Probabiliter in hanc sententiam dispu-

Digitized by Google

eodem tempore Caesari mandata referebantur, et legati
2 ab Haeduis et a Treviris veniebant: Haedui questum, quod Harudes, qui nuper in Galliam transportati essent, fines eorum popularentur; sese ne obsidibus quidem da-
3 tis pacem Ariovisti redimere potuisse: Treviri autem, pagos centum Suevorum ad ripas Rheni consedisse, qui

alienum est, qui Germanos suos ne tum quidem, cum haec dicebat, sub tecta successisse gloriabatur. Ceterum cf. Liv. 1, 10: *bina postea inter tot annos opima parta sunt spolia.* et infra 6, 21: *intra annum vero vicesimum feminae notitiam habuisse in turpissimis habent rebus.*

Cap. 37. §. 1. Treviris] *Treveris* Bong. A. Dr. AB. Vrat. AB. Bonn. Vind. ABCF. Idem Vrsinus in duobus vetustissimis, Oud. in multis codd. hic et dein exstare testantur, ut non omnino vere Vkertus p. 360 Oudendorpium *secundum codices* dedisse *Treviros* dicat. Etiam inscriptiones in media syllaba *e* habent, e. c. 192 Orell. CIVI TREVERO. Sed singularis est *Trevir* Lucani Phars. 1, 441 et Taciti Hist. 3, 35. Et Caesaris quoque aetate Romae eos *Treviros* audisse ex Ciceronis ep. ad Trebatium Fam. 7, 13 colligi potest: *Treviros vites censeo: audio capitales esse. Mallem auro, aere, argento essent.* Denique codices Caesaris sibi non constant, et in posterioribus libris optimi quidam saepius *Treviros* exhibent. Itaque in re dubia vulgatam tenendam putavi.

§. 2. Harudes] *Harudes Tergali* Reg. Pal. Dorv. Dr. B. Vrat. C. Goth. B. Vind. E. Rom. b. *H. Tergalli* Duk. Vind. FI. *H. Targali* Rom. a. Med. a. Ven. bcde. Ber. *H. Targalli* Vind. D. *H. Trigali* Vind. C. *H. et Tergali* Bong. C. quae additamenta fortasse ex glossemate fluxerunt, quo aliquis in margine notaverat Harudes a Caesare *ter* in *Gallico* bello (h. l. et c. 31 et 51) commemorari. Nam quod *Dedericus* (Zeitschrift für die Alterthumswissenschaft 1835 N. 1 p. 11) Harudes ita, ut Aulercos et Volcas, cognominibus quibusdam distinctos fuisse suspicatur, propter codicum illorum indolem, qui omnes deteriores sunt, non probabile videtur.

§. 3. Treviri] *Treveri* Bong. AC. Gott. Egm. Vrat. ABC. Vind. ABF. Bonn. *Treverii* Dr. A. *Reveri* Vind. C. *Creviri* Hamb.

tavit Cellarius in dissert. *de C. Iulii Caesaris adversus Ariovistum regem aliosque Germanos bellis* §. 23 sqq. (p. 542. Dissertationum eius Academicarum a Walchio Lips. 1712 editarum.)

Cap. 37. §. 1. et legati] *et* refertur ad *eodem tempore* ita, ut eius loco *quo tempore* poni possit. Cf. Civ. 1, 62: *sed tamen eodem fere tempore pons in Ibero prope effectus nuntiabatur, et in Sicori vadum reperiebatur.* Alex. 29: *itaque eodem tempore equites — flumen transnarunt, et legionarii — flumen transierunt.* infra 2, 6: *Gallorum eadem atque Belgarum oppugnatio est haec.* Alex. 6: *cum se inferiores eiusdem generis ac saporis aqua dicerent uti, atque ante consuessent.* Civ. 1, 24: *neque vero idem profici — cum per alios conditiones ferantur, ac si coram — disceptetur.*

§. 2. fines eorum] Cf. adnot. ad c. 6 §. 2.

§. 3. pagos centum — consedisse] Continuatur forma oratio-

Digitized by Google

Rhenum transire conarentur; his praeesse Nasuam et Cimberium fratres. Quibus rebus Caesar vehementer 4
commotus maturandum sibi existimavit, ne, si nova manus Suevorum cum veteribus copiis Ariovisti sese coniunxisset, minus facile resisti posset. Itaque re fru- 5
mentaria quam celerrime potuit comparata magnis itineribus ad Ariovistum contendit. 38. Cum tridui viam processisset, nuntiatum est ei Ariovistum cum suis omnibus copiis ad occupandum Vesontionem, quod est oppidum maximum Sequanorum, contendere triduique viam a suis finibus profecisse. Id ne accideret, magno opere 2

his] Bong. A. Dr. AB. Vrat. A. Gu. Vind. ABCEFI. Ven. e. et sqq. usque ad P. Man. *hiis* Vrat. BC. Bonn. et ante *praeesse* Hamb. Vulgo *iis*.

Cap. 38. §. 1. profecisse] Bong. AB. Egm. Pal. Dorv. Pet. et Lov. a m. pr., Par. A. Dr. A. Vrat. AC. Goth. B. Vind. D. Rom. a. Med. a. Ven. bcde. Ber. Oud. 2. *profecisse al'. profectum fuisse* Vind. E. *protensisse* Hamb. *discessisse* Gott. Leid. C. Voss. C. Vrat. B. Bonn. Gu. inc. *processisse* Hav. A. Par. B. et rell. codd. et edd. et Oud. 1. *proficere* respondet Germanico vor sich bringen et aptissimum est h. l. ad significandum id, quod res erat, Ariovistum tridui viam lucri fecisse, cum Caesar interim tantundem spatii emensus minus profecisset ideoque nocturna itinera addere diurnis cogeretur. Proxime ad hoc accedit illud Plinii Hist. nat. 32, 1: *cum e tota classe quinqueremis sola non proficeret*.

§. 2. magno opere] Cf. adnot. crit. ad c. 13 §. 4.

nis in proximis usurpata ibique facile supplendo ex *questum* verbo dicendi expedienda. Quod ad rem attinet, cum Caesar 4, 1 Suevos omnino centum pagos habere doceat, eos vero omnes vix credibile sit e finibus suis egressos ad Rhenum consedisse, de militibus ex illis pagis emissis cogitandum putant. Tradit enim Caesar ibidem *quotannis singula milia armatorum bellandi causa ex finibus educere* Suevos solitos esse. Itaque centum milia Suevorum venisse dici. Fortasse res sic se habuit: Treviri quidem aliter loquuntur, neque Caesar, haec cum scribebat, de illa Suevorum consuetudine cogitasse videtur.

§. 5. magnis itineribus] h. e. iusto maioribus. *Iustum* autem iter hoc aestivo anni tempore expedito agmini viginti, impedito octo milium passuum fuisse ex Civ. 3, 73 et Vegetii 1, 9 collato Gall. 8, 39 efficitur.

Cap. 38. §. 1. ad occupandum Vesontionem] Genus nominis masculinum est, ut *Hipponis* et similium. Hodie est *Besançon*. Videntur autem secundum ea, quae c. 32 extremo dicta sunt, etiam tum Germani Vesontione fuisse, sed pauci, quantum ad coercendos oppidanos opus esset, quos Caesar nullo negotio expellere poterat. Itaque Ariovistus *cum suis omnibus copiis* eo contendebat.

a suis finibus] h. e. ab illa parte tertia agri Sequani, quam occupatam ab Ariovisto Divitiacus c. 31 demonstravit.

Digitized by Google

3 sibi praecavendum Caesar existimabat. Namque omnium rerum, quae ad bellum usui erant, summa erat in eo oppido facultas, idque natura loci sic muniebatur, ut magnam ad ducendum bellum daret facultatem, propterea quod flumen Alduasdubis ut circino circumductum paene
4 totum oppidum cingit: reliquum spatium, quod est non

sibi praecavendum] *praec. si.* Vrat. BC. Goth. B. Bonn. edd. ante Oud. exceptis Steph. Gr. b. Id Oud. 2 nescio an imprudens repetiit.

§. 3. facultas] cod. Iannoctii apud Brutum, Duk. Vind. I. et a m. s. pro var. lect. Hamb. fortasse etiam codex Faërni, de quo ambigue Ciacconius: „*facultas* leguit quidam, non *difficultas*. ut liber Faërni.“ item inc. Flor. Ven. f. Gr. ab. et sqq. *copia* margo Leid. B. *difficultas* reliqui codices editique, quod absurdum est, nisi forte eo respici putamus, si cui expugnandum oppidum esset, ut sensus sit: von Seiten alles dessen, was zum Kriege nöthig war, bot dieser Ort die größte Schwierigkeit dar. quo fere modo Hisp. 8 *ulterioris Hispaniae regio propter terrae fecunditatem inopem difficilemque* habere *oppugnationem* dicitur. Sed a Caesaris simplicitate id abhorret. Itaque vulgatam, etsi a codicibus non multo firmiorem, quam c. 33 §. 4 *temperaturos*, tamen non minus certam habeo; et accedit aliquid a Petrarcha et Metaphraste firmamenti, quorum ille Hist. 5, 11 locum rerum *copia* bellis aptissimum dixit, hic πολλὴ ἀφθονία posuit.

Alduasdubis] cod. Achillis Statii et Brantii, Carr. Cu. Pet. Bong. A. Voss. A. Lov. Egm. Gott., quattuor vel quinque alii veteriores Oud., Hav. A. Dr. AB. Vrat. AB. Bonn. Hamb. Gu. Vind. A (hic *Alduas dubis*) BCF. Ven. f. Steph. Ἀλδουάσδουβις Met. Reliqui codd. partim *Abd* vel *Add* exhibent pro *Ald*, partim *bius* vel *sius* pro *bis*. *Alduas* vel *Abduas* est in Bong. B., *alduasdusius* in edd. ante Ven. f., *Aldusabis* edd. Aldinae et Lips., *Alduasdalis* Gryphianae et Turr., *Adduasdubis* Scal. et Graev. dederunt. Goduinus, Davisius et sqq. ex coniectura Valesii et Is. Vossii *Dubis* scripserunt, quia Straboni (l. 4, p. 28 et 44 Tz.) et Ptolemaeo Δοῦβας et hodie *Doubs* nominatur. Sed vere Cellarius in adnot. ad h. l. monet Caesaris aetate nomen plurium syllabarum et postea truncatum esse potuisse.

§. 4. est non] *non est* Dr. B. Vind. A. Aldinae, Gr. a. Turr. et sqq. ante Oud., qui cum in priori ed. „codices longe plurimos

§. 3. omnium rerum — summa — facultas] *id. e.* copia rerum facultatem belli gerendi praebentium, non ipsa facultas seu potestas et opportunitas illas res habendi et nanciscendi, quamquam verba sic sonant. Nam talis facultas, quae proprie dicitur, non est in urbe, sed ab urbe praebetur, nec tam praesentiam rerum ipsarum, quam situm opportunum et quae rebus advehendis inservium, carros, iumenta, operas, naves, requirit. Similiter quam 3, 9 Romani nullam, ib. 12 Veneti summam habere dicuntur, *navium facultas* est copia rerum facultatem navigandi praebentium, h. e. navium. Et omnino quae res quidlibet faciendi facultatem praebent, *facultates* vocantur, Mittel, Vermögen, c. 18 §. 3 et 6, 1.

muniebatur] tutum praestabatur, wurde geschützt. Cf. 2, 5:

Digitized by Google

amplius pedum sexcentorum, qua flumen intermittit, mons continet magna altitudine ita, ut radices montis ex utraque parte ripae fluminis contingant. Hunc mu- 5
rus circumdatus arcem efficit et cum oppido coniungit. Huc Caesar magnis nocturnis diurnisque itineribus con- 6
tendit occupatoque oppido ibi praesidium conlocat.

et edd. vett.“ secutus *est non* scripsisset, in altera *non est* posuit, quod etiam per se est deterius. Dicendum enim erat, quantum spatium illud esset, non, quantum non esset.

montis] Sic Oud. 1 cum Bong. AB. Pet. Lov. Gott. Egm. et duobus aliis codd. et ed. inc. scripsit pro *eius montis*, quod reliquae edd. et ex meis codd. Dr. B. Vrat. C. Goth. B. Vind. A. exhibent, quodque idem Oud. in ed. 2 restituit. Scilicet frequentissime Caesar repetito nomini pronomen addit, sed ita fere, ut novae enuntiationis vel enuntiati partis per se magis constantis coniunctionem cum antecedentibus artiorem efficiat, ut c. 40 §. 1: *convocato consilio omniumque ordinum ad id consilium adhibitis centurionibus*, vel perspicuitatis causa, ut 2, 8: *quod is collis, ubi — redibat, ab utroque latere eius collis transversam fossam obduxit*, ubi multa interiecta sunt. Alibi, ubi, ut hic, neutrum locum habet, aut solum nomen ponitur, ut 3, 9: *oppida muniunt, frumenta ex agris in oppida comportant.* 7, 80: *qui ab Alesia processerant, moesti prope victoria desperata se in oppidum receperunt.* aut lectio dubia est, ut 7, 72: *fossam pedum xx. directis lateribus duxit, ut eius fossae solum tantundem pateret, quantum* etc., ubi *fossae* vulgo ante Oud. 2 et in Vind. A. deest. Accedit quod *radices* obiectum est, e verbo *contingant* pendens, a quo pluribus, quam necessitas esset, vocabulis dirimi non debebat. Denique, si *eius montis* a Caesare scriptum fuit, librarii alterutrum abundare putantes nomen potius, quam pronomen videntur omissuri fuisse.

§. 6. nocturnis diurnisque] Hoc ordine ad festinationem significandam (cf. 5, 38 et Civ. 3, 11, quos locos Kreyssigius adhibuit, et quos idem ad Afr. 26 ex aliis scriptoribus citavit) apposito et fortasse etiam tempus accepti de Ariovisto nuntii et initium festinandi noctu factum indicante codices plerique et inc. Steph. Gr. b., quos Oud. in ed. 1 secutus in 2 rursus deseruit et *diurnis nocturnisque* scripsit, quod in rell. edd. et in Vrat. C. Goth. B. Hamb. Vind. I. exstat.

conlocat] Bong. A. Vind. A. et a m. pr. Goth. B. non *coll.*

quae res et latus unum castrorum ripis fluminis muniebat.

§. 4. intermittit] non fluit, ita ut ea in parte oppidum cinctum flumine non sit.

continet] unam eius partem extremam alteri iungit, h. e. totum spatium implet; id quod vulgari magis loquendi consuetudine sic dici poterat: spatium continet montem. Sed in ea dictione desideraretur id, quod maxime significandum erat, nullam eius spatii partem vacuam a monte fuisse. Quod si *reliquum spatium* urbis ipsius partem flumine non cinctam intelligas, *continere* ita ut c. 1 §. 4 et saepius *includere* interpretari licet, ut totum oppidum flumine et monte contineri dicatur.

Digitized by Google

39. Dum paucos dies ad Vesontionem rei frumentariae commeatusque causa moratur, ex percontatione nostrorum vocibusque Gallorum ac mercatorum, qui ingenti magnitudine corporum Germanos, incredibili virtute atque exercitatione in armis esse praedicabant, saepenumero sese cum his congressos ne vultum quidem atque aciem oculorum ferre potuisse, tantus subito timor omnem exercitum occupavit, ut non mediocriter omnium
2 **mentes animosque perturbaret. Hic primum ortus est a tribunis militum, praefectis reliquisque, qui ex urbe**

Cap. 39. §. 1. percontatione] Bong. AC. Voss. A. Dr. B. Hamb. Vind. ADEFI. Rom. a. Steph. Gr. b. *perconctatione* Pet. *percontactione* Bong. B. Vulgo *percunctatione*. Cum codices et h. l. et 5, 13 (ubi Oud. 2 *percontationibus* scripsit) rem dubiam relinquant, praetuli id, quod secundum etymologiam probabilius esset. Cf. Vossii Etym. in *contus* et *cunctus* et Festi interpretes p. 568 Lind.

his] Bong. A. Dr. AB. Vrat. A. Vind. ABCFI. Gu. Ven. c. et sqq. usque ad Cl., qui *eis* scripsit, sine auctoritate. Id recentiores tenuerunt.

ferre potuisse] codex Faërni, Duk. Dorv. Vrat. C. Goth. B. Vind. DI. Reliqui codd. et ed. inc. cum Aldinis, Gryphianis, Vasc. Steph. Turr. *dicebant f. p.*, quod, etiam si *et* ante *saepenumero* non inseratur, quemadmodum inseritur in Vasc. Gr. b. Turr., tolerari possit, si verba *saepenumero — potuisse* parenthesim facere statuantur. Et quod in omnibus codd. eodem loco, non in aliis hic, in aliis post *potuisse* aut alibi positum est *dicebant*, veri speciem praebet. Sed neque solet Caesar ita parenthesi uti, neque causa erat, cur hoc obiter adiiceretur. Contra praetermissio verbi dicendi familiaris scriptori est (cf. c. 37 §. 2), et saepe etiam in bonis codd. glossemata peperit. Cf. Oud. adn. 3 ad c. 17. et de glossematis omnino nostra adn. crit. ad c. 13 §. 3. Constantia autem loci inde repetenda videtur, quod glossema antiquius nostris codicibus est.

§. 2. a tribunis] *ab tr.* And. Vind. A. *attr.* Bonn.

Cap. 39. §. 1. congressos] proelio seu armis; quorum hoc c. 36 §. 3, illud 7, 65 additum, sed c. 36 §. 7 et c. 40 §. 7 et 2, 23 utrumque omissum est. Cf. 3, 13: *cum his navibus nostrae classi eiusmodi congressus erat.*

mentes animosque] *mens* ad intelligendum, *animus* ad agendum magis pertinet. Cf. 6, 5: *totus et mente et animo in bellum Trevirorum et Ambiorigis insistit.* Ib. 41: *sic omnium animos timor praeoccupaverat, ut paene alienata mente deletis omnibus copiis equitatum tantum se ex fuga recepisse dicerent.*

§. 2. praefectis] non equitum, de quibus etiam §. 5 cogitari vetat, sed auxiliorum, inter quae *praefecti* simpliciter dicti eundem locum, quem inter legionarios tribuni tenebant. Cf. Polybius 6, 26: *τῶν συμμάχων — οἱ καθεσταμένοι μὲν ὑπὸ τῶν ὑπάτων ἄρχοντες, προσαγορευόμενοι δὲ Πραίφεκτοι, δώδεκα τὸν ἀριθμὸν ὄντες.* (in binis legionibus.) Adde Lipsium de militia Rom. 2, 10 p. 89

Digitized by Google

amicitiae causa Caesarem secuti non magnum in re militari usum habebant: quorum alius alia causa inlata, 3

non magnum] Pet. Pal. Bong. C. Gott. Egm. Voss. C. Leid. BC. Dorv. Duk. Lov. cod. Brantii, Vat. secundum Vrsinum, codices Carrionis, Dr. A. Vrat. ABC. Goth. B. Hamb. Bonn. Gu. Vind. BCDEFI. Rom. a. inc. Med. a. Ven. bcdef. Ber. Steph. Gr. b. Lips. *magnum* Dr. B. *non magnum periculum miserabantur, quod non magnum* Voss. AB. Aldinae, Gr. a. Turr. *non magnum periculum mirabantur* Bong. B. *magnum periculum miserabantur, quod non magnum* cod. Vrsini, Stephani, Cu. And. Ox. Parisienses, Hav. A. Vind. A. cum Leid. A. Bong. A. praeterquam quod horum prior *miserebantur*, posterior *misereabantur* cum puncto sub *e* ante *a* exhibet, item edd. Scal. Graev. Dav. Cl. Oud. Scilicet excidere illa aberrantibus a priori ad alterum *magnum* librariorum oculis facile potuisse videntur, interpolari non item, cum sine illis sensus integer sit; et *magni periculi miserationem* negari nequit commodissime *non magno in re militari usui* opponi simul et tamquam effectum causae adscribi, praesertim cum paulo post *etiam hi, qui magnum in castris usum habebant*, tamen *paulatim perturbari* dicantur. Sed cum sequentibus consistere illa non possunt. Qua fronte enim miserantium alius aliam causam ad proficiscendum sibi necessariam inferret, cum ipsa miseratio veram causam proderet? aut quo modo miserantium nonnulli pudore adducti remanentes in occulto miserabantur? Haec igitur si ita sunt a Caesare edita, de quo dubitare codices non sinunt, illa simul edidisse non videtur. Sed in ephemeridibus, ex quibus commentariós confectos esse statuendum est, si sequentia aliter instituta erant, locum habere et inde in hunc commentariorum locum transferri ab aliquo, qui aditum ad eas habuisset, et sic denique in partem illam codicum nostrorum devenire potuerunt, qui codices alia quoque non pauca haud facile aliunde repetenda habent. Quod autem etiam Bong. A. ista recepit, qui alibi liber est a contaminatione, ob illam, quam supra ostendimus, veri speciem factum videtur.

inlata] Bong. A. Vind. A. Pal. et a m. pr. Goth. B. non *ill.*

sq. ed. Antverp. 1614. 4. Auxilia autem et c. 24 §. 2 in proelio Helvetico et c. 49 extr. in hoc bello Ariovisti habuisse Caesarem videmus. Non aliter 3, 7 §. 3 et 4, 22 §. 3 *praefecti* dicuntur. (cf. ib. §. 5.) Qui equitatui praeerant, *praefecti equitum* vocabantur. Cf. 3, 26. 7, 66. 8, 28 et 48. Nec facile alterum nomen omittitur, nisi ubi per se intelligi potest, ut 4, 11: *interim ad praefectos, qui cum omni equitatu antecesserant, mittit.* Erant autem hi tribuni et praefecti non virtutis et experientiae causa in eum locum provecti, sed adolescentes nobiles et Caesaris amicitiae commendati, qui levitatis poenam satis gravem primum ipso timore, tum vero hac narratione dederunt.

amicitiae causa] ut Caesaris amicitiam obtinerent et in eius amicis essent. Magna eorum multitudo erat. Cf. Cic. ad Q. fr. 2, 15.

§. 3. inlata] in medium prolata. Sic Cicero Offic. 1, 40 *sermonem*, Livius 4, 1 *mentionem inferre* dixerunt.

Digitized by Google

quam sibi ad proficiscendum necessariam esse diceret, petebat, ut eius voluntate discedere liceret; nonnulli pudore adducti, ut timoris suspicionem vitarent, rema-
4 nebant. Hi neque vultum fingere neque interdum lacrimas tenere poterant: abditi in tabernaculis aut suum fatum querebantur, aut cum familiaribus suis commune
5 periculum miserabantur. Volgo totis castris testamenta obsignabantur. Horum vocibus ac timore paulatim etiam hi, qui magnum in castris usum habebant, milites centurionesque, quique equitatui praeerant, perturba-
6 bantur. Qui se ex his minus timidos existimari volebant, non se hostem vereri, sed angustias itineris et magnitu-

diceret, petebat] *dicerent*, *petebant* Lov. cum edd. ante Ven. f. Pluralis per se minime est improbandus, sed propter codices h. l. repudiandus. Cf. 4, 26: *alius alia ex navi quibuscunque signis occurrerat, se adgregabat.*

§. 5. Volgo] Ox. et a m. s. Voss. A. Oud., ante quem scribebatur *vulgo*, quod in reliquis codd. est. Accedenti ad Quintiliani testimonium 1. 7, 26 exhibitum codicum duorum non contemnendorum suffragio Oud. recte fidem habuit, nec minus recte idem alibi in hoc et similibus secundum codices servavit *u*, quod Quintiliani aetate usu receptum etiam Caesar nonnunquam posuisse videtur, cum sonus esset inter *u* et *o* medius.

hi] Bong. A. Dr. AB. Vrat. A. Vind. ABCFI. Ven. c. et sqq. usque ad P. Man. *hii* Vrat. BC. Bonn. Vind. E. om. Ox. Hamb. *ii* (Goth. B. Rom. a. Med. a. Ven. b.) Pal. Bong. C. P. Man. et sqq.

equitatui] *equitatu* Oud. ex uno Vossiano, (B, nisi fallor) cui meorum unus Dr. A a m. pr. suffragatur. Cf. adnot. crit. ad c. 16 §. 4.

§. 6. et magnitudinem] *et*, quod Oud. in MSS. plerisque et Edd. pp. deesse dicit, om. Bong. AB. Pet. Lov. Gott. Egm. Pal. Dr. A. Vrat. ABC. Bonn. Gu. Vind. DE. edd. ante Ald. In codice Vrsini

quam — diceret] Coniunctivus genere quodam attractionis ab eo verbo, cuius esse debebat, quoniam id ex finito est infinitum factum, ad aliud transiit, quod nisi cum illo coniunctum esset, indicativo ponendum erat, hoc fere modo: *quae sibi, ut dicebat, necessaria esset.* Cf. 5, 6: *ille — petere contendit, ut in Gallia relinqueretur, partim, quod insuetus navigandi mare timeret, partim, quod religionibus sese diceret impediri.* 7, 75: *ex his Bellovaci suum numerum non contulerunt, quod se suo nomine atque arbitrio cum Romanis bellum gesturos dicerent.*

§. 4. vultum fingere] quasi Germanice dicas das Gesicht stellen, certam formam vultui inducere. Similiter Ovidius Metam. 4, 319 de Salmaci, quae puerum formosum, cuius amore capta erat, non ante adiit, *Quam se composuit, quam circumspexit amictus Et finxit vultum.*

§. 5. testamenta obsignabantur] Hunc locum respexisse videtur Quintilianus 3. 8, 19: *ut deliberat C. Caesar, an perseveret in Germaniam ire; cum milites*

Digitized by Google

dinem silvarum, quae inter eos atque Ariovistum intercederent, aut rem frumentariam, ut satis commode supportari posset, timere dicebant. Nonnulli etiam Caesari renuntiabant, cum castra moveri ac signa ferri iussisset, non fore dicto audientes milites neque propter timorem signa laturos. 40. Haec cum animadvertisset, convocato consilio omniumque ordinum ad id consilium 7

magnitudinemque, in Hamb. *et magnitutidineque* (omisso proximo *quae*) legitur. Asyndeto hic non erat locus.

quae inter eos atque Ariovistum intercederent] *quae intercederent inter ipsos atque Ariovistum* Oud. „MSS. veterum plerorumque et Editionum priscarum] auctoritate.“ Sunt fere iidem atque eaedem, quibus copulam ante *magnitudinem* omittentibus obsequium negavimus. Accedit quod Dr. A., qui praelatae ab Oud. scripturae assertor non contemnendus est, *inter* praepositionem omittit et pro *atque* exhibet *et*, qua re auctoritas eius h. l. minuitur. Quod ad iudicium de ipsis scripturis pertinet, *ipsos* melius est, si *intercederent* praecessit, quo facto ad aequabilitatem partium opus est graviore pondere, ne additamentum languidum et debile sit; sin verbum post *Ariovistum* positum est, *eos* bene habet. Ipse autem verbi locus post *Ar.* magis usitatus est. Hoc sane in utramque partem adhiberi potest, cum et scriptorem statuere liceat a vulgari usu recedere noluisse, et librarios credibile sit usitatius intulisse. Item si errorem solum h. l. versatum esse putamus, pari modo fieri potuit, ut pro praepositione verbum ponerent atque ut verbi parte priori scripta ad pronomen aberrarent et deinde verbum integrum in fine adiicerent. Sed illud mirum, cur *ipsos* in *eos* mutaverint. Nam etiam postposito verbo *ipsos* displicere non poterat. Contra si *eos* a Caesare est, id praeposito per errorem verbo in *ipsos* mutari necesse erat. Hoc momento ad ea, quae supra exposita sunt, accedente Aldinam scripturam, quae in Dr. B. Vind. A. et parte reliquorum codicum exstat, Oudendorpianae praetuli. In verbo tamen Vind. A. corruptus est, *intenderent* exhibens, *eos* autem etiam Vind. C. Ven. f. habent, *intercederent* etiam Vind. E. postponit.

Cap. 40. §. 1. consilio] *concilio* „alii“ secundum Oud., Dr. B. Vrat. C. Goth. B. Hamb. Bonn. Vind. AC. Ven. f. Aldinae, Gr. ab.

passim testamenta facerent. Cf. §. 21.

§. 6. rem frumentariam] Accusativus more Graecorum pro nominativo positus, h. e., ex subiecto alterius membri enuntiationis bipartitae obiectum prioris factum est. Quod genus dicendi aequabilitati orationis egregie inserviens post Plautum et Terentium frustra quaeri Bentleius ad Manilii 2, 588 perperam putabat. Sed Civ. 1, 2 *timere Caesarem* non ita cum Heldio interpretandum.

§. 7. dicto] Haud dubie dativus est, non ablativus absolutus, qualis *comperto*, *cognito* et similes. Nam quod nonnunquam alter dativus additur, ut c. 40 §. 13, nihil obstat, cum ille artius iunctus cum participio unam *obedientis* notionem efficiat.

Cap. 40. §. 1. omniumque ordinum — centurionibus] Ordines seu manipuli in legione triginta, in singulis cohortibus trini erant, dignitate diversi, triariorum seu pilanorum, principum, hastato-

Digitized by Google

adhibitis centurionibus vehementer eos incusavit: primum, quod aut quam in partem, aut quo consilio duce-
2 rentur, sibi quaerendum aut cogitandum putarent. Ariovistum se consule cupidissime populi Romani amicitiam appetisse: cur hunc tam temere quisquam ab officio dis-
3 cessurum iudicaret? Sibi quidem persuaderi cognitis suis postulatis atque aequitate conditionum perspecta eum neque suam neque populi Romani gratiam repudiaturum.
4 Quod si furore atque amentia impulsus bellum intulisset, quid tandem vererentur? aut cur de sua virtute aut de
5 ipsius diligentia desperarent? Factum eius hostis periculum patrum nostrorum memoria, cum Cimbris et Teutonis a Gaio Mario pulsis non minorem laudem exercitus,

Turr. Lips. Iu. Graev. Cl. quod non magis probari potest, quam paulo post *concilium*, quod item „alii" Dr. B. Vrat. AC. et edd. eaedem cum Steph. exhibent. Omnino Caesar eiusque legati *concilium* suorum nusquam habere dicuntur, sed *consilium*, (quod Fabricianum exemplar h. l. in Pet. Bong. AB. Egm., paulo post in Lov. Voss. A. Egm. exstare docet) ad quod praeter legatos tribuni militum et primorum ordinum centuriones legitime adhibebantur, qui *praetoris consilium* erant et dicebantur. Neque illud obstat, quod c. 41 §. 1 Caesaris oratione *omnium* mentes conversae dicuntur. Nam consilia nonnunquam ita habebantur, ut milites audire possent, quae dicerentur. Cf. 5, 30 §. 1 et 6, 7 §. 6.

§. 5. Gaio] Bong. A. Gott. Voss. A. Egm. Dr. A. Vrat. AB. Bonn. Vind. ABEI. inc. Vulgo *C*. Cf. adn. cr. ad c. 21 §. 2.

rum. Similiter centuriarum, quas legio sexaginta, singuli ordines binas habebant, dignitas diversa et altera earum prior, altera posterior erat. Secundum haec, cum cohortium quoque alia alium, prima primum, decima extremum dignitatis locum teneret, centurionum sexaginta, quos legio habebat, totidem gradus erant, et prioris centuriae triariorum in prima cohorte centurio primum inter omnes locum tenens et *primus pilus* seu *primipilus* dictus legitime a praetore ad consilium adhibebatur. Ad hoc consilium vero Caesar non solum primipilos aut, ut Labienus 6, 7, primorum ordinum, sed, quia celeberrimum esse volebat, omnium ordinum centuriones adhibuit, etiam principum et hastatorum, eosque aut omnes, aut triginta priorum centuriarum, aut mixtos, die Centurionen aller Ordnungen, aut Centurionen aus allen. quorum cum utrumvis per verba statuere liceat, prius probabilius videtur.

incusavit] Cf. 2, 15: *increpitare atque incusare reliquos Belgas.*

aut cogitandum] In incusatione inest negatio; nam qui ob factum aliquod incusat, fieri debuisse negat. Hinc *aut.*

§. 2. ab officio] et grati animi et amicitiae.

§. 3. persuaderi] Praesens tempus nunc de ea re cogitantem et huic sententiae assentientem demonstrat.

Digitized by Google

quam ipse imperator meritus videbatur; factum etiam nuper in Italia servili tumultu, quos tamen aliquid usus ac disciplina, quam a nobis accepissent, sublevarent. Ex quo iudicari posset, quantum haberet in se boni con- 6

usus ac disciplina, quam] Pro *quam* est *quae* in Bong. A. Gott. Egm. Lov. Voss. C. Dr. A. Vind. B. Vrat. AB. Gu. Hamb. Bonn. inc. quod Oud. dubitabat an esset rectius. Etenim *usum* quoque rei militaris et armorum servi a Romanis acceperant, cum bellis eorum interessent, et qui primum tumultum moverant, gladiatores fuissent. Praeterea *sublevarent* pluralis indicat scriptorem *usum* et *disciplinam* coniuncta cogitavisse. Sed illam generum simul et numerorum discrepantiam Caesar diligenter evitare (Civ. 2, 2 §. 5 *quae* non tam ad eruptiones et ignes ipsos, quam ad conamina faciendi et inferendi refertur) et pronomen relativum ad duas res spectans posteriori nomini accommodare solet. Sic 2, 31: *pro sua clementia ac mansuetudine, quam ipsi ab aliis audirent.* Civ. 3, 18: *quid mihi aut vita aut civitate opus est, quam beneficio Caesaris habere videbor?* neque aliter Afr. 65: *per iugum et collem, per quem Caesar pridie iter fecerat.* qui locus nostro simillimus est. Nec deest ratio; *usus* enim *ac disciplina* est *usui coniuncta disciplina.*

§. 5. videbatur] Ex oratione obliqua in rectam transit; quod Graecis valde usitatum ne Latinis quidem scriptoribus displicuit. Cf. Zumptii §. 546, qui negligentiae tribuit. Sed h. l. transitus ille, cum dictum esset *patrum nostrorum*, et post *cum*, (bei welcher Gelegenheit, wobei, ut c. 1 §. 3) cui indicativus iungi solet, facillime fiebat. *Videri* autem, quod *Lippertum* non fugit, hic non quod vulgo, sed idem significat, quod *cerni*, *intelligi*, ut 2, 28: *ut in miseros ac supplices usus misericordia videretur.* 5, 33: *ut eum omnia deficere viderentur.* 6, 1: *tantas videri Italiae facultates.* ib. 3: *ut omnia postponere videretur.* Civ. 2, 33: *ut magno cum dolore infidelitatis suspicionem sustinere viderentur.* Afr. 7 (naves) *Vticam versus petere visae sunt.*

servili tumultu] non bello, quod res in Italia gerebatur. De *tumultu* locus classicus est Ciceronis Philipp. 8, 1: *quid est enim aliud tumultus, nisi perturbatio tanta, ut maior timor oriatur? unde etiam nomen ductum est tumultus. Itaque maiores nostri tumultum Italicum, quod erat domesticus, tumultum Gallicum, quod erat Italiae finitimus, praeterea nullum nominabant.* (quo loco qui *tumor* pro *timor* legendum putant propterea, quod a timendo tumultus duci non potuerit, non reputant a *maiore* timore ductum dici, hoc est, ab eo rerum statu, qui tumentem et ingravescentem perturbationem habet.) Etiam civile bellum Caesar Civ. 1, 7 *tumultum* dicit. Servilis autem tumultus, qui secundum Plutarchum in Crasso c. 8 vulgo Spartaci bellum audiebat, a. u. 681 (teste Orosio 5, 24) exortus tertio demum anno compositus est.

quos] sc. servos, quorum significatio in adiectivo *servili* inest. Cf. c. 44 §. 3.

sublevarent] Cf. adnot. crit. ad §. 14.

Digitized by Google

stantia; propterea quod quos aliquamdiu inermes sine causa timuissent, hos postea armates ac victores superas-
7 sent. Denique hos esse eosdem, quibuscum saepenumero Helvetii congressi non solum in suis, sed etiam in illorum finibus plerumque superarint, qui tamen pares
8 esse nostro exercitui non potuerint. Si quos adversum proelium et fuga Gallorum commoveret, hos, si quaererent, reperire posse diuturnitate belli defatigatis Gallis Ariovistum, cum multos menses castris se ac paludibus tenuisset neque sui potestatem fecisset, desperantes iam de pugna et dispersos subito adortum magis ratione et
9 consilio, quam virtute vicisse. Cui rationi contra ho-

§. 6. inermes] *inermos* Bong. A. Lov., quos Oud. secutus est, ego, cum meorum unus tantum Gu. accedat, sequi dubitavi. Etiam Civ. 1, 68 *inermes* tutius videtur. Sed Alex. 76 *inermi* praeferendum est. Servius quidem, quem Oud. citat, pro nostro arbitrio dicit et secundae et tertiae haec declinationis esse posse. Cf. Garatonius ad Cic. pro Caecina c. 22 p. 124 Neap. (p. 582, 19 Hal.)

§. 7. exercitui] *exercitu* MSS. Achillis Statii, teste Ciacconio, Vind. D. Dr. A a m. pr. Hamb. a m. s. Oud. Vide adnot. crit. ad c. 39 §. 5.

§. 6. inermes] Florus 3, 29, 6: *affluentibus* (ad Spartacum) *in diem copiis, cum iam esset iustus exercitus, e viminibus pecudumque tegumentis inconditos sibi clipeos, e ferro ergastulorum recocto gladios ac tela fecerunt.* Atque inter inermes istos, qui initio erant, Caesar h. l. docet Germanos fuisse, ex quibus Gallisque Epitome Livii 97 partem fugitivorum constitisse refert. Eosdem Germanos (τὸ Γερμανικόν) Plutarchus Crass. 9 stulta arrogantia elatos secessione a Spartaco facta proelium cum Gellio consule commisisse et ad internicionem caesos esse tradit. Quod proelium a. 682 ad montem Garganum factum Appianus Civ. 1, 117 describit. Spartacum ipsum anno post M. Licinius Crassus, de quo ad c. 21 §. 4 dictum est, vicit.

§. 7. Denique] Hanc non extremi, sed gravissimi et rem conficientis argumenti introductionem esse ex eo intelligitur, quod quae §. 8 et 9 dicta sunt, ea item ad timorem Germanorem tollendum pertinent.

superarint] Perfectum rem absolutam (als abgeschlossene historische Thatsache) memoriae prodit. Praeterea notabilis est defectus obiecti e superioribus supplendus, vel *quibuscum* pro *quos cum eis* accipiendum. Nam quo minus *superarint* interpretemur *superiores fuerint*, proxima illa *non solum in suis* etc. impediunt, quae propter collocationem eorum cum *superarint* coniungenda et loci significationem habentia superandi actionem non ab rebus externis separatam a scriptore cogitatam esse probant. Similes participii constructiones Graecorum (nam participium *congressi* effecit ut *quos* in *quibuscum* mutaretur) tetigit *Bernhardy* synt. p. 350, ubi etiam hunc Caesaris locum et alterum Ciceronis de re p. 1, 4 (*is enim fueram, cui cum liceret — non dubitaverim*) citavit, qui tamen participium non habet.

Digitized by Google

mines barbaros atque imperitos locus fuisset, hac ne ipsum quidem sperare nostros exercitus capi posse. Qui 10
suum timorem in rei frumentariae simulationem angustiasque itinerum conferrent, facere arroganter, cum aut de officio imperatoris desperare, aut praescribere viderentur. Haec sibi esse curae: frumentum Sequanos, Leu- 11
cos, Lingones subministrare, iamque esse in agris frumenta matura; de itinere ipsos brevi tempore iudicaturos. Quod non fore dicto audientes neque signa laturi 12
dicantur, nihil se ea re commoveri; scire enim quibuscunque exercitus dicto audiens non fuerit, aut male re gesta fortunam defuisse, aut aliquo facinore comperto

§. 10. conferrent] Vind. A. Ald. et sqq. *conferret* „MSS. fere omnes" Bong. ABC. Pet. Pal. Gott. Voss. A. Egm. Lov. Dr. AB. Vrat. ABC. Goth. B. Bonn. Gu. Vind. BCDFI. Rom. a. Med. a. Ven. bcdf. *conferet* Hamb. *conferre* Ven. e. Ber. Tanto librorum consensui aliquid tribuendum esset, nisi iidem in plurali *viderentur* consentirent: *videretur* tantum in Dr. A. et Carr., *auderet* (nam Voss. A. Lov. et tres vel quattuor alii Oud., Dr. B. Vind. AEI. Ven. f. cum Aldinis, Gr. ab. Steph. Turr. *auderent* pro *viderentur* exhibent, quod ipsum, si zeugma adhibeas, tolerabile, sed per se deterius et leniori posthabendum est) in Vind. C., *audent* in Bong. C. legitur. Itaque *conferret* mendosum videtur.

§. 11. Lingones] *Lingonas* Leid. A. Vind. A. Ald. Gr. a. Turr. Oud. Vide adnot. crit. ad c. 26 §. 6.

§. 12. audientes] *aud. milites* Rom. a. Med. a. Ven. bcdef. Ber. Turr. Dav. Cl. Oud., qui tamen necessarium non esse additamentum intelligebat. Cf. adn. cr. ad c. 51 §. 3. Etiam *ipsos*, quos in proximis dixit scriptor, non tantum arrogantes illos, sed omnes dixit iter brevi tempore facturos.

§. 9. capi] in fraudem induci, berückt werden. Cf. 7, 31: *quorum quisque aut oratione subdola, aut amicitia facillime capi posset.*

§. 10. in rei frumentariae simulationem] Timorem illi suum in ipsam rem frumentariam contulerant, h. e., in ea re positum eaque effectum demonstraverant, sed simulate neque ex animi sententia. Itaque non in rem ipsam, quippe quam non timerent, sed in simulationem rei contulisse eum dicuntur.

de officio imperatoris desperare] Non aliter enim illae timoris causae verae futurae erant nisi si indiligens et officii sui immemor esset imperator, qui et rem frumentariam prospicere et itinera tuta praestare debet. Desperantes igitur de utroque imperatorem suum iudicabant officio non satisfacere, idque arroganter faciebant, quia sibi iudicium de imperatore sumebant.

aut praescribere] si imperatorem in officio esse statuentes nihilo minus sequi recusarent; id plane erat praescribere et multo etiam arrogantius illo.

§. 11. ipsos] Cf. adnot. crit. ad §. 12.

Digitized by Google

13 avaritiam esse convictam: suam innocentiam perpetua vita, felicitatem Helvetiorum bello esse perspectam.
14 Itaque se quod in longiorem diem conlaturus fuisset, repraesentaturum et proxima nocte de quarta vigilia castra moturum, ut quam primum intellegere posset, utrum
15 apud eos pudor atque officium, an timor valeret. Quod

convictam] Carr. Dr. A. Vind. BDI. cum edd. plerisque. *convinctam* Gu. Pal. et nonnulli ex Oud. codd. *coniuncta* Dr. B. Hamb. *coniunctam* reliqui codd., etiam Parisienses et Hav. A. cum Romana Oudendorpii, inc. Gr. b. Turr. Ald. nep. et Oud. 2, quem partim codicum auctoritas, partim quod haec illis *fortunam defuisse* opposita putaret, movit. Sed id si voluisset scriptor, neque *esse*, sed *fuisse coniunctam*, neque *aliquo facinore comperto*, sed *commisso* dixisset, quod *male rei gestae* responderet. *Comperto* vero facinore fiebat, ut avaritiae *convincerentur*, cum ipsum facinus avaritia commissum esse appareret. Quod non illos avaritiae convictos, sed avaritiam convictam esse dixit, insolentius fortasse, at non sine exemplo fecit. Cf. Forcellinus in *convincere*. Est manifesto cognita et deprehensa: Geiz sey ihnen nachgewiesen worden, von ihnen herausgekommen. Codices autem non est quod multum hic moremur: solent a librariis ista permutari et adeo simili sunt scriptura, ut lectori libera sit electio aptissimi. Cf. Garatonius ad Cic. Verr. Act. 1 c. 4 et pro Cluent. c. 5.

§. 13. perpetua vita, felicitatem] Carr. Steph. P. Man. et sqq. Reliqui omnes *vitae* et pars *perpetuae*, pars *felicitate* exhibent; Vind. A. *felicitatem* omittit. Quorum nihil ferri potest. Veram scripturam coniectura invenerat *Barthol. Ricius* apud Brutum, qui eandem in Carr. reperit.

§. 14. conlaturus] Egm. Bong. A. Vind. A. Vrat. A. non *coll.*

fuisset] „MSS. quidam et Edd. primae.“ cod. Achill. Bong. A. Dr. A. Vrat. ABC. Goth. B. Gu. Bonn. Vind. CDI. Pet. Pal. edd. ante Ald. etiam inc. Steph. Gr. b. Turr. *esset* cod. Brantii, Cu. Voss. A. Bong. C., pars Oud., Dr. B. Hamb. Vind. A. Hav. A. cum rell. edd. et Oud., quod per se non minus bonum, quam *sublevarent* §. 5. In recta oratione dixerat *conlaturus eram*. Cf. Alex. 74: *cuius aliquam diu Caesar inridebat — eo loco militum coartationem, quem in locum nemo sanus hostis subiturus esset*. et Zumptii gramm. §. 525. Sed codices alterum exhibentes in hac parte omnino meliores sunt ideoque mihi, ut Elberlingio, sequendi videbantur.

valeret] *plus valeret* Dr. B. Vrat. C. Goth. AB. Vind. ACD. Hav. A. margo Pet. cum edd. plerisque ante Oud., qui auctoritate Bong. AB. Pet. Lov. Gott. Egm. et duorum aliorum atque ed. inc. *plus* eiecit. Potest id genuinum videri. Cf. 6, 30: *sic et ad subeundum periculum et ad vitandum multum fortuna valuit.*

§. 12. avaritiam] quod vitium unum omnium maxime militum animos a duce abalienare solet. Exemplo est Cassius iste Longinus apud Hirtium Alex. 50 sqq.

§. 14. repraesentaturum] statim facturum. Cf. Senecae epist. 95 initium: *Petis a me, ut id, quod in diem suum dixeram debere referri, repraesentem et*

Digitized by Google

si praeterea nemo sequatur, tamen se cum sola decima legione iturum, de qua non dubitaret, sibique eam praetoriam cohortem futuram. Huic legioni Caesar et indulserat praecipue et propter virtutem confidebat maxime.

41. Hac oratione habita mirum in modum conversae sunt omnium mentes, summaque alacritas et cupiditas belli gerendi innata est; princepsque decima legio per tribunos militum ei gratias egit, quod de se optimum iudicium fecisset, seque esse ad bellum gerendum paratissimam confirmavit. Deinde reliquae 2
legiones cum tribunis militum et primorum ordinum centurionibus egerunt, uti Caesari satisfacerent: se nec

Contra Civ. 2, 44: *qui aut gratia aut misericordia valerent.* Itaque eosdem, quos in proximo, eademque de causa codices secutus sum.

Cap. 41. §. 2. cum tribunis militum et — centurionibus] Bong. AB. N. Pet. Pal. Lov. Gott., quinque alii Oud., cod. Brantii, Dr. A. (is *tribus* pro *tribunis*) Vrat. ABC. Goth. B. Ham. Bonn. Gu. Vind. BDE. edd. ante Ven. f. etiam inc. et Turr. *per tribunos militum et — centuriones* Hav. A. reliqui codd. et edd., quod si verum est, *agere* sic intelligendum est, ut 8, 52: *id agi paucorum consiliis, ut interposita senatus auctoritate aliqua parte exercitus spoliaretur.* Sie betrieben es durch die Tribunen — daß sie bei Cäsar Entschuldigung fänden. Sed tribuni et centuriones, ut bene monuit *Sincerus*, ipsi peccaverant, neque causa erat, cur per hos potissimum id agerent. Accedit quod qui eam scripturam exhibent codices, post *uti* addunt *per eos*, (Cu. Voss. A. Bong. C. Leid. A. Duk. Hav. A. Dr. B. Goth. A. Vind. ACF.) quod consistere cum illa nequit. Itaque alteram praetuli, in qua post *egerunt* supplendum est *rogantes* seu *hortantes.* Etenim pudor et conscientia peccati hos, quibuscum agebant, deterrebat, ut rogandi et hortandi essent ad rem suscipiendam. Neque vero opus est ut hac scriptura probata *per eos* recipiatur, quod Oud. faciendum putabat; quo facto rursus nullam codicum auctoritatem haberemus; sed *satisfacerent* ad tribunos et centuriones referendum, quorum satisfactio simul militum satisfactio futura erat. Ea vero, quae sequuntur, tribunos et centuriones de se pariter atque de ipsis dicere Caesari iubebant.

nec] „plerique MSS. et Edd. vett.“ Bong. AB. Pet. Pal. Lov. Gott. Egm. Dr. A. Vrat. ABC. Goth. B. Hamb. Gu. Bonn. Vind. BD.

scribam tibi, an haec etc. Alex. 70: *si quae polliceretur, repraesentaturus esset.*

§. 15. praetoriam cohortem] H. l. plane respondet Germanico Leibwache. Alibi amici praetorem in bellum secuti *cohortis* nomine significantur; de qua ambiguitate appellationis cf. interpretes Ciceronis Verr. 1, 14 p. 211 Neap.

indulserat] in bonam partem, ut 7, 40: *quod semper Haeduorum civitati praecipue indulserat.* Haec vero recens erat indulgentia virtuti legionis iam spectatae tributa.

Cap. 41. §. 2. primorum ordinum] Cf. ad c. 40 §. 1 adscripta.

satisfacerent] „*Satisfacimus* vel verbis: *nollem esse factum.*

Digitized by Google

umquam dubitasse neque timuisse neque de summa belli suum iudicium, sed imperatoris esse existimavisse.
3 Eorum satisfactione accepta et itinere exquisito per Divitiacum, quod ex aliis ei maximam fidem habebat, ut milium amplius quinquaginta circuitu locis apertis exercitum duceret, de quarta vigilia, ut dixerat, profectus est.
4 Septimo die, cum iter non intermitteret, ab exploratori-

edd. ante Ven. f. Vulgo *neque*, quod cum omnino multo frequentius, quam *nec*, tum ante vocalem constanter alibi a Caesare poni solet. Sed id ipsum, et quod secundo tertioque loco *neque* positum est, librarios movisse videtur, ut *nec* in *neque* mutarent. Contra *neque* in *nec* mutandi causa erat nulla. Hoc igitur, quod etiam 5, 35 alteri praecedit, (*nec virtuti locus relinquebatur, neque ab tanta* —) quodque ab aliis scriptoribus ante vocalem positum esse constat, eorundem codicum, quibus paulo ante obtemperandum fuit, auctoritate reposui.

umquam] Bong. A. Vind. A. Egm. non *unq.*

§. 3. aliis] *aliis Gallis* Ald. et sqq. ante Oud. *Gallis* e coniectura Ciacconii Oud. 2, quasi per Gallos tantum exquiri iter potuisset. *alii* sunt reliqui omnes, quorum opera Caesar in exquirendo uti poterat; quos quamvis omnes Gallos fuisse credibile sit, tamen id significari non erat necesse. Cf. Civ. 3, 94: *Pompeius, ut equitatum suum pulsum vidit atque eam partem, cui maxime confidebat, perterritam animum advertit, aliisque difflsus acie excessit.*

Terent. Adelph. 2. 1, 11 vel reapse, ut puta supplicio, mulcta, damno." Gronov. ad Plauti Amph. 3. 2, 8. Atque h. l. de priore satisfactionis genere sermo est; alterum Vercingetorix 7, 89 significat suis se offerens, *seu morte sua Romanis satisfacere, seu vivum transdere velint.*

§. 3. et itinere exquisito per Divitiacum] Hoc si post acceptam satisfactionem factum est, Divitiacus videtur iam ante a Caesare ad iter explorandum missus hoc ipso die revertisse et id, quod Caesari propositum erat, ut circuitis silvis, quae inter eum et Ariovistum intercederent, locis apertis exercitum duceret, fieri posse renuntiasse. Sed fortasse iam tum, cum illa c. 40 §. 11 de itinere dicebat, exquisitum id habebat, ut proprie dicendum esset *exquisitoque iam ante itinere*, quemadmodum Civ. 3, 62 *quibus ille cognitis eruptionisque iam ante capto consilio* dicit. Cf. 7, 68: *perspecto urbis situ perterritisque hostibus.* in quibus item hysteron proteron est.

ut — duceret] Pendent haec ex *itinere exquisito* eiusque instituti causam et consilium demonstrant, quod eo spectabat, ut locis apertis exercitum duceret Caesar. Vt vero milium amplius quinquaginta circuitu duceret, (auf einem Umwege von mehr als 50000 Schritten. cf. 7, 45: *longo circuitu easdem omnes iubet petere regiones.*) non propositum ei fuerat, sed magnitudine silvarum interiectarum efficiebatur. Itaque brevitatis studio et adiuvante *ut* coniunctionis significatione ancipiti, qua effectum pariter atque propositum indicat, utrumque uno verborum ambitu comprehendit. Iter enim exquisiverat, ut locis apertis exercitum duceret, idque sic exsecutus erat, ut tanto circuitu duceret.

Digitized by Google

bus certior factus est Ariovisti copias a nostris milibus passuum IIII. et XX. abesse. 42. Cognito Caesaris adventu Ariovistus legatos ad eum mittit: quod antea de colloquio postulasset, id per se fieri licere, quoniam propius accessisset; seque id sine periculo facere posse existimare. Non respuit conditionem Caesar, iamque eum 2
ad sanitatem reverti arbitrabatur, cum id, quod antea petenti denegasset, ultro polliceretur, magnamque in spem veniebat pro suis tantis populique Romani in eum beneficiis cognitis suis postulatis fore uti pertinacia desisteret. Dies colloquio dictus est, ex eo die quintus. 3
Interim saepe ultro citroque cum legati inter eos mitte- 4
rentur, Ariovistus postulavit, ne quem peditem ad colloquium Caesar adduceret: vereri se, ne per insidias ab eo circumveniretur: uterque cum equitatu veniret: alia ratione sese non esse venturum. Caesar, quod neque 5
colloquium interposita causa tolli volebat neque salutem suam Gallorum equitatui committere audebat, commodissimum esse statuit omnibus equis Gallis equitibus de-

Cap. 42. §. 1. antea] *ante* Dr. A. Vind. AB.

existimare] Carr. Bong. AB. Pet. Lov. Pal. Gott. Egm., quattuor alii Oud., Gu. Vrat. ABC. Goth. B. Bonn. Hamb. (is *extimare*) inc. *existimet* a m. pr. Dr. A. Goth. A. *existimaret* reliqui Oud., Goth. A a m. s. Dr. B. Vind. ACD. Hav. A. edd. rell. ante Oud., quod si sine dubio ad Ariovistum referri posset, nequaquam deterius esset.

§. 4. saepe ultro citroque cum] Hunc ordinem verborum „MSS. plerique" Bong. AC. Pet. Pal. Dr. AB. Vrat. ABC. Goth. AB. Gu. Hamb. Bonn. Vind. BCFI. inc. exhibent. In Vind. A. *cum legati* post *saepe*, vulgo *cum* ante *saepe* positum est. Ego codices sequi non dubitavi. Cf. 2, 15: *quorum de natura moribusque Caesar cum quaereret, sic reperiebat.* 5, 23: *ac summa tranquillitate consecuta, secunda inita cum solvisset vigilia, prima luce terram attigit.*

sese] „MSS. octo et Edd. primae" Bong. AC. Pet. Pal. Dr. AB. Vrat. ABC. Goth. B et a m. s. A. Gu. Hamb. Bonn. Vind. BCF. edd. ante Ven. f. In Leid. A. Vind. A. omissum, vulgo *se* scriptum est, quod nescio, qua religione ductus Oud. servaverit, cum *sese* aptissimum et tantum non necessarium sit: er seiner Seits.

§. 5. equitatui] *equitatu* ed. Scal.

Cap. 42. §. 5. interposita causa] Quamdiu Ariovistus sine causa colloquium detrectaverat, ipse a pace abhorrere, Caesar aequitate et iustitia anteire visus erat. Iam vero causa interposita, si colloquium tolleretur, de Caesaris animo res in suspicionem venire poterat. Itaque hoc modo tolli id nolebat, quamvis causa ipsa ab Ariovisto inter promissionem et effectionem rei interposita falsa et inanis esset.

omnibus equis Gallis equitibus detractis] Hic dubitari non debebat, utrum equos equitibus, an

Digitized by Google

tractis eo legionarios milites legionis decimae, cui quam maxime confidebat, inponere, ut praesidium quam ami-
6 cissimum, si quid opus facto esset, haberet. Quod cum fieret, non inridicule quidam ex militibus decimae legionis dixit: plus, quam pollicitus esset, Caesarem facere: pollicitum se in cohortis praetoriae loco decimam legionem habiturum ad equum rescribere. 46. Plani-

quam maxime] *quod m.* Bong. AB. *maxime* Vind. F. ed. Cl. Sic sane in fine c. 40 dicendum fuit, ut maximam ex omnibus decimae legioni fidem habitam demonstraretur; sed h. l. superlativus non ad reliquas legiones, sed ad omnes modos confidendi spectat, eique augendo *quam* inservit, quod eadem ratione alteri superlativo *amicissimum* additum est.

inponere] Bong. A. Vind. A. Bonn. non *imp.*

§. 6. inridicule] Bong. A. Vind. A. Egm. Vrat. A. non *irr. irridiculose* Hamb.

dixit] *dixerunt* Dr. Br. *dixerant* Bong. C.

facere] *ei f.* Bong. AB. Pet. Lov. Carr. Pal. Leid. A. cod. Brantii, tres vel quattuor alii Oud., Dr. A. Vrat. ABC. Goth. B. Vind. D. Gu. Hamb. Bonn. edd. ante Ven. f. Turr. Oud. 1. Id ferri posset, si *eam*, non *decimam legionem*, sequeretur. Nunc glossema habendum et cum Hav. A. Dr. B. Goth. A. Vind. AC. reliquis Oud. codd. et edd. ipsiusque Oud. 2 omittendum visum.

se] Pet. N. Lov. Bong. AB. Gott. Egm. Pal. cod. Achill. Brant. sex Oud. cum parte meorum et edd. ante Ven. f. *esse* „multi" Bong. C. Dr. B. Goth. A. Vind. ACFI. Hav. A. Ven. f. et sqq. usque ad Scal., qui simpliciter delevit. Eius loco Oud. 1 *se* repositum in ed. 2 perperam omisit.

ad equum] Praepositum his *nunc* in Gr. a. Graev. Dav. Cl. et Oud. (*et nunc* in Vind. D. edd. ante Ald. et Gr. b. *et non* in Carr.

equites equis detrahere voluisse Caesar dicatur, cum et collocatio verborum et quod sequitur adverbium *eo* de equis detrahendis cogitasse scriptorem, non de equitibus, perspicue doceat. Atque ita *detrahere* 2, 25 (*scuto ab novissimis uni militi detracto*) et 6, 5 (*haec prius illi detrahenda auxilia existimabat*) et 8, 54 (*neque obscure hae duae legiones uni Caesari detrahuntur*) dictum est. Non minus certum est *omnibus* esse ad *equis*, non ad *Gallis equitibus*, referendum, eadem verborum collocatione et membrorum aequabilitate flagitante. Neque id sine ratione additum est. Equites enim Gallos Caesar, ut c. 15 docuit, circiter quattuor milium numero habebat, quibus aliquanto plures equos fuisse consentaneum est; atque his equis omnibus ad integram legionem devehendam opus habiturus atque usurus erat.

si quid opus facto esset] Haec locutio ex duabus conflata videtur, una, si opus esset ut aliquid fieret, altera, si opus aliquo facto esset. Itaque *quid* nominativus est, ut c. 34 §. 2: *si quid ipsi a Caesare opus esset*. Eodem modo locutus est Corn. Nepos Eum. 9: *conveniunt duces: quaeritur, quid opus sit facto*.

§. 6. inridicule] Videtur ἅπαξ λεγόμενον. Adiectivum autem, cuius nonnulli mentionem inferunt, nunquam in usu fuit.

ad equum rescribere] in locum eorum, qui equo merent, evehere

Digitized by Google

ties erat magna et in ea tumulus terrenus satis grandis. Hic locus aequo fere spatio ab castris Ariovisti et Caesaris aberat. Eo, ut erat dictum, ad colloquium venerunt. Legionem Caesar, quam equis devexerat, passibus du- 2
centis ab eo tumulo constituit. Item equites Ariovisti

Pal. tribus recentioribus Oud. Dr. B. Vrat. C. Goth. B. Vind. CFI. *non* in Vind. E. *et* in Ald. praepositum est) auctoritate Cu. Bong. ABC. Pet. Voss. A. Gott. Egm. quinque Oud. Dr. A. Vrat. AB. Goth. A. Vind. AB. Hamb. Bonn. inc. Steph. P. Man. Ald. nep. Lips. Iu. omisi.

Cap. 43. §. 1. Planities] Vulgo *planicies*, contra analogiam nominum *canities*, *durities*, *mollities*.

terrenus] *terreus* Dr. B. et fortasse Ox. Vind. FI. item Ven. f. et excepta Steph. sqq. usque ad Oud. 2, qui secundum ea, quae ad Sueton. Calig. c. 19 p. 496 ostendit, *terrenus*, quod etiam Parisienses libri tuentur, restituit. In Vind. C. est *terrens*, in Goth. A. *terenus* cum puncto sub *n*. *terreus*, nisi tot codices obstarent, ferri posset.

aequo fere spatio] *aequum f. spatium* cod. Vrsini, Ox. Vind. A.

ab castris] *a c.* Vind. AE. Pal. Goth. B et a m. pr. A. ed. Steph.

Ariovisti et Caesaris] *utriusque* Vind. A. Hav. A. Aldinae, Gr. a. Steph. Turr. Lips. Cl. *utrisque* S. And. Ox. item Iu. Dav. Oud., quibus *Ariov. et Caes.* glossema iudicantibus accedere non possum. Potius ex Ephemeridibus (cf. adnot. crit. ad c. 39 §. 2) brevius illud fluxisse crediderim, aut, quod magis verisimile puto, viro docto deberi, qui cum exemplar variis lectionibus ex Ephemeridibus ductis instructum nactus esset, originem earum ignorans et ad grammatici alicuius studium variandae orationis referens eodem scilicet studio nonnulla variaverit, quae deinde pro genuinis ex margine recepta genuina expulerint. Certe iidem codices, qui h. l. *utriusque* vel *utrisque* (quod Scaliger ex suo codice sumpsisse videtur) exhibent, multis locis ita ab reliquis discrepant, ut aliter explicari discrepantia vix possit. Hic vero accedit, quod neque ipsi inter se consentiunt neque omnes eiusdem generis brevius tenent; quo minus eis obsequendum putavi. Ceterum in Gu. haec ita scripta sunt: *ab in Ariovisti et Caesaris castris utriusque.*

§. 2. devexerat] *vexerat* Pet. Bong. AB. Lov. Gott. Egm. Lb. cum uno Oud. (non Leid. A. And. Ox.) Dr. A. Vind. B. Vrat. AB. Gu. Hamb. Bonn. inc. *quievexerat* Vind. C. *vexerat* ferri nequit, quia vectio non simplex, sed certum ad finem instituta certumque terminum habitura fuerat, quam verbi *devehere* significationem esse docuit *Herzogius*.

seu equites ex peditibus facere. Militia autem equestris cum honoratior erat, tum maiorem censum seu rem familiarem requirebat. Cf. Salmasius de re mil. Rom. c. 21 p. 239 sq. Itaque censum plus quam quattuor milium hominum ex plebeio ad equestrem insigni sane liberalitate adauctum non inridicule ille et fortasse cum quadam cupiditatis significatione Caesari acceptum referebat.

Cap. 43. §. 1. ut erat dictum] h. e. constitutum. Erant enim saepe ultro citroque legati inter eos missi.

Digitized by Google

3 pari intervallo constiterunt. Ariovistus ex equis ut col-
loquerentur et praeter se denos ut ad colloquium addu-
4 cerent, postulavit. Vbi eo ventum est, Caesar initio
orationis sua senatusque in eum beneficia commemoravit,
quod rex appellatus esset a senatu, quod amicus, quod
munera amplissime missa; quam rem et paucis contigisse
et pro magnis hominum officiis consuesse tribui docebat;
5 illum, cum neque aditum neque causam postulandi iu-
stam haberet, beneficio ac liberalitate sua ac senatus ea
6 praemia consecutum. Docebat etiam, quam veteres
quamque iustae causae necessitudinis ipsis cum Haeduis
7 intercederent; quae senatus consulta, quotiens quam-
que honorifica in eos facta essent; ut omni tempore to-

§. 4. Vbi] *ut* And. Ox. Vind. A.

amplissime] Bong. ABC. Pet. Pal. Voss. A. sex Oud. Dr. AB. Vrat. ABC. Goth. AB. Hamb. Bonn. Vind. CF. edd. ante Iu. *tam amplissima* Cu. And. Ox. S. Leid. A. Vind. A. Hav. A. *amplissima* margo Voss. A. a m. pr. pro var. lect. item margo Gr. a. et Iu. cum sqq. edd., quae lectio ex duabus illis mixta per se satis bona, sed auctoritate fere destituta est. Illarum ipsarum autem cum utravis probari posset, eam praetuli, quae a codicibus firmior nec vulgaris admodum nec nimis ab usu remota videretur. Cf. Cic. Phil. 5, 19: *ager militibus legionis Martiae — ita daretur, assignaretur, ut quibus militibus amplissime dati, assignati essent.*

§. 5. cum] *quando* Voss. AB. Leid. A. Goth. A. Vind. ACI. St. *quoniam* Dr. A. Pal. *quod* Leid. B. quae varietas ex *quom* originem ducere videtur.

§. 7. quotiens] Sic codices tantum non omnes, non *quoties*, quod inde ab Aldo obtinuit.

§. 3. ex equis] Similiter *ex vinculis* causam dicere c. 4 §. 1 legitur.

§. 4. commemoravit] in memoriam ei revocavit. Exempla dictionis, quam nescio qua ratione *magnificam* vocat, contulit Gronov. ad Plauti verba Pseud. 5, 1, 36 *venio foedus commemoratum.*

munera] Scipionem eburnum et togam pictam Tacitus Ann. 4, 26 *antiqua patrum munera* regibus appellandis mitti solita dicit. Quid praeterea Ariovistus utpote amplissime donatus acceperit, ex Livii 30, 15 colligi potest, qui de Scipionis in Masinissam humanitate haec refert: *primum regem appellatum eximiisque ornatum laudibus aurea corona, aurea patera, sella curuli et scipione eburneo, toga picta et palmata tunica donat.*

§. 7. in eos] His verbis nihil aliud, nisi quos spectaverint illa senatusconsulta, indicatur: ornamento ea Haeduis et utilitati fuisse ex reliqua oratione intelligitur. Itaque *in* idem est, quod §. 4: *sua senatusque in eum beneficia.* Cf. 2, 14: *ut sua clementia ac mansuetudine in eos utatur.* 5, 5: *quorum in se fidem perspexerat.* 7, 68: *Caesaris in se indulgentiam requirunt.*

Digitized by Google

tius Galliae principatum Haedui tenuissent, prius etiam, quam nostram amicitiam appetissent. Populi Romani 8
hanc esse consuetudinem, ut socios atque amicos non modo sui nihil deperdere, sed gratia, dignitate, honore auctiores velit esse: quod vero ad amicitiam populi Romani adtulissent, id iis eripi quis pati posset? Postulavit 9
deinde eadem, quae legatis in mandatis dederat, ne aut Haeduis, aut eorum sociis bellum inferret; obsides redderet; si nullam partem Germanorum domum remittere posset, at ne quos amplius Rhenum transire pateretur.
44. Ariovistus ad postulata Caesaris pauca respondit, de suis virtutibus multa praedicavit: Transisse Rhenum 2
sese non sua sponte, sed rogatum et arcessitum a Gallis; non sine magna spe magnisque praemiis domum propinquosque reliquisse; sedes habere in Gallia ab ipsis con- 3
cessas, obsides ipsorum voluntate datos; stipendium capere iure belli, quod victores victis inponere consuerint.

§. 8. adtulissent] Vind. A. Bong. A. non *att.*

iis] Id h. l. ex Goth. B. Pal. Rom. a. Med. a. Ven. b. retinendum visum est, cum in Dr. B. Hamb. Bong. C. *is* scriptum sit. Vind. A. *a se*, Bong. A. et reliqui codices a me collati *his* (idque Dr. A. Vind. BC. ante *id*) vel *hîis* (Vrat. C. Bonn.) exhibent.

Cap. 44. §. 1. Ariovistus] *Ar. qui* Ox.

suis] *s. quidem* Vind. A.

§. 2. Rhenum] om. cod. Vrsini, Ox. Vind. A. Hav. A. quod quale sit, ex proxime notatis variis lectionibus duabus indicetur, et ex eo, quod Vind. A. cum quinque Oud. et sex meis deterioribus etiam *sese* omisit, Vrsini autem codex pro eo *se* habet.

§. 3. inponere] Bong. A. Vind. A. non *imp.*

§. 8. auctiores] *Auctus* honore dicitur is, qui honorem accepit, quamvis nullam antea habuerit. Itaque comparativus positus est, quod status Haeduorum iam ante honestus fuerat. Cf. Dukerus ad verba Flori 4. 2, 10 *auctiores opes.*

§. 9. quae legatis in mandatis dederat] h. e. ita, ut eis in mandatis essent, ut legati ea mandata seu pro mandatis et mandatorum loco haberent. Non aliter interpretandum illud est, quod 7, 34 legitur: *equitatumque omnem et peditum milia x. sibi celeriter mitterent, quae in praesidiis rei frumentariae causa disponeret.*

at] Rarior est in his commentariis particulae *at* post minorem interpunctionem usus, eiusque significatio fere gravior, quam initio enuntiationis, et adverbio *saltem* propior. Cf. 6, 40: *etsi pars aliqua circumventa ceciderit, at reliquos servari posse confidunt.*

Cap. 44. §. 2. non sine magna spe magnisque praemiis] Nulla causa videtur, cur hoc non proprie dictum, sed ἓν διὰ δυοῖν esse statuatur.

§. 3. ab ipsis] sc. Gallis, quorum nomen ex antecedente Galliae supplendum est. Cf. c. 40 §. 5.

Digitized by Google

4 Non sese Gallis, sed Gallos sibi bellum intulisse; omnes Galliae civitates ad se oppugnandum venisse ac contra se castra habuisse: eas omnes copias a se uno proelio pul-
5 sas ac superatas esse. Si iterum experiri velint, se iterum paratum esse decertare; si pace uti velint, iniquum esse de stipendio recusare, quod sua voluntate ad id tem-
6 pus pependerint. Amicitiam populi Romani sibi or-

oppugnandum] *eumpugnandum* Cu. Leid. A. S. Vind. A. *impugnandum* Bong. C.

pulsas] Bong. A. Voss. A. „et novem alii", inter quos Fabr. ex. Gott. Egm. Ort. Conf. vero etiam Pet. Bong. C. Pal. refert, Carr. Par. A. Dr. AB. Vrat. ABC. Goth. AB. Bonn. Vind. CDEFI. cum inc. et rell. edd. ante Ald. *fusas* „Bong. B. And. Lov. (hunc Fabr. ex. *fusas ac* omittere testatur) Ox. Pet. Leid. A. et ceteri", Vind. A. Ald. et sqq. Id vero plus est, quam *superatas*, ideoque minus recte ei praeponitur. Etiam Oud. *pulsas* malebat.

§. 5. se iterum paratum esse] Reg. N. Voss. AB. Pet. sec. Dav. et ex. Fabr. Bong. ABC. Gott. Egm. Vusin. Brant. et omnes Oud. („vel sine *se* aut sine *esse*") Dr. AB. Vrat. AB. Goth. A. Bonn. Vind. F. inc. Steph. Gr. b. *se iterum paratum* alius Vrsini. *iterum paratum esse* Vrat. C. Goth. B. Vind. BD. et unus (Pal. ut opinor) apud Fabricium cum Rom. a. *se iterum paratum est* Hamb. *paratum se iterum* Pet. et Pal. sec. ex. Conf. *se paratum* Vind. A. et ut videtur, Carr. *paratum se* Ven. f. et rell. ante Oud. *iterum paratum sese* Oud., quod, quamvis bonum sit, nullo tamen modo admitti debet.

si pace uti velint] *sin pacem malint* Aldinae, Gr. a. Steph. Turr. Lips. quorum medium (*pacem*) in uno Vrsini, And. Hav. A. Vind. A. Ven. f. exstat, primum et tertium in solo Pet. reperta non modo in Gr. b., sed etiam in Iu. Graev. Dav. Cl. recepta sunt. *mallent* duo Vrs. Hav. A. Vind. A. Ven. f. *vellent* Vrat. A. De lectione Aldina idem indicandum, quod de proxima Oudendorpiana *iterum paratum sese*.

pependerint] *perpenderint* Egm. Vrat. A. *propenderint* Carr. *praependerint* Duk. *dependerint* Voss. A. Leid. A. S. Ox. Hav. A. Vind. A. Aldinae, Gr. ab. Steph. Turr. Oud. 2, qui etiam in adnotatione prioris ed. hoc sibi placere ostendit et integrum stipendium pendere, sine ulla defraudatione persolvere interpretatur. Verum hoc ipsum, quod potest eo verbo significari, minus aptum videtur. Cur enim Haeduos ea laude afficeret Ariovistus? Num minus inique facturi erant, si minus accurate ad id tempus pensum deinde omnino pendere detrectarent? Accedit quod verbis

§. 4. ac contra] Nunquam Caesar *ac* ante vocalem, nunquam ante *q*, semel ante *g* (7, 81 *ac glandibus*), ante *c* ter posuisse videtur, h. l. et Civ. 3, 75 *ac conquiescere* et ib. 78 *ac commeatu*.

§. 5. de stipendio recusare] Sic Ariovistus illam partem postulatorum Caesaris, quae ad obsides reddendos spectabat, interpretabatur. His enim redditis, simul bello abstinere iussus sane habiturus non erat quo eos stipendium pendere cogeret.

Digitized by Google

namento et praesidio, non detrimento esse oportere, id-
que se ea spe petisse. Si per populum Romanum stipen- 7
dium remittatur et dediticii subtrahantur, non minus li-
benter sese recusaturum populi Romani amicitiam, quam
adpetierit. Quod multitudinem Germanorum in Gal- 8
liam traducat, id se sui muniendi, non Galliae impugnan-
dae causa facere: eius rei testimonio esse, quod nisi ro-
gatus non venerit, et quod bellum non intulerit, sed de-
fenderit. Se prius in Galliam venisse, quam populum 9
Romanum. Numquam ante hoc tempus exercitum po- 10
puli Romani Galliae provinciae fines egressum. Quid 11
sibi vellet, cur in suas possessiones veniret? Provinciam

sua voluntate iam satis integrum eos persolvisse declaratur. Codices autem ii habent *dependerint*, quos in proximis aliquoties deserendos esse videmus.

§. 7. adpetierit] Bong. A. Egm. Vind. A. Vrat. A. non *app.*

§. 8. traducat] *transducat* Ald. nep. et sqq.

testimonio] Cu. Voss. AB. Bong. C. And. Leid. A. Vind. AC. Dr. B. Goth. A. Ald. Steph. Vulgo *testimonium*, quod propter antecedentem genitivum multo verisimilius est ex illo, quam illud ex hoc a librariis procusum esse. *testimonio esse* sine varietate legitur 5, 28 et 6, 28. Et cum genitivo, plane ut hic, coniungitur a Cicerone pro Rosc. Com. 4: *eius rei ipsa verba formulae testimonio sunt.*

§. 10. Numquam] Bong. A. Vind. A. Egm. non *nunq.*

fines] Cu. Duk. Carr. et, qui deinde *ingressum*, Bong. C. Hav. A. Vind. AC. Dr. B. Goth. A. Gr. b. Reliqui codices et edd. usque ad Lipsium *finibus*, quem casum Caesar in his de bello Gallico commentariis constanter verbo *egredi* iungit. Sed Civ. 3, 52 est *munitiones nostras egressi*, et aptior accusativus ibi est, ubi, ut h. l., transeundi et superandi significatio obtinet. Quo minus autem variandae orationis causa *fines* in margine positum indeque in partem codicum translatum statuamus, ineptum illud *ingressum* prohibet, quod accusativum vitiosum potius librariis illis quam elegantiorem visum esse ostendit. Itaque Lipsii lectionem cum Oud. tenui.

§. 6. idque] ut populi Romani amicus esset et appellaretur, quod utrumque amicitiae populi Romani nomine comprehensum est, quae ipsa causa mutandi generis et neutrius pro feminino ponendi fuit. Cf. Demosthenis Olynth. 2 §. 15: δόξης ἐπιθυμεῖ καὶ τοῦτο ἐζήλωκε. et Ciceronis de nat. de. 3, 7: *modo possemus eum* (mundum) *animantem cogitare, vel potius ut cetera oculis, sic animo hoc cernere.* sc. esse eum animantem.

§. 7. remittatur] solvendi necessitas tollatur.

§. 11. Quid sibi vellet, cur — veniret?] *Sibi* de Caesare intelligendum, post *vellet* cum Oud. 2 comma ponendum et *cur* tamquam relativum ad *quid* referendum videtur, ut *quare* c. 45 §. 1. Cf. Afr. 87: *et quid sibi vellent, sciret.* et Livii ac Pseudociceronis

Digitized by Google

12 suam hanc esse Galliam, sicut illam nostram. Vt ipsi concedi non oporteret, si in nostros fines impetum faceret, sic item nos esse iniquos, quod in suo iure se inter-
13 pellaremus. Quod fratres [e senatus consulto] Haeduos appellatos diceret, non se tam barbarum neque tam imperitum esse rerum, ut non sciret neque bello Allobrogum proximo Haeduos Romanis auxilium tulisse neque ipsos in his contentionibus, quas Haedui secum et cum Sequanis habuissent, auxilio populi Romani usos esse.
14 Debere se suspicari simulata Caesarem amicitia, quod

§. 12. item] *iterum* Carr. Duk. Lips. Scal. Graev. Dav. Cl. Oud. 1 ipso Oud. invito, ut ex eius adnotatione apparet.

quod] *qui* „MSS. qdd. et Edd. vett." edd. ante Turr. et Oud. 1. MSS. illos, quos Oud. 1 ratione non reddita secutus est, non optimos fuisse ex Fabricii exemplari et ex meorum comparatione intelligitur: *qui* tantum in Pal. Vrat. C. Goth. AB. Gu. Hamb. Vind. CDE. legitur. Merito Oud. 2 *quod* restituit.

§. 13. Quod fratres [e senatus consulto] Haeduos appellatos diceret] Secundum codices Caesar aut *quod fratres Haeduos appellatos diceret*, aut *quod a se Haeduos amicos appellatos diceret* scripsisse putandus est, quorum illud in Bong. A. Par. A. Dr. A. et eorum asseclis, hoc in Vind. A. Hav. A. Par. B. variato tamen nominis *amicos* loco legitur. Neutrum probabile est. Itaque editores alii aliter locum emendare conati sunt. Ante Ven. b. legebatur: *quod fratres a se: et amicos app. heduos dic.* In Ven. b. *a se.* in Ven. cde. Ber. *a se* scriptum idque in Ven. f. servatum, sed *heduos* ante *app.* collocatum est. Aldus edidit *quod ex senatusconsulto Haeduos app. am. dic.* Stephanus *quod a senatu Hed. app. am. dic.* Gr. b. *quod fratres ex S. C. et am. app. Hed. dic.* Denique Oud. *quod fratres a senatu Aeduos appellatos diceret.* Quae lectio ad sensum commodissima est, sed sine ratione credi vult *a senatu* per compendium *a se.* scriptum, deinde a librariis omissum esse. Multo facilius *e S. C.* post *fratres* in altero codicum genere excidere, in altero *a se* eius loco scribi potuit. Hoc igitur supplemento ex coniectura inserto reliqua cum Oud. sic exhibui, ut in vetustissimis libris leguntur.

locos ab *Herzogio* et *Lipperto*, qui *sibi* tamen ad Ariovistum referunt, citatos.

§. 12. ipsi] non *sibi*, quo certius exspectatio moveatur alterius huic opponendi, quod est *nos*. Quod si accusativo locus fuisset, *sese* eadem vi dici poterat. Cf. c. 40 §. 4 et c. 43 §. 6, ubi *ipsius* et *ipsis* item pro *sua* et *sibi*, sed alia de causa et ad evitandam ambiguitatem posita sunt.

§. 13. bello Allobrogum proximo] Cf. adnot. ad c. 6 §. 1. Ariovistus bellum a Pisone gestum, quod gravius fuerat, respicere videtur.

Haedui] Id perspicuitatis causa repetitum, quamquam *ipsos* dum dicit, eosdem Haeduos in animo habet. Cf. c. 24 §. 1 ibique adnotata.

§. 14. amicitia] Haeduorum, si proxima sequimur. Sed verba

Digitized by Google

exercitum in Gallia habeat, sui opprimendi causa habere. Qui nisi decedat atque exercitum deducat ex his regioni- 15
bus, sese illum non pro amico, sed pro hoste habiturum. Quod si eum interfecerit, multis sese nobilibus principi- 16
busque populi Romani gratum esse facturum: id se ab ipsis per eorum nuntios compertum habere, quorum omnium gratiam atque amicitiam eius morte redimere posset. Quod si decessisset et liberam possessionem 17
Galliae sibi tradidisset, magno se illum praemio remuneraturum et quaecumque bella geri vellet, sine ullo eius labore et periculo confecturum. 45. Multa ab Caesare

§. 15. decedat] *discedat* Gott. Vind. A. Gu.

pro hoste] *pro* om. Bong. AB. Pet. Pal. Gott. Egm. quattuor alii Oud. Dr. A. Vrat. ABC. Goth. B. Gu. Hamb. Bonn. Vind. BDE. (hic *hostem*) edd. ante Ven. f. (etiam inc.) Sed 5, 31 in verbis *non ab hoste, sed ab homine amicissimo Ambiorige consilium datum* solus Carr. alterum *ab* omisit, et Caesar omnino praepositiones iterare solet.

§. 16. sese] *se* Dr. A. Vind. AB. edd. ante Ven. f. quod magis placet. In Bong. A. Plüschkius *sese*, an *esse* scriptum esset, dubitabat.

§. 17. decessisset] Ex Leid. AC. Ox. et margine Voss. A. et ed. inc. merito hoc, si supra §. 15 *decedat* verum haberi debet, pro *discessisset* recepit Oud. Accedunt Hav. A. Vind. A. et, qui *decedisset* habent, Vrat. B. Bonn. In Hamb. ambigue *descessisset*, in Dr. B. Vind. F. Bong. C. *recessisset*, in reliquis et in edd. ante Oud. *discessisset* legitur, quod ad proprium et perpetuum, qualem Ariovistus postulabat, discessum significandum minus aptum est.

et liberam] *ac lib.* edd. ante Oud. et Oud. 2.

quaecumque] Bong. A. Vind. A. non — *cunque*.

Cap. 45. §. 1. ab Caesare] Ante Oud. legebatur *a Caes.*, quod recte ab illo mutatum est, si MSS. optimi, quemadmodum dicit, magno numero *ab* exhibent. Et in Fabric. ex. *ab* ex Bong. AB. Pet. Gott. Egm. Lov. affertur. Sed ex meis pauci neque optimi, Gu. Bonn. Vrat. AB., accedunt, reliqui omnes *a* tenent. Contra §. 2 *ab Q.* Oud. pro *a Q.* secundum sex codices meliores et ed. inc. a se positum dicit, quod meorum plurimi et optimi tuentur: tantum Dr. B. Vrat. C. Goth. AB., et fortasse posteriorum Vind. unus et alter ibi *a* exhibent, neque silentio exemplaris Fabric. ego magis, quam Oudendorpius adducor, ut idem in omnibus codicibus illis inventum esse credam. Itaque suspicor Oudendorpium in quibus libris *ab Q.* invenisset, his *ab Caesare* tribuisse et huius scripturae auctoritatem cum illa permutasse. Quod si verum est, *ab Q.* tenendum, hic vero *a Caesare* scribendum videtur.

de industria ita composita sunt, ut etiam ad Ariovisti amicitiam referri possint, quam Caesar sibi c.
35 §. 4 perpetuam fore dixerat, si postulata faceret. Quod autem perpetuum nobis futurum dicimus, id nunc nobis esse ostendimus.

Digitized by Google

in eam sententiam dicta sunt, quare negotio desistere non posset, et neque suam neque populi Romani consuetudinem pati, uti optime meritos socios desereret, neque se iudicare Galliam potius esse Ariovisti, quam populi Ro-
2 mani. Bello superatos esse Arvernos et Rutenos ab Q. Fabio Maximo, quibus populus Romanus ignovisset neque in provinciam redegisset neque stipendium inposuis-
3 set. Quod si antiquissimum quodque tempus spectari

et neque] *et* om. Ox. Carr. Vind. AI. Steph. Iu. nec male; ut post *posset* colon ponatur et *multa* illa deinceps summatim recenseri existimentur.

meritos] And. S. Leid. A. Ox. Bong. C. Dr. AB. Vind. A. Ald. et sqq. *merentes* Carr. Pet. Pal. Bong. AB. Voss. A. Lov. Gott. Egm. reliqui Oud. Vrat. ABC. Goth. B et a m. pr. A. Gu. Hamb. Bonn. Vind. EI. inc. et edd. rell. ante Ald., quod Oud. non deterius videbatur. Non olim modo, inquit, optime meriti erant: sed adhuc dum merebant. Recte; sed tum quidem adversus Ariovistum; apud quem et in colloquio de pace habito non propterea laudari debebant socii, quod eum oppugnando bene de Romanis mererent. Praeterea participium praesentis minus usitatum et magis argutum est, quam praeteriti, quod qui h. l. exhibent codices, hi fere insolentiora captant, ut non sine fide alterum servasse videantur. Et accedit ex diverso genere Dr. A. et, ut videtur, Vind. B.

§. 2. ab Q.] Cf. adn. ad §. 1.

inposuisset] Bong. A. Vind. A. Vrat. A non *imp*.

Cap. 45. §. 1. in eam sententiam — quare] Quae fuerit dictorum sententia, in quam oratio Caesaris quasi ingredi et transire fingitur, (ut Civ. 1, 1 *in eandem sententiam loquitur Scipio*) declaratur coniunctione *quare*, quam vehementer errant qui ad *multa* referunt, quo facto *eam* explicari non potest. Sententia autem et argumentum orationis hoc erat, ut diceret, quare etc.

§. 2. ab Q. Fabio Maximo] Aemiliano, consule a. u. 633. Ab eo cum Arvernis et Rutenis pugnatum esse ad Isarae et Rhodani confluentes auctor est Strabo l. 4 p. 42 Tz.

neque — redegisset neque — inposuisset.] Cf. c. 40 §. 7: *quibuscum congressi superarint*, quo loco *eos* suppleri poterat. Hic vero nihil supplendum, sed eius pronominis, cuius dativus praecessit, accusativus primum, deinde rursus dativus ad suum quisque verbum adhibendus est. Similiter Alex. 56: *edictum tota provincia proposuerat, quibus pecuniam imperasset neque contulissent, se adirent*. Afr. 25: *quibus cum conditionem ferret, ut oppido excederent idque sibi vacuum traderent, conditionemque repudiassent*, ubi dativo nominativus substitui debet.

§. 3. antiquissimum quodque tempus spectari] h. e. singula tempora secundum antiquitatem aestimari et id, quod Ariovistus in Gallia consumpserit, cum eo, quo Romani ea potiti sint, conferri. Ita sane magis iustum Romanorum in Gallia imperium erat, si iam ante sexaginta tres annos Galliam vicerant. Sed ista Fabii

Digitized by Google

oporteret, populi Romani iustissimum esse in Gallia imperium: si iudicium senatus observari oporteret, liberam debere esse Galliam, quam bello victam suis legibus uti voluisset. 46. Dum haec in colloquio geruntur, Caesari nuntiatum est equites Ariovisti propius tumulum accedere et ad nostros adequitare, lapides telaque in nostros coniicere. Caesar loquendi finem facit seque ad 2
suos recepit suisque imperavit, ne quod omnino telum in hostes reiicerent. Nam etsi sine ullo periculo legionis 3
delectae cum equitatu proelium fore videbat, tamen committendum non putabat, ut pulsis hostibus dici posset eos ab se per fidem in colloquio circumventos. Postea- 4

Cap. 46. §. 1. ad nostros] *ad* om. codex Vrsini, Cu. Hav. A. Vind. A. Lips. Iu. Graev. Dav. Praetermissio non per se neque ideo, quod sententiam ambiguam reddat, sed codicum causa et quod a consuetudine scriptoris abhorret, improbanda est.

§. 2. facit] Bong. AB. Pet. Egm. Gott. tres alii Oud. Dr. A. Vrat. AB. Gu. Bonn. Vind. ABI. inc. *fecit* reliqui codd. et edd. etiam Oud., qui tamen in adnotatione mutationem illam temporis frequentem et elegantem esse ostendit. Hoc vero loco etiam aptissima est. Nam finem Caesar haud dubie statim faciebat colloquendi, reliqua etiam paulo tardius administrare poterat.

§. 4. volgus] Ox. Voss. A. *vulgos* Rom. a. Med. a. quod fortasse ex illo ortum est. *vulgus* reliqui codd. et edd. ante Oud. Cf. adnot. crit. ad c. 39 §. 5.

pugna neque totam Galliam subegerat neque extra provinciae fines commissa erat, ut Ariovistus, qui eos antehac provinciae fines egressos negaverat, hoc quidem argumento mendacii convinci aut redargui non videatur.

iudicium senatus] quod libertate victis concessa declaraverat.

Cap. 46. §. 1. lapides] Sunt qui de fundis cogitent, quibus nescio quam commode equites illi uti potuerint. Et 7, 81 *fundis, sagittis, lapidibus* Romani de vallo deturbari dicuntur. Itaque manu coniectos arbitror.

§. 3. legionis delectae] ad *periculo* pariter atque ad *proelium* referendum. Cf. c. 10 §. 2: *magno cum periculo provinciae futurum*. 4, 28: (ut naves) *magno sui cum periculo deiicerentur*. Proelium autem minime statuendum est ex equis legionarios milites facturos, sed descensuros et pedibus pugnaturos fuisse, si Caesari proelium committere placuisset.

per fidem] datam, non habitam; quamquam ubi data dicitur fides, simul ab altero habita cogitari solet. Sed tamen Romanos *per fidem* aliquem circumventum, laesum, deceptum ab aliquo dicentes agentis potius, quam patientis fidem intellexisse cum ex ipsa dictione et addito passivo, tum ex huiusmodi locis perspicitur, qualis est Ciceronis pro Roscio Am. 40: *ad cuius igitur fidem confugiet, cum per eius fidem laeditur, cui se commiserit?* et Senecae de provid. 3: *multa milia civium Romanorum uno loco post fidem, immo per ipsam fidem trucidata*. Cf. Liv.

Digitized by Google

quam in volgus militum elatum est, qua arrogantia in colloquio Ariovistus usus omni Gallia Romanis interdixisset, impetumque in nostros eius equites fecissent, eaque res colloquium ut diremisset, multo maior alacritas studiumque pugnandi maius exercitui iniectum est. 47. Biduo post Ariovistus ad Caesarem legatos mittit: Velle se de his rebus, quae inter eos agi coeptae neque perfectae essent, agere cum eo: uti aut iterum colloquio diem constitueret, aut, si id minus vellet, e suis legatis
8 aliquem ad se mitteret. Colloquendi Caesari causa visa non est et eo magis, quod pridie eius diei Germani retineri non poterant, quin in nostros tela coniicerent.

ut diremisset] *ut* om. Cu. Bong. BC. Egm. Hav. A. Dr. B. Vrat. A. Vind. ACDF. Steph. Gr. b. Lips. Iu. Graev. Cl., qui neque necessarium neque accuratissime h. l. positum esse ostendit. Etenim iam ante *impetum* poni debebat, cum verba *qua arrogantia* tantum ad Ariovistum pertineant, et sicuti ex iliis verbis vinculum alteram sententiae partem connectens scriptor supplendum reliquit, sic tertiam quoque addere sine vinculo poterat. Sed non minus ei licebat tertiam per *ut* coniungere et postea facere quod antea fieri potuisset. Inter codices autem, qui *ut* omittunt, Vind. A. omnino vitiose h. l. decurtatus est: *impetumque in nostros equites fecisset eaque colloquium diremisset.* Egm. omnia ab *imp.* usque ad *feciss.* omisit, Bong. C. Vind. F. *esset* post *usus* addunt et cum Egm. Dr. B. Vrat. A. *omnem Galliam* exhibent. Quae omnia docent parum fideliter eos h. l. versatos esse. Itaque *ut* cum altero genere tenendum est. Idem sensit Heldius.

exercitui] *exercitu* Voss. B. Oud. Vide adn. cr. ad c. 39 §. 5.

Cap. 47. §. 1. ad Caesarem legatos] *leg. ad Caes.* Hamb. et edd. ante Oud., qui tacite invertit, omnibus codd. secundum ex. Fabric. et veteribus Vrsini meorumque reliquis consentientibus.

e suis] Ita „MSS. plerique et Edd. vett." Bong. ABC. Pet. Gott. Dr. B. Vrat. BC. Goth. AB. Hamb. Gu. Bonn. Vind. CDEF. edd. ante Ald. Steph. Gr. b. In Egm. Vrat. A. praepositio omissa, in Pal. *a s.*, in Dr. A. Vind. A. et rell. edd. *ex suis* scriptum est.

legatis] *legatum* Vind. F. quem ad modum Davisio scribendum videbatur. Sed Ariovistus non is erat, qui *aliquem* ex Caesarianis quovis loco et dignitate ad se mitti vellet: ex *legatis* Caesaris, hoc est, ex iis, qui primum dignitatis locum tenerent, aliquem mitti iubebat. *legatum* ex §. 3 illatum videtur.

§. 2. poterant] *potuerint* „nonnulli" Dr. B. Vind. CF. et a m. s. Goth. A. Vas. Steph. Gr. b. *potuerunt* alii libri secundum Ciacc. et Bong. C. *potuerant* Lips. et sqq. ante Oud. quae ipsa differentia emendandi conatum prodit. Offensioni autem imperfectum propterea

6, 29: *adeste, dii, testes foederis, et expetite poenas debitas simul vobis violatis nobisque per vestrum numen deceptis.*

Cap. 47. §. 1. neque perfectae] Sic loquitur Ariovistus, ut quem culpae aut causae dirempti colloquii nihil attingat.

Digitized by Google

Legatum e suis sese magno cum periculo ad eum missurum et hominibus feris obiecturum existimabat. Commodissimum visum est C. Valerium Procillum, C. Valeri Caburi filium, summa virtute et humanitate adulescentem, cuius pater à C. Valerio Flacco civitate donatus 3 4

fuisse videtur, quod eandem rem h. l. significari putarent, de qua c. 46 §. 1 sermo fuit. Haec vero postridie eius diei accidit. Cf. adnot. ad c. 48 §. 1.

§. 3. e suis] „MSS. fere omnes" Bong. ABC. Pet. Pal. Gott. Egm. Dr. B. Vrat. ABC. Goth. AB. Gu. Hamb. Bonn. Vind. DEFI. inc. et rell. ante Ald. cum Steph. Gr. b. Voss. A. *x* super *e* positum, Dr. A. Vind. A. et rell. edd. *ex suis* exhibent, ut §. 1.

§. 4. Procillum] *Procilum* Dr. AB. *Pricillum* Egm. Vrat. A. *trouicillum* Vind. I. quod proxime accedit ad eam, quam in adn. crit. ad c. 19 §. 3 probabilem scripturam esse ostendimus.

Valeri] Ed. inc. Flor. et Oud. 2 secundum Leid. A. Voss. A. et tres alios, in quibus videtur *convaleri* (ex *c̄. val.*, ut est in Bong. A.) reperisse, quod (omisso *C.*) in Vrat. B. Gu. Bonn. exstat. Vind. A. *veleri* et ex correctione ab eadem manu *valeri* habet. Vulgo *Valerii*. Altera forma genitivi Caesar non semper, sed interdum in nominibus propriis usus videtur. Ac nescio, an etiam *Caburi*, in qua terminatione plerique codices h. l. et 7, 65 consentiunt, a nominativo *Caburius* descendat. Idem statuebat Pighius Ann. 3 p. 249, et in Gr. b. Turr. *Caburii* legitur. Lectu digna sunt quae *Freundius* de genitivo nominum in *ius* scripsit in adnot. prima ad Ciceronis or. pro Milone e cod. Erfurt. editam Vratisl. 1838.

adulescentem] Bong. A. Ox. et, si fides habenda est Oudendorpio ad 7, 37 non modo hos duos, sed etiam Voss. A. semper *adul.* exhibere testanti, Voss. A. Quorum auctoritati, cum aliis locis alii quoque codices accedant, obtemperandum putavi, quamquam c. 20 §. 2 et Civ. 2, 38 in *adolescentia* omnes consentiunt, et *suboles*, *exolesco*, *adolesco* constanter scribuntur, quae res Oudendorpium adduxisse videntur, ut etiam in ed. 2 vulgatam scripturam *adol.* tenuerit.

§. 3. Legatum e suis] Hic *legatum* Caesar vulgari significatione dicere atque ita arrogantiam Ariovisti tacite castigare videtur. In nexu sententiarum conspicua est simplicitas illa, qua Latini scriptores diversa sine indicio diversitatis iungere solent.

§. 4. C. Valerium Procillum] Non dubitandum est, quin hic idem sit, quem Caesar c. 19 in colloquio cum Divitiaco interpretem a se adhibitum esse demonstravit, et tamen ita h. l. de eo verba facit, ut mentio eius antea nulla iniecta esse videatur. An hoc vestigium est *celeritatis*, qua Hirtius in praefatione l. 8 Caesarem hos commentarios perfecisse testatur?

a C. Valerio Flacco] eodem, ut videtur, quem Cicero pro Quint. 76. Flaccum imperatorem appellans provinciae Galliae praefectum a. u. 671 fuisse docet. Idem pro Balbo 24 C. Valerium Flaccum praetorem urbanum a. 656 commemorat, fortasse ne hunc quidem diversum. Sed id minus certum.

Digitized by Google

erat, et propter fidem et propter linguae Gallicae scientiam, qua multa iam Ariovistus longinqua consuetudine utebatur, et quod in eo peccandi Germanis causa non esset, ad eum mittere, et Marcum Mettium, qui hospitio
5 Ariovisti utebatur. His mandavit, ut quae diceret
6 Ariovistus, cognoscerent et ad se referrent. Quos cum apud se in castris Ariovistus conspexisset, exercitu suo praesente conclamavit: Quid ad se venirent? an specu-

et propter fidem — consuetudine utebatur] *quorum amicitia iam Ariovistus longa* (*Ar. iam a longinqua* Vind. A.) *consuetudine utebatur et propter fidem et propter linguae Gallicae scientiam* duo codd. Vrsini et Vind. A. quae varietas ad iudicium de hoc genere codicum adhibenda est.

Marcum Mettium] Praenomen omnibus litteris scripsi secundum Cu. Ald. Gr. ab. Turr. et maximam partem reliquorum codicum, in quibus perperam scriptum est *Marium*. Pro *Mettium*, quod inde a Lipsio ex Vrsini codd. et MSS. Bened. Floriac. apud Oud. legitur, (nec aliter est in Med. a. *Marium Mettius* Rom. a.) Cu. Carr. Vind. AD. Ven. bcde. Ber. *Mettium* habent, quod c. 53 §. 8 codices magno consensu tuentur, et ex quo facilius, quam ex altero, *Titium*, quod Bong. ABC. Pal. Egm. Dr. B. Vrat. A. Hamb. Goth. A. Vind. CEF. Ven. f. Aldinae Gr. ab. Steph. Turr. exhibent, et *Titum*, quod in Voss. A. Gott. Dr. A. Gu. Vrat. B. Bonn. Vind. BI. exstat, (Vrat. C. Goth. B. T.) oriri potuisse videtur. Sed M. METTIVS et M. METTI scriptum est in numis apud Eckhelium in doctr. num. T. V. p. 253, qui probabiliter eos ad hunc nostrum Mettium refert; et in Ciceronis Att. 15, 27 Bosius item *Mettio* pro *Metio*, quod vulgo legebatur, codicibus suis, ut opinor, obtemperans scripsit.

utebatur] *usus erat* Vind. A. Aldinae, Gr. a. Turr. Lips. et sqq. etiam Oud. nimia hic quidem Anglicorum, ut ait, codicum, h. e. Ox. et Reg. et Vossiani alicuius, quo Clarkius usus fuerit, reverentia ductus, cum discrepantem a Clarkiana scripturam adnotatam ex illis non invenisset. Qui ut omnes cum Aldo faciant, *utebatur*, quod ipse Oud. ob proxime antecedens *utebatur* displicere et mutari potuisse sentiebat, verum haberi debet.

qua multa] sc. lingua, ut recte statuit *Herzogius*, non scientia, ut opinabatur Oud., quem Herzogius argumentis quibusdam minus idoneis impugnans ne Heldio quidem satis persuadere potuit. Respicienda sunt praecedentia *propter fidem et propter linguae Gallicae scientiam*, quae haud dubie utraque in C. Valerio adolescente erant, et videndum, quo modo Ariovistus dici possit ea scientia uti, quae alterius esset. *Multa* autem lingua Gallica uti est: multum ea uti.

esset] ut quidem Caesari videbatur. Nam nihil aliud sibi vult hic coniunctivus.

§. 5. His mandavit, ut — referrent] non ut agerent cum Ariovisto, aut aliquid ab eo postularent, qualis prior fuerat legatio, de qua c. 34 dictum est.

§. 6. conclamavit] h. e. valde clamavit, qua explicatione Servius utitur in Virgiliano illo Aen. 3, 523: *Italiam primus conclamat Achates*. Nec deest ratio. Vt *contendere* dicitur qui nervos ac vires ad tendendum colligit, ita

Digitized by Google

landi causa? Conantis dicere prohibuit et in catenas coniecit. 48. Eodem die castra promovit et milibus passuum sex a Caesaris castris sub monte consedit. Postridie eius diei praeter castra Caesaris suas copias traduxit et milibus passuum duobus ultra eum castra fecit, eo consilio, uti frumento commeatuque, qui ex Sequanis et Haeduis subportaretur, Caesarem intercluderet. Ex eo die dies continuos quinque Caesar pro castris suas copias produxit et aciem instructam habuit, ut, si vellet Ariovistus proelio contendere, ei potestas non deesset. Ariovistus his omnibus diebus exercitum castris continuit, equestri proelio cotidie contendit. Genus hoc erat pugnae, quo se Germani exercuerant. Equitum milia erant sex, totidem numero pedites velocissimi ac fortissimi,

2 3 4 5

§. 6. Conantis] Ox. Voss. AB. et a m. pr. Vind. A. non —*tes.* (*conantesque* Vind. A. corr.)

Cap. 48. §. 2. traduxit] *transduxit* Ald. nep. et sqq.

subportaretur] Bong. AB. Pet. Egm. Vrat. A. Vind. AF. non *supp.*

conclamare, qui spiritum et pulmones quasi colligit ad efficiendum clamorem. Eodem spectat additum *exercitu suo praesente*, quo causa conclamationis significatur. Exaudiri illud a suis volebat et propterea maxima voce tamquam in acie utebatur.

Cap. 48. §. 1. castra promovit] Idem Caesar pridie eius diei fecisse atque in eo itinere illud accidisse videtur, quod c. 47 §. 2 significatum est. Si minus, statuendum est Caesarem hoc triduum iisdem in castris mansisse, quae c. 41 §. 4 quattuor et viginti milibus passuum ab Ariovisto abesse dicebantur, Ariovistum autem non modo hoc die, sed etiam pridie castra promovisse atque his tertiis castris sex milibus passuum a Caesare consedisse.

§. 3. ut — ei potestas non deesset] Vsitatius erat *ut — ne deesset*, vel *ne — deesset;* sed simili modo *ut* positum est 7, 74: *pares eiusdem generis munitiones — perfecit, ut ne magna quidem multitudine, si ita accidat eius discessu, munitionum praesidia cirmunfundi possent.* Alex. 36: *magnam autem multitudinem pecoris intra eas fauces dissipari iussit, — ut, sive amicus, sive inimicus Domitius eas angustias transiret, nihil de insidiis suspicaretur.* Afric. 11: *ex eo est cognitum Caesaris consilium, illum — subsidio ire — voluisse — neque eam rem eos voluisse scire, qui in praesidiis relicti sui milites fuissent, uti nihil propter suorum paucitatem et hostium multitudinem metu deficerent.* Ib. 72: *elephantos in Italiam transportari iusserat, quo et miles noster speciemque et virtutem bestiae cognosceret — ; praeterea ut iumenta bestiarum odorem, stridorem, speciem consuetudine captarum non reformidarent.* qui locus quamvis incertae cetera lectionis nostro simillimus est. Ne Ciceronem quidem ab hoc coniunctionis usu abhorruisse Zumptius gramm. §. 347 docet.

§. 4. Genus hoc erat] quod §. 6 describitur.

Digitized by Google

quos ex omni copia singuli singulos suae salutis causa de-
6 legerant. Cum his in proeliis versabantur, ad eos se
equites recipiebant: hi, si quid erat durius, concurre-
bant, si qui graviore vulnere accepto equo deciderat, cir-
7 cumsistebant: si quo erat longius prodeundum aut ce-
lerius recipiendum, tanta erat horum exercitatione cele-
ritas, ut iubis equorum sublevati cursum adaequarent.
49. Vbi eum castris se tenere Caesar intellexit, ne diu-

§. 6. ad eos] „MSS. multi et Edd. Vett.“ Bong. A. Dr. AB. Vrat. ABC. Goth. AB. Vind. ABCI. Gu. Bonn. inc. et rell. edd. ante P. Man., qui *ad hos* scripsit, quod usque adhuc retentum est ita, ut ab his verbis particulatim describi incipiat id, quod summatim significatum est verbis *cum his in proeliis versabantur*, post quae colon ponunt. Sed ei rationi obstat, quod verbi *versabantur* subiectum haud dubie est *equites*, quod aut proxime illud poni, aut omnino omitti aut ita collocari debebat, ut aliquo tamen modo illuc, quo opus esset, referri posset. Itaque minore interpunctione post *versabantur* utendum, quo facto *equites* etsi non facillime, at certe facilius et secundum eandem rationem, quam c. 24 §. 1 observavimus, a posteriore verbo ad prius referri potest. Adhibita autem interpunctione minore *eos* nullam offensionem habet. Ceterum videndum est, an hic locus sic potius interpungi debeat: *Equitum milia erant sex: totidem numero pedites, velocissimi ac fortissimi, quos ex omni copia singuli singulos suae salutis causa delegerant, cum his in proeliis versabantur. Ad eos se equites recipiebant: hi* etc.

si qui — deciderat] Codicum eorum, qui *deciderat* habent, magna pars (Leid. A. Pet. Egm. Dr. A. Vrat. AB. Vind. AB. Gu. Bonn.) *quis*, eorum vero, in quibus *qui* exstat, haud pauci *deciderant* exhibent: vulgata per Oud. scriptura a me tantum in Hamb., ab Oud. fortasse in Bong. B. Lov. Voss. A. et Ox. inventa est. Nihilo minus eam retinendam putavi, cum et per se praestet reliquis duabus (*si qui deciderant*, quae ante Oud. vulgata erat, et *si quis deciderat*, quam Steph. cum inc. secutus est) et originem dare utrique multo facilius, quam ex alterutra oriri potuerit.

§. 6. circumsistebant] Non pugnat hoc cum eo, quod singuli singulorum salutis causa delecti dicuntur, quam ipsam consentaneum est in proeliis, praesertim cum vehementius et maiori cum periculo pugnaretur (*si quid erat durius*), non facile a singularibus praestari potuisse. Itaque in eiusmodi casu duriore plures *concurrebant*, quia plures periclitabantur, et in salute sui quisque equitis conservanda coniuncta opera utebantur.

§. 7. recipiendum] Exempla aliquot et omissi et additi ad hoc gerundium pronominis reflexivi significavit *Heldius* ad Civ. 3, 25. Sed quod ibi legitur (*venti, quibus necessario committendum existimabat*) non eiusdem generis est, cum *committere* etiam absolute dici possit, *recipere* non item.

tanta erat — celeritas] h. e. tantam celeritatem exercitatione comparatam praestabant.

Digitized by Google

tius commeatu prohiberetur, ultra eum locum, quo in loco Germani consederant, circiter passus sexcentos ab his castris idoneum locum delegit acieque triplici instructa ad eum locum venit. Primam et secundam aciem in 2
armis esse, tertiam castra munire iussit. Hic locus ab 3
hoste circiter passus sexcentos, uti dictum est, aberat. Eo circiter hominum numero sedecim milia expedita cum omni equitatu Ariovistus misit, quae copiae nostros perterrerent et munitione prohiberent. Nihilo secius Cae- 4
sar, ut ante constituerat, duas acies hostem propulsare, tertiam opus perficere iussit. Munitis castris duas ibi 5
legiones reliquit et partem auxiliorum, quattuor reliquas in castra maiora reduxit. 50. Proximo die instituto suo Caesar e castris utrisque copias suas eduxit paulum-

Cap. 49. §. 1. ab his] „alii" Bong. A. Dr. AB. Vrat. A. Goth. A. Hamb. Vind. ABC. edd. ante Cl., qui *ab eis* nescio qua auctoritate edidit, quod tenuit Oud. *ab hiis* Vrat. BC. Bonn. *ab iis* Goth. B.

§. 3. numero] om. duo vetustissimi codd. Faërni, Hav. A. Vind. AD. edd. ante Ven. f. excepta inc. *numerum* Lips. Iu. Graev. Dav. Cl.

sedecim] Bong. A. Pet. Pal. Gott. Egm. Dr. A. Vrat. ABC. Goth. A et a m. pr. B. Bonn. Med. a. Ven. B. *sexdecim* Bong. BC. Hamb. Vind. DE. et a m. s. Goth. B. Rom. a. *xv*. Berl. *xvi* edd. rell.

§. 5. quattuor] Bong. A. Goth. B. edd. ante Ald. Ald. nep. Lips. Iu. *iiii*. Dr. B. Vind. AF. (bi duo superscripto *or*.) *quatuor* reliqui codd. a me collati et edd. rell. Cf. adn. cr. ad c. 12 §. 4.

Cap. 50. §. 1. paulumque] Bong. ABC. Pet. Voss. A. Lov. Pal. Gott. Egm. Dr. B. Vrat. AC. Goth. B. Hamb. Vind. F. plures Oud. Rom. a. Med. a. Ven. b. *paululum* Vr. B. Bonn. Vind. C. inc. *paululumque* Dr. A. Goth. A. Vind. AB. Ven. c. et sqq. usque ad Ald. nep. qui orthographia tantum mutata *paullulumque* scripsit, quod Lips. Iu. Graev. et Cl. tenuerunt, Oud. in quattuor MSS. et edd. quibusdam exstare dicit. Ipse cum Dav. *paullumque* edidit. Secundum meos codices *paululumque* praeferre debebam, in quo 2, 8 §. 3 plerique consentiunt. Sed reliquorum locorum et codicum in eis locis ratione habita alterum hoc loco tutius videbatur.

Cap. 49. §. 1. ultra eum locum] in eam partem versus, unde venerat. Sed paululum ad latus alterutrum deflexisse Caesarem et tria castra non recta deinceps, sed ita, ut triangulum efficerent, posita fuisse ex c. 51 §. 1 colligo.

§. 4. ut ante constituerat] His verbis respicitur id, quod §. 2 dictum est. *Constituere* h. l. non differt ab *iubere*.

§. 5. partem auxiliorum] tertiam, si pro ratione legionum partitionem auxiliorum fecit. Sed verba ita comparata sunt, ut et minorem et maiorem intelligi liceat.

Cap. 50. §. 1. instituto suo] h. e. quemadmodum his diebus facere instituerat. Vide c. 48 §. 3.

Digitized by Google

que a maioribus castris progressus aciem instruxit; ho-
2 stibus pugnandi potestatem fecit. Vbi ne tum quidem
eos prodire intellexit, circiter meridiem exercitum in ca-
3 stra reduxit. Tum demum Ariovistus partem suarum
copiarum, quae castra minora oppugnaret, misit. Acri-
ter utrimque usque ad vesperum pugnatum est. Solis
occasu suas copias Ariovistus multis et inlatis et acceptis
4 vulneribus in castra reduxit. Cum ex captivis quaere-
ret Caesar, quam ob rem Ariovistus proelio non decer-
taret, hanc reperiebat causam, quod apud Germanos ea
consuetudo esset, ut matres familiae eorum sortibus et
vaticinationibus declararent, utrum proelium committi

maioribus castris] *castris* om. duo veteres codd. Vrsini, Hav. A. Vind. A. ed. Scal. Graev. Dav. Cl. Oud. sine idonea causa.

hostibus] Hanc ab Oud. ex decem MSS., in Fabric. ex. e Bong. AB. Pet. Pal. Lov. Gott. Egm. Lb. enotatam, a me in Dr. A. Vrat. ABC. Goth. B. Gu. Hamb. Bonn. Vind. B. et edd. ante Ven. f. inventam lectionem vulgatae inde a Ven. f. *hostibusque* partim codicum causa, partim ut per se verisimiliorem praetuli. Cf. 5, 57: *nuntios mittit ad finitimas civitates equitesque undique evocat; his certum diem conveniendi dicit.* 6, 5: *impedimenta ad Labienum in Treviros mittit duasque legiones ad eum proficisci iubet; ipse cum legionibus expeditis quinque in Menapios proficiscitur.* et 7, 13 §. 1. Civ. 2, 14 §. 1. 18 §. 2. 3, 24 §. 3. 75 §. 5; quibus omnibus locis tria de eodem subiecto enuntiata ita deinceps posita sunt, ut primo et secundo per encliticam copulatis tertium sine copula addatur.

§. 3. utrimque] Bong. A. Vind. A. non — *inque.*

inlatis] iidem et Vrat. A. (hic *in l.*) non *ill.* In Fabric. ex. *n* super *l* sine codicis nota scripta est.

§. 3. Acriter] ita ut non multum abesset, quin minora castra expugnarentur: *ὀλίγου καὶ τὸ χαράκωμα αὐτῶν εἷλε*, ut tradit Dio Cass. 38 extr.

§. 4. sortibus et vaticinationibus] Duplex divinationis genus significatur, unum, quod c. 53 §. 7 iterum adhibitum videmus, sortibus, quae proprie dicuntur, constans, quarum rationem Germanis usitatam describit Tacitus Germ. 10, alterum ore missum mulierum, quem sexum Germani inprimis divini quid et numinum inspirationem habere statuebant. Hoc oraculis Graecorum simile erat, quae et ipsa *sortium* nomine minus proprie appellata docet Cicero de div. 2, 33: *Auspicia restant et sortes eae, quae ducuntur, non illae, quae vaticinatione funduntur, quae oracula verius dicimus.* Atque hoc genus divinationis naturale, illud, quod sortibus fiebat, artificiosum fuit, et utrumque Caesar breviter et perspicue his verbis demonstrat Germanis mulieribus in usu fuisse. Sed Plutarchus Caes. 19 pro sortibus aliud item artificiosum genus eis tribuit, *τὰ μαντεύματα τῶν ἱερῶν γυναικῶν* Germanos ad pugnam retardasse tradens, *αἳ ποταμῶν δίναις προσβλέπουσαι καὶ ῥευμάτων ἑλιγμοῖς καὶ φόροις τε-*

Digitized by Google

ex usu esset, necne: eas ita dicere: Non esse fas Germanos superare, si ante novam lunam proelio contendissent. 51. Postridie eius diei Caesar praesidio utrisque castris quod satis esse visum est reliquit; omnis

§. 4. necne] Vrat. AC. Goth. A. Ven. bcde. Ber. Steph. Cl. Vulgo *nec ne*, quasi illud interrogandi, hoc negandi vocabulum sit.

§. 5. lunam] *Lunam* Oud., qui si numen significare littera maiuscula voluit, quo numero Lunam utique apud Germanos fuisse ipse Caesar 6, 21 refert, additum *novam* non satis respexit, quod de sidere et corpore coelesti cogitari iubet. Non magis 4, 29 *ut Luna esset plena* scribere debebat.

Cap. 51. §. 1. praesidio — reliquit] Voss. AB. Leid. A. Dr. B. et fortasse Vind. F. *praesidio — relicto* Faërni liber, Vat. Vrsini, Bong. C. Goth. A. Vind. C. Lips. et sqq. ante Oud. *praesidium — reliquisse* N. Leid. C. Vrat. B. Bonn. Gu. *praesidium — reliquit* Reg. reliqui Oud. (inter quos haud dubie Bong. A. referendus est, ex quo tamen Plüschkius nihil ab nostra et Oud. scriptura discrepans retulit) Pet. Pal. Dr. A. Vrat. AC. Goth. B. Vind. ABE. Hav. A. (in quo alia lectio prius fuisse videtur, postea eadem manu mutata) et edd. ante Lips. *praelium — reliquid* Hamb. (*reliquid* etiam Voss. A. secundum Fabric. ex., in quo praeter hoc et Bong. C. scripturam nihil notatum est.) Harum lectionum ea, quae ante Lipsium vulgata erat, a codicibus firmissima, Oudendorpiana elegantissima simulque talis est, ut reliquarum utramque verisimilius sit ex ipsa, quam ipsam ex alterutra ortam esse. Hanc igitur codicum auctoritate non prorsus refragante secutus sum, mutata tamen interpunctione et post *uteretur* non maiore, quam post *reliquit* facta, ut Caesar postridie tria deinceps fecisse dicatur, praesidio castris aliquid reliquisse, alarios aliquo loco constituisse, ipse aliquo usque accessisse. Quae distinctio etiam ad Lipsianam scripturam accommodatior videtur.

omnis] Bong. AC. Lov. Dr. A. Vrat. AB. Bonn. Vind. BC. et a m. s. Goth. A. non *omnes*.

κμαιρόμεναι προεθέσπιζον οὐκ ἐῶσαι μάχην τίθεσθαι πρὶν ἐπιλάμψαι νέαν σελήνην (fluminum vorticibus intentae et ex undarum revolutionibus ac sonis coniecturam capientes.) Eadem ex Plutarcho ducta habet Clemens Alex. Strom. 1 p. 360 Pott. Plutarchus autem non ex hoc Caesaris loco illa duxit, in quo pro *sortibus* legerit *vorticibus*, ut Hotomannus putabat. Nam ut faciamus eum in suo codice invenisse *vorticibus*, id minime sufficiebat ad talem explicationem informandam. Neque vero Caesar sic scribere poterat, si a quoquam intelligi vellet. Etiam quod *sacras mulieres* dicit, quas Caesar *matres familiae* appellat, alio eum auctore usam esse probat.

§. 5. ante novam lunam] Aliena ab h. l. sunt, quae interpretes quidam de Spartanorum aliorumque observatione lunae in proeliis obeundis commemorant. Non erat ista Germanorum consuetudo, quemadmodum illorum, sed hoc tempore mulieres divinae novam lunam exspectandam esse declaraverant: alio tempore fortasse plenam vel aliud quid requirebant.

proelio] iusto et quod a toto exercitu iniretur. Nam equitatu et parte etiam pedestrium copiarum iam contenderant.

Digitized by Google

alarios in conspectu hostium pro castris minoribus constituit, quo minus multitudine militum legionariorum pro hostium numero valebat, ut ad speciem alariis uteretur; ipse triplici instructa acie usque ad castra hostium acces-
2 sit. Tum demum necessario Germani suas copias castris eduxerunt generatimque constituerunt, paribus intervallis Harudes, Marcomanos, Triboces, Vangiones,

quo] om. Dr. B. *cum* Hamb. *quod* P. Man. Ald. nep. et sqq. nec aliter Oud., qui tamen in adnot. scripturam codicum tantum non omnium minime mutandam et *eo magis* ante *quo minus* subintelligendum esse vidit.

§. 2. paribus] „MSS. novem et Edd. Vett.“ Bong. A. Gott. Egm. Pet. Pal. Dr. A. Vrat. ABC. Goth. B. Bonn. Hamb. Gu. Vind. BDE. inc. et rell. edd. ante Ven. f. Steph. Gr. b. *paribusque* rell. codd. et edd. quo admisso Germani suas copias castris eduxisse et Harudes, Marcomanos et reliquos generatim constituisse dicuntur, parum commode, cum hoc ipsum *generatim constituere* nihil aliud sit, nisi generum seu gentium ratione habita constituere, cuius actionis obiectum non singulas gentes, sed universas copias esse consentaneum est. Remota enclitica *constituerunt* eodem refertur, quo *eduxerunt*, ad *suas copias*, et verbis *paribus intervallis* — *Suevos* accuratius demonstratur id, quod verba *generatimque constituerunt* omnino significant; utrumque commodissime. Itaque hoc praetuli.

Triboces] „multi“ Bong. A. Dr. A. Vrat. ABC. Goth. AB. Bonn. Vind. BEI. Aldinae, Gr. ab. Turr. Lips. *Tribores* Vind. D. edd. ante Ald. *Ariboces* Vind. C. *Tuboces* Hamb. *Triboços* „multi“ Voss. A. Dr. B. Vind. AF. Steph. *Aribotos* Bong. C. *Triboccos* codex Paris. secundum Ciacconium (an ed. Vascos.?), Iu. et sqq. *Ariboccos* MSS. duo Oud. Cf. adn. crit. ad 4, 10 §. 3.

Cap. 51. §. 1. alarios] h. e. socios seu *auxilia*, quo nomine alias Caesar in bello Gallico utitur; in civili *cohortes alarias* dicit 1, 73 et 83 et 2, 18.

pro castris minoribus] quorum situm talem fuisse, qualem in adn. ad c. 49 §. 1 ostendi, ex hac alariorum instructione pro eis facta colligi posse videtur. Certe quo consilio ibi constituebantur, ut maioris multitudinis legionariorum speciem hostibus praeberent, id facilius effici poterat, si inter ea, pro quibus constituebantur, et maiora Caesaris castra non recta interposita erant castra Ariovisti, quae impedimento futura fuissent, quo minus a minoribus castris usque ad maiora plena omnia legionariis esse viderentur.

ut ad speciem alariis uteretur] Cum vix verisimile fiat Caesarem hoc toto proelio tantummodo ad speciem alariis usum esse, haec verba non cur, sed quo modo eos constituerit, significare videntur: so daß er sich ihrer zur Erregung eines Scheines bediente. Commissa deinde pugna locum in acie fortasse tertia ceperint.

§. 2. necessario] quippe quod castra oppugnari turpe esset.

generatimque] Cf. 7, 19: *hoc se colle — Galli fiducia loci continebant generatimque distributi in civitates omnia vada — obtinebant.*

Digitized by Google

Nemetes, Sedusios, Suevos, omnemque aciem suam redis et carris circumdederunt, ne qua spes in fuga relinqueretur. Eo mulieres imposuerunt, quae in proelium 3
proficiscentes passis manibus flentes implorabant, ne se in servitutem Romanis traderent. 52. Caesar singulis legionibus singulos legatos et quaestorem praefecit, uti

redis] „MSS. et Edd. Vett.“ Bong. A. Pet. Pal. Gott. Egm. Dr. B et a m. s. A. Vrat. ABC. Goth. A et a m. pr. B. Hamb. Bonn. Vind. ADF. Rom. a. Ven. f. *hredis* Bong. B. *rhedis* edd. rell. quod, cum vocabulum non Graecum, sed Gallicum sit, invitis codicibus paene omnibus neque h. l. neque 6, 30 probabile videri potest.

§. 3. proficiscentes] *prof. milites* Voss. A. Leid. A. S. And. cum aliquot deterioribus Oud. Hav. A. Dr. B. Goth. A. et fortasse Vind. CFI. cum Ven. f. et sqq., quae mihi auctoritas sufficere non est visa. Caesar nec Germanos alibi nec nisi in libro septimo quater Gallos, alias semper Romanos tantum *milites* appellat, participium autem eodem modo sine nomine ponit 2, 21: *atque in alteram partem item cohortandi causa profectus pugnantibus occurrit*. Denique *milites* etiam c. 40 §. 12 ex interpolatione accessisse vidimus.

manibus] Bong. ABC. Pet. Cu. Lov. Voss. ABC. Leid. A. Egm. et duo tresve recentiores Oud., Parisienses, Hav. A. Dr. AB. Vrat. AB. Goth. A. Bonn. Vind. AC. inc. Ven. f. et sqq. usque ad Lipsium, a quo inde *crinibus* legitur ex primis edd. et codd. paucis quibusdam neque optimis (cod. Hotom. Brant. et ex meis Vrat. C. Goth. B. Hamb. Vind. I.) repetitum Oudendorpioque probatum ob locum 7, 48, ubi *matresfamiliae, quae paulo ante Romanis de muro manus tendebant* et *passis manibus obtestabantur Romanos, ut sibi parcerent*, (c. 47) *suos obtestari et more Gallico passum capillum ostentare liberosque in conspectum proferre* dicuntur; unde ille patere putabat eas *manus tetendisse* in rogatione veniae et pacis, *crines* demisisse *passos* in obtestatione suorum. Sed crines passi lugentium potius sunt, manus passae obtestantium; neque propterea, quod luctus significatio apud hostes fieri non solet, obtestandi gestus ab iis, qui suos obtestantur, alienus iudicandus est. Accedit quod hic actuosae potius, quam inerti implorationi locus erat, et quod fletus mulieribus illis ad timorem suum testificandum sufficere poterat. In eadem sententia Herzogius et Heldius fuerunt, quibuscum *manibus* restitui.

circumdederunt] sc. a tergo t ab lateribus, quod et rei natura et in proximis significata causa ocet. Similiter Civ. 2, 41: *quod ota acies equitatu hostium circumdata tenebatur*.

Cap. 52. §. 1. et quaestorem] ubitari potest, Caesar quaestorem suum cunctisne legionibus, a uni testem virtutis sic, ut unum ex legatis praeesse voluerit. Nam quod nonnulli putant singulis eum legionibus singulos legatos et *singulos quaestores* praefecisse, cum ex 5, 25 appareat plures ei fuisse quaestores, id nullo modo verbis *et quaestorem* significatum esse potest. Neque ex eo, quod aliquo tempore post plures uno quaestores habuit,

Digitized by Google

eos testes suae quisque virtutis haberet; ipse a dextro cornu, quod eam partem minime firmam hostium esse
2 animum adverterat, proelium commisit. Ita nostri acriter in hostes signo dato impetum fecerunt, itaque hostes repente celeriterque procurrerunt, ut spatium pila in ho-
3 stes coniciendi non daretur. Reiectis pilis comminus gladiis pugnatum est. At Germani celeriter ex consuetudine sua phalange facta impetus gladiorum exceperunt.
4 Reperti sunt complures nostri milites, qui in phalangas

Cap. 52. §. 1. testes] *testis* Oud. 1 secundum Bong. A. in quo Plüschkius *e* super *i* scriptum vidit.

animum adverterat] And. *animo adv.* Leid. A. *animum adverteret* Vind. A. *adverterat* Hamb. *animadverteret* Dr. AB. Vrat. B. Bonn. *animadverterat* reliqui cum edd. ante Oud. Divisco satis tuta videtur: de modo secundum ea, quae ad c. 39 §. 3 observavi, dubitatio esse potest, an coniunctivus, in quem codices duo diversorum generum optimi consentiunt, verus sit.

§. 4. phalangas] „Plerique cum plurimis Edd. *phalanges, phalangis, phalangem*" *phalanges* Lov. Bong. B. Gott. Pal. Goth. B. edd. ante Ven. f. *phalangis* Vrat. BC. Bonn. *phalangem* Cu. Bong. C. Dr. B. Goth. A. Vind. Cl. Ven. f. Steph. Gr. b. *falangos* Hamb. *phalangam* Leid. A. Ox. Voss. A. Vind. A. Horum postremum ad modum nominum *cratera* et *Salamina* declinatum propter insolentiam videri potest, variis lectionibus occasionem dedisse, et paulo ante scriptor singulari usus est: *phalange facta*. Sed ibi genus aciei significatur, ut verba *ex consuetudine sua* docent, quae res in cogitatione posita singularem requirit: hic species et quasi formae, quas genus induerat, demonstrantur, quae septem erant pro septem generibus Germanorum c. 51 §. 2 nominatis. Itaque pluralis necessarius est. Neque mutatio ista declinationis Caesaris antea plures habuisse indicandus est. Sed ex duabus interpretationibus, quas dixi, altera, quae Ciacconio et recentioribus quibusdam placuit, ne ipsa quidem satis convenire usui linguae videtur, qui numerum legionum parem numero legatorum singulis praefectorum cogitari iubet. Itaque legionibus *omnibus*, quarum significatio in *singulis* inest (nam de singulis quod praedicatur, id nulli non tribuitur) statuere debemus quaestorem sic adesse iussum, ut virtutis omnium legionum testis eodem modo esse posset, quo singuli legati eius, quam quisque singularum legionum miles praestaret. Sic denique fiebat, ut quisque miles *eos*, h. e. legatum et quaestorem, suae virtutis testes haberet.

eam partem] quam ipse a dextro cornu suo proelium committens ex adverso positam habebat, quod sinistrum erat hostium cornu, a quo deinde §. 5 pulsi atque in fugam conversi hostes dicuntur.

§. 2. Ita] Hoc cum *acriter* coniunctum est, ut *itaque*, quod sequitur, de quo *Herzogius* dixit, cum *repente celeriterque*. Narratio rei impetum, quo gesta est, imitatur, nulla particula transitum molliente. Perperam Oud. et alii plene post *fecerunt* interpungunt.

Digitized by Google

insilirent et scuta manibus revellerent et desuper vulnerarent. Cum hostium acies a sinistro cornu pulsa atque 5
in fugam conversa esset, a dextro cornu vehementer multitudine suorum nostram aciem premebant. Id cum ani- 6
madvertisset Publius Crassus adulescens, qui equitatui praeerat, quod expeditior erat, quam hi, qui inter aciem versabantur, tertiam aciem laborantibus nostris subsidio misit. 53. Ita proelium restitutum est, atque omnes hostes terga verterunt neque prius fugere destiterunt, quam ad flumen Rhenum milia passuum ex eo loco circiter [quinquaginta] pervenerunt. Ibi perpauci aut viribus 2

sari minime novatori placuerit. *phalangas* autem non solum in Pet. et Bong. A., quos Oud. nominat, sed secundum silentium exemplaris Fabric. etiam in Egm. et in Dr. A. Vrat. A. legitur.

§. 6. adulescens] Bong. A. superscripto tamen secundum Plüschkium *o*. Sed cf. ad c. 47 §. 4 adnotata. Vulgo *adol.*

equitatui] *equitatu* Duk. a m. pr. ed. Scal. et Oud. Vide adn. cr. ad c. 16 §. 4 et c. 46 §. 4.

tertiam aciem] *t. partem* cod. Vrsini, And. Voss. AB. Dr. B. Goth. A. Vind. AC et in marg. pro v. l. F. His iteratum in tanta propinquitate nomen displicuerit.

Cap. 53. §. 1. quinquaginta] Haec Lipsii et sqq. lectio est ab emendatione profecta Ciacconii et Hotomanni, probabilior utique, quam quae in codicibus et edd. vett. exstat, *quinque* (unus Vind. C. *duo* exhibet ex frequentissima numerorum II. et V. confusione) quod spatium et per se iusto brevius est et addito *circiter* minus convenit et Plutarchi atque Orosii testimonio repugnat. Plutarchus enim Caes. 19 ἐπὶ σταδίους τριακοσίους vel, ut in quibusdam codd. est, τετρακοσίους usque ad Rhenum persecutum Germanos Caesarem esse refert, Orosius 6, 7 in fugam versos *per quinquaginta milia passuum* insatiabiliter caesos eosdem dicit. Quorum in numero consensio (si Plutarchus τετρακοσίους scripsit) ad Caesaris denique Commentarium eiusque auctoritatem referri et ab hoc *quinquaginta* scriptum esse potest; quamquam, cum et Plutarchi lectio incerta sit et Orosius in nominibus Germanorum valde a Caesare discrepet et Rheni mentionem non faciat, qui utrumvis eorum alios auctores secutum esse, Caesarem vero non illum quidem *quinque*, sed alium maiorem numerum posuisse statuat, nihil absoni faciat.

pervenerunt] *pervenirent* Leid. A. *pervenerint* Bong. A. Egm. Lov. tres alii Oud. Vrat. A. Goth. AB. edd. ante Ald., quod Oud. sine ratione restituit. Cf. Handii Tursellinus 1 p. 401.

§. 5. a sinistro cornu] sc. hostium, ut ex §. 1 intelligitur. Eorundem est dextrum cornu, a quo Romanam *aciem premebant*. Aliter, sed item sine ambiguitate 7, 62: *primo concursu ab dextro cornu, ubi septima legio constiterat, hostes pelluntur atque in fugam coniiciuntur*.

§. 6. quam hi, qui inter aciem versabantur] inter quos etiam Caesar fuisse videtur, a quo proinde non minima pars laudis et victoriae illo die reportatae ad P.

Digitized by Google

confisi tranare contenderunt, aut intribus inventis si-
3 bi salutem repererunt. In his fuit Ariovistus, qui
naviculam deligatam ad ripam nactus ea profugit: re-
liquos omnes equitatu consecuti nostri interfecerunt.
4 Duae fuerunt Ariovisti uxores, una Sueva natione,
quam domo secum duxerat, altera Norica, regis Vo-
ctionis soror, quam in Gallia duxerat a fratre missam:

§. 2. tranare] *transnare* Bong. C. Dr. B. Ald. nep. Lips. *tranatare* And. S. Leid. AC. Goth. A. Vind. DE. *transnatare* cod. Vrsini, Vind. A. Scal. et sqq. tacentibus de Anglicis libris Clarkio et Wassio. Id Oud. in nullo suorum comparere testatus permutare cum eo, quod nihilo deterius multo maiorem auctoritatem habet, tamen noluit. Civ. 1, 48 *transnare flumen* et Alex. 29 *flumen transnarunt* sine controversia legitur.

§. 3. equitatu consecuti] *equitatus consecuti* Bong. C. *equitatum c.* Lb. *equites c.* Lov. S. Pet. (hic interposito, non postposito *nostri*) Aldinae, Gr. a. Turr. et sqq. ante Oud. *consecuti equites* Leid. A. Vind. A. Hav. A. Steph. Oud. Non mutandam fuisse antiquissimarum edd. et Gr. b. scripturam vidit Heldius. Cf. 6, 8: *quos Labienus equitatu consectatus magno numero interfecto* etc.

§. 4. domo] *domum* Leid. C. Vrat. B. Bonn. inc. *a domo* Cu. Voss. AB. Leid. A. S. Hav. A. Dr. B. Vind. ACF. et cum puncto sub *a* Goth. A. *ab domo* Bong. BC. Oud. Praepositionem a scriptoris consuetudine abhorrere non fugit Heldium, a quo citatis locis addendus est c. 31 §. 14 *ut domo emigrent.*

duxerat] *adduxerat* Voss. B. Duk. Vind. A. Goth. A. Aldinae, Gr. ab. et sqq. ante Oud. *abd.* Dr. B. Vind. F. *eduxerat.* cod. Vrsini, Cu. Voss. A. Leid. A. S. Hav. A. Ven. f. Steph. Oud. Pro composito, quod qui exhibent codices, partim inter se dissentiunt, partim iidem sunt, quos in proxima adnotatione interpolatos esse statuimus, quodque variandae orationis causa, cum paulo post iterum *duxerat* legatur, adscribi potuit, simplex ex edd. ante Ven. f. restitui, quod Oud. codices „plurimi" Bong. AB. Pet. N. Reg. Pal. Gott. Egm. Lov. Lb. Dr. A. Vrat. ABC. Goth. B. Hamb. Bonn. Vind. E. tuentur.

Voctionis] Bong. A. Dr. A. Vind. AE. Gott. *Voccionis* Vrat. A. Goth. B. Gu. Vind. D. cum edd. ante P. Man., a quo inde *Vocionis* scribunt, quod ego in nullo codice inveni neque Oud. invenisse videtur, qui „*Voccionis*, *Vocionis*, *Boccionis* (sic Pet. Pal. Voss. A. Egm. Vind. C. et corr. Goth. A.), *Bozionis* (Vind. F.) etc." in MSS. et Edd. Vett. esse dicit. Proxime ad scripturam P. Man. accedit Hamb. *Vocinis* et Dr. B. *horionis*. In Vrat. C. *Noc-*

Crassum transferri debebit, si is eum equitatu Gallorum, cui praerat, extra aciem constitutus et proelio abstinere iussus cohortes legionarias et fortasse alarias a Caesare in tertia acie ad subsidium ferendum collocatas, quo opus esset mittendas esse vidit et misit, cum Caesar inter aciem versatus et impeditus neutrum facere potuisset.

Digitized by Google

utraque in ea fuga perierunt. Duae filiae harum, altera
occisa, altera capta est. Gaius Valerius Procillus, 5
cum a custodibus in fuga trinis catenis vinctus traheretur,
in ipsum Caesarem hostis equitatu persequentem incidit.
Quae quidem res Caesari non minorem, quam ipsa victo- 6
ria voluptatem attulit, quod hominem honestissimum pro-
vinciae Galliae, suum familiarem et hospitem, ereptum e
manibus hostium sibi restitutum videbat, neque eius ca-

cionis, in Ort. Bonn. et Vrat. B. *Noctionis*, in Bong. C. *Boxionis* legitur.

utraque — perierunt] Vrat. B. Gu. Bonn. inc. Reliqui aut cum edd. primis et Oud. *utraeque — perierunt*, aut, ut Cu. Bong. B. Par. A. Vind. A. Hav. A. cum Aldinis, Gr. ab. Steph. Lips. et sqq. ante Oud. *utraque — periit* exhibent, quorum illud a Caesaris usu alienum (nam Civ. 2, 6 pro *utraeque* (naves) *ex concursu laborarent* codices optimi Leid. A. Voss. B. Dr. A. Vind. A. item *utraque* scribi iubent) hoc usitatum scilicet, sed tale est, ut neque in illud neque in id, quod nos recepimus, mutari potuisse, contra ex hoc ipso quemadmodum et illud originem ducere videatur. Cf. Civ. 3, 30: *uterque eorum ex castris stativis a flumine Apso exercitum educunt*. Eodem inclinabat Oud.

§. 5. Gaius] Bong. AB. Pet. Voss. A. Gott. Egm. Vrat. AB. Bonn. Vind. E. Med. a. Ven. b. (*G.* Cu. Dr. AB. Hamb. Vind. BI. *Caius* Gu. Ven. cde. Ber.) *M.* Aldinae, Gr. ab. Steph. Turr. *C.* reliquae cum Vrat. C. Goth. AB. Vind. A.

Procillus] *Pricillus* Egm. Vrat. A. *touicillus* Vind. I. Cf. adn. cr. ad c. 19 §. 3.

Cap. 53. §. 4. Duae filiae harum] Falluntur qui hunc nominativum absolutum aut genus dicendi, quo scriptor hic utitur, anacoluthon putant. Neque enim alium casum, nisi nominativum, subiecti declaratio requirebat, neque ea, quae sequuntur, exspectationem praedicati, quam movit nominativus, frustrantur, sed quid duabus filiabus acciderit, duobus verbis demonstrant, quorum utrumlibet ad alterutram accommodatum et cum repetita utriusque significatione coniunctum singularem numerum habet, discrepantem illum quidem a priore subiecti declaratione, sed repetita eadem necessarium. Atque in hac ipsa repetitione, quam *appositionem partientem* dicere liceat, cum numeri mutatione coniuncta positum illud est, quod a vulgari consuetudine recedens hic locus habet. Similis ei est Civ. 3, 108: *Tabulae testamenti, unae per legatos eius Romae erant allatae, ut in aerario ponerentur, — alterae eodem exemplo relictae atque obsignatae Alexandriae proferebantur.* et ib. 106: *Caesar — cum legionibus, una, quam ex Thessalia se sequi iusserat, et altera, quam ex Achaia a Q. Fufio legato evocaverat, equitibusque DCCC. — Alexandriam pervenit.* et Hisp. 33: *Ita novissimo tempore servum iussit et libertum, qui fuisset eius concubinus, alterum se iugulare, alterum pyram incendere.* His similia ex Cicerone et Livio collegerunt Sanctius Minerva IV, 8 et Perizonius.

Digitized by Google

lamitate de tanta voluptate et gratulatione quicquam fortuna deminuerat. Is se praesente de se ter sortibus consultum dicebat, utrum igni statim necaretur, an in aliud tempus reservaretur: sortium beneficio se esse incolumem.
7 Item Marcus Mettius repertus et ad eum reductus est.

54. Hoc proelio trans Rhenum nuntiato Suevi, qui ad ripas Rheni venerant, domum reverti coeperunt; quos Vbii, qui proximi Rhenum incolunt, [ut] perterritos senserunt, insecuti magnum ex his numerum occiderunt.

§. 8. Mettius] *Metius* „MSS. longe plurimi et vetustiores." Bong. AB. Cu. Voss. A. Egm. Pal. Dr. AB. Vrat. C. Goth. A. Bonn. Gu. Vind. ABE. inc. et reli. ante Ven. f. *Mecius* Vrat. AB. Goth. B. *mecius* Hamb. (*Titus*) *Marius* Bong. C. *Petilius* Ox. *Titius* „MSS. duo" Vind. I. Ven. f. et sqq. ante Lips. a quo *Mettius* obtinuit. Cf. adn. crit. ad c. 47 §. 4.

Cap. 54. §. 1. quos Vbii — [ut] perterritos senserunt, insecuti] Ex Rhenani coniectura Stephanus, Lipsius et sqq. *quos Vbii — perterritos insecuti* scripserunt. Codices et reli. edd. *quos ubi* (*q. ubi hi* Vind. I. *q. ubi cuncti* Carr. *q. ibi* Bonn. *q. nisi* Duk. *quo nisi* inc.) — *perterritos senserunt, insecuti* exhibent, ex quo Glareanus in edd. Friburg. a. 1527 et 1546 *quos Vbii — ubi perterritos senserunt, ins.* fecit, Oud. *quos ubi Vbii* vel *ut Vbii — pert. senserunt, ins.* fieri posse putabat. Ac de Vbiis vix dubitari potest, quos Caesar. 4, 3 et Rhenum attingere et cum Suevis multa bella gessisse tradit, quorum nomen ibidem in *ubi hi*, ut 6, 9. *Vbiorum* in *ubi horum* corruptum est. Neque enim omnes, qui proximi Rhenum ab Helvetiis inde usque ad Belgas et Batavos incolebant, impetum in Suevos fecisse credibile est, neque tam certa erat Transrhenanorum illorum sedes tamve fixa Rheni propinquitas, ut praesenti *incolunt* locus in descriptione esset. Hoc igitur pro certo poni atque ipsum *ubi* illud, quod in codicibus est, per compendium scriptum nomen *Vbii* duabus brevibus, ut in *is, idem* et aliis, in unam longam *I* contractis haberi potest. Maiorem dubitationem iniicit verbum *senserunt*, quod, etsi recepto vitioso *ubi* verbum aliquod finitum desiderabatur et interpolandi necessitas urgebat, tamen mirum est in omnibus codicibus idem eodemque loco (solus Vind. A. id post *insecuti*, sed superscriptis litteris *b a* collocat) positum exstare. Fatendum est etiam praeter exspectationem eos, qui modo *domum reverti coepisse* dicebantur, subito *perterritos* dici, quasi fieri non potuerit, ut non perterriti reverterentur, nullam vero offensionem accipi, si Vbii *perterritos* eos *sensisse* dicantur, et ipsum verbum ad hostes hostium eventum speculantes aptissimum esse. Cf. 4, 14: *prius ad hostium castra pervenit, quam quid ageretur Germani sentire possent.* 5, 32: *At hostes, posteaquam ex nocturno fremitu vigiliisque de profectione eorum sen-*

§. 6. eius calamitate] h. e. interitu (cf. 6, 37: *Cottaeque et Titurii calamitatem, qui in eodem occiderint castello, ante oculos ponunt*) quam si fortuna, sortium moderatrix, non avertisset, multum de illa voluptate et gratulatione deminuisset.

Digitized by Google

Caesar una aestate duobus maximis bellis confectis maturius paulo, quam tempus anni postulabat, in hiberna in Sequanos exercitum deduxit; hibernis Labienum praeposuit; ipse in citeriorem Galliam ad conventus agendos profectus est. 2

serunt, etc. Itaque non temere Glareanus et Oud. de retinendo verbo cogitaverunt. Sed Oud. coniecturam partim praesens *incolunt*, cuius loco imperfectum exspectabatur, partim post longiorem protasin (*ubi* seu *ut Vbii*, *qui proximi Rhenum incolunt*, *perterritos senserunt*) iusto brevior apodosis (*insecuti*) minus commendat. Probabilior est Glareani ratio, in qua, si pro *ubi* poneretur *ut*, quod post *incolūt* facile omitti poterat, praesertim cum insolentius esset, ut in adnot. crit. ad c. 4 docui, rectius, quam in Rhenani coniectura, acquiesci posse videbatur.

Digitized by Google

LIBER II.

Cum esset Caesar in citeriore Gallia in hibernis, ita uti supra demonstravimus, crebri ad eum rumores afferebantur, litterisque item Labieni certior fiebat omnes Belgas, quam tertiam esse Galliae partem dixeramus, con-

Cap. 1. §. 1. in hibernis] Cum Caesar in fine superioris Commentarii nihil, nisi ad conventus agendos se in citeriorem Galliam profectum, hiberna autem exercitui in Sequanis attributa esse demonstraverit, et cum dictio *in hibernis esse* de imperatore sine exercitu hiemem alicubi transigente rite poni non posse videatur, verba *in hibernis*, etsi ab omnibus codd. praestentur (tantum Hamb. *ut* pro *in* exhibet, et Ox. Vind. A. *in* omittunt, et Vind. A. post *demonstravimus* inter versus adscriptum habet *dispositis*, quod manifestum glossema est) inepta atque eliciendo nonnullis visa sunt. Sed statuere licet Caesarem etiam deductis tribus legionibus illis, quae secundum 1, 10 circum Aquileiam hiemaverant, aliquid militum, fortasse integram legionem ad tuenda praesidia (cf. 8, 54) in citeriore Gallia habuisse, quacum ipse conventibus peractis, quibus minime magnam hiemis partem impendisset, in hibernis fuerit eo tempore, quo rumores illi et nuntii de Belgis ad eum afferrentur, idque ipsum tempus eum verbis *in hibernis* significare, ceterum id, quod supra demonstratum sit, nihil aliud nisi commorationem in citeriore Gallia intelligi voluisse, quae commoratio conventuum agendorum causa suscepta his peractis sua sponte hiematio facta erat.

Cap. 1. §. 1. ita uti supra demonstravimus] Haec verba certo documento sunt hunc Commentarium non mero librariorum arbitratu, sed ab ipso scriptore seorsum a praecedente positum et tamen eodem cum illo volumine editum esse. Remoto enim intervallo, quod Commentarium a Commentario dirimit, additamentum propter nimiam commemorationis illius propinquitatem ineptum fit, et quominus separato volumine editum hunc putemus, adverbium *supra* obstat, quod locum et partem praesentis voluminis aliquam priorem respici iubet. Itaque Metaphrastes non male *ἐν τῷ πρόσθεν λόγῳ* pro eo posuit.

dixeramus] Plusquamperfectum rem aliquo tempore praeterito absolutam, seu, quod eodem redit, ad aliquid postea factum et quod tempore loquentis item praeteritum sit relatam significans efficit, ut rei illi locum in serie praeteritarum tribuamus eamque velut unam ex reliquis simpliciter factam cogitemus nec usque ad tempus loquentis mente quasi persequamur, id quod perfectum nos facere si minus cogit, at certe sinit et, ubi primae personae est, etiam ut faciamus hortatur, propterea quod prima persona ipsius loquentis est et de ipso eiusque tempore cogitare nos iubet. Hanc igitur moram, quam Germani necessario dictionibus von denen wir gesagt haben, welche wir als — bezeichnet haben et similibus inici nobis sentimus, quamque Latinis quoque inferre perfectum poterat, plusquamperfectum rumpit et cur-

Digitized by Google

tra populum Romanum coniurare obsidesque inter se dare. Coniurandi has esse causas: primum, quod vere- 2
rentur, ne omni pacata Gallia ad eos exercitus noster adduceretur; deinde, quod ab nonnullis Gallis sollicita- 3
rentur, partim qui, ut Germanos diutius in Gallia versari noluerant, ita populi Romani exercitum hiemare atque inveterascere in Gallia moleste ferebant, partim qui mobilitate et levitate animi novis imperiis studebant; ab nonnullis etiam, quod in Gallia a potentioribus atque 4

§. 3. ut] Lov. Duk. Dr. A. Vind. BD. edd. ante Scal., excepta Ven. f., quae cum Goth. A. Vind. CI. *uti* exhibet. In reliquis codd. et edd. Scal. Graev. omisso adverbio *qui* (Vind. A. superne adscripto *a*) *Germanos* legitur, quod haud dubie vitiosum est. Sed *ut* an *uti* a Caesare sit, dubitari potest.

§. 4. imperio] Bong. A. S. Leid. A. „et alii", codices Vrsini, Vind. A. Hav. A. Ven. cde. Ber. Vasc. Steph. In. Graev. Dav. Cl. Oud. 2. *in imp.* reliqui codd. et edd., etiam Oud. 1 et Elberl. Cf. adn. cr. ad 1, 18 §. 5.

sum narrationis aequabilem reddit. Similiter infra c. 24: *pedites, qui cum iis una fuerant, quos primo hostium impetu pulsos dixeram.* et c. 28: *maiores natu, quos una cum pueris mulieribusque in aestuaria ac paludes collectos dixeramus.* et 4, 27: *una cum his legatis Commius Atrebas venit, quem supra demonstraveram a Caesare in Britanniam praemissum.* Cicero de Or. 2, 58: *quatenus autem sint ridicula tractanda oratori, perquam diligenter videndum est, id quod in quarto loco quaerendi posueramus.* Respicitur autem initium libri primi, quo loco Belgae unam de tribus Galliae partibus incolere dicuntur.

§. 2. omni pacata Gallia] Minus late h. l., quam 1, 1 *omnis* Galliae patet significatio, quippe Belgis, fortasse etiam Aquitanis exclusis. Similiter infra c. 35 *omni Gallia pacata* cum dicitur, Aquitani excipiendi sunt.

§. 3. partim qui — moleste ferebant] h. e. quorum pars constabat iis, qui etc. Erant autem hi libertatis amantes et peregrinum imperium aversantes ideoque Romanos ita et eodem modo ex Gallia removere cupientes, ut Germanos et Ariovistum expellere studuerant.

partim qui — studebant] Hi ex illis fuerint, qui sub Romanorum imperio erant, quos inter iam et Haedui et Sequani referri poterant; qui Romanorum imperia diutius perferre non ob libertatis amorem, sed ob mobilitatem et levitatem animi detrectabant, novarum rerum cupidi, qui parere non recusabant, modo ne semper eisdem, et novos dominos quaerebant et iam sub Belgarum quam Romanorum imperio esse malebant.

§. 4. quod — occupabantur] Exspectabatur tertii generis sollicitantium descriptio superioribus duobus similis: *qui regna occupaturi erant, quam rem minus facile* etc. Pro ea ratio ostenditur, qua factum sit, ut tertium genus exsisteret: genus ipsum, quibus hominibus constiterit, ex illa ratione colligi debet. Erant in Gallia potentiores, qui regna in civitatibus suis ambiebant, et hinc quoque fiebat, ut Belgae ad

Digitized by Google

his, qui ad conducendos homines facultates habebant, vulgo regna occupabantur, qui minus facile eam rem imperio nostro consequi poterant. 2. His nuntiis litterisque commotus Caesar duas legiones in citeriore Gallia novas conscripsit et inita aestate in interiorem Gal-

Cap. 2. §. 1. His] „MSS. plerique" Bong. AC. Voss. A. Pet. Egm. Hav. A. Dr. AB. Goth. A. Vind. ABCFI. Vrat. A. Gu. Ven. cdef. Ber. Steph. Gr. b. Elberl. *hiis* Bong. B. Gott. Vrat. BC. Bonn. Hamb. *Iis* vulgo et Oud.

inita] codices Vrsini, cod. Steph. et Brant. Pet. N. Cu. Bong. AB. Gott. Egm. et pars codicum Oud. Dr. A. Vrat. AB. Hamb. Bonn. Gu. inc. *ineunte* Reg. Vossianus Clarkii, Leid. AB. Voss. A. Ox. And. tres alii Oud. Parisienses, Hav. A. Dr. B. Vrat. C. Goth. AB. Vind. ACE. reliquae edd. ante Scal. et Cl. (*inuente* Ven. e. Ber.). Sine codicum discrepantia *tertia inita vigilia* legitur Civ. 3, 54 et *aestate inita* Afr. 26, in Comm. autem de b. Gall. ita discrepant, ut participium illud passivum, quo sane neque Cicero neque alius quisquam sic usus reperitur, criticis quibusdam displicuisse, a Caesare tamen nihilo minus recte et ita, ut iam factum initium et quasi ingressio in aestatem, hiemem etc. significetur, positum esse videatur. Nam infra c. 35 pro *inita proxima aestate* Cu. Leid. A. Vind. A. *initio proximae aestatis*, 3, 7 pro *inita hieme* Vind. A. *in hieme*, 5, 23 pro *secunda inita cum solvisset vigilia* Cu. And. Ox. Vind. A. *sec. cum solv. vig.* exhibent, quae omnia vulgatis deteriora sunt. Nostro loco *ineunte* deterius non est, et *ineunte aestate* Cicero Att. 2, 4 sub fin. et *ineunte vere* alibi, *ineunte anno* et similia alii dixerunt. Sed Caesari non magis hoc, quam alterum aliis, usitatum et propter codicum, quam demonstravi, rationem posthabendum videtur.

interiorem] *citeriorem* Bong. C. Hamb. Vind. I. *ulteriorem* Ox. S. Leid. A. Vind. A. Hav. A. Ald. et sqq. usque ad Scal., qui *in-*

coniurandum incitarentur, vel ab ipsis potentioribus illis vel ab eorum ministris et operis, quod quia ad rem perinde est, incertum relinquitur. Ceterum indicativus, quo Caesar in his generibus describendis utitur, non rumores eum aut litteras Labieni, sed suam ipsius cognitionem rerum hominumque secutum esse docet.

conducendos] Fortasse hoc loco Caesar *conducere*, quod alibi proprie dicere solet (cf. infra c. 2 §. 3 et 1, 4 et 5, 27 et 6, 31 et 7, 81), ea significatione posuit, quam addito mercedis nomine habet, quae ad *facultates*, h. l. opes et divitias, aliquanto aptior videtur.

Cap. 2. §. 1. commotus] Cf. adn. ad 1, 20 §. 8.

inita aestate] Haec verba, quae in adn. crit. explicata sunt, si ad *misit* pertinent, Caesarem aliquanto post initam aestatem profectum statuere debemus, id quod nec per se verisimile est neque, licet initium aestatis ad mensem Maium referatur, satis ei convenit, quod paulo post de primum incipiente pabuli copia dicitur. Et proximorum collocatio verborum ea est, ut illa potius ad *deduceret* pertinere videantur. Itaque discedentem ex hibernis Caesarem statuamus Q. Pedium, quem secum in hibernis habuisset,

Digitized by Google

liam qui deduceret, Quintum Pedium legatum misit. Ipse, cum primum pabuli copia esse inciperet, ad exercitum venit; dat negotium Senonibus reliquisque Gallis, qui finitimi Belgis erant, uti ea, quae apud eos gerantur, cognoscant seque de his rebus certiorem faciant. Hi constanter omnes nuntiaverunt manus cogi, exercitum in

teriorem ex edd. primis restituit. Idem Oud. magis codicum causa, quam quod per se satis probabile putaret, tenuit. Sed *ulteriorem* Galliam Caesar 1, 7 et 10 et Civ. 1, 33 eam dicit, quam fere *provinciam* vocitat; in provinciam autem ducendas fortasse legiones accepit Pedius, quia per eam iter ad exercitum erat, *deducendas* vero haud dubie illuc, ubi exercitus futurus esset, h. e. in *interiorem* Galliam, seu in partes terrae Galliae mediterraneas et a finibus provinciae remotiores, quas certo nomine Sequanorum, Senonum aliove designare Caesar propterea non poterat, quod nesciebat, ubi ipse futurus esset tum, cum Pedius per provinciam legiones traduxisset. Eadem significatione *Britanniae pars interior* dicitur 5, 12 eiusque incolae *interiores* ib. 14.

§. 2. finitimi] *finitum* Bonn. *finitumi* Oud. 2.

§. 3. exercitum] *exercitumque* Bong. C. *exercitusque* R. Lov. Leid. B. Dr. B. Vind. CDF. edd. ante Ven. f. Ald. Vasc. Steph. Gr. b. *exercitus* Leid A. S. Voss. AB. Duk. Ox. Hav. A. Vind. A. Goth. A. Ven. f. Gr. a. Turr. P. Man. Ald. nep. Lips. Elberl. Plurali, quem Oud. quoque et *Heldius* sibi probari ostenderunt, et Hirtius de iisdem Belgis usus est 8, 6: *Bellovacos — finitimasque his civitates — exercitus comparare atque in unum locum cogere*, et Caesar uti h. l. potuit, ut singulas civitates singulos exercitus manibus aliquot coactis effecisse eosque omnes unum in locum conduxisse significaret. Sed hoc ipsum nescio an iusto argutius esse putaverit et, cum tamen omnes illi exercitus denique in unum coniungerentur, differentiam inter manus et exercitus illos minores missam faciens simpliciter id, quod extremum et summum erat, declarare maluerit. Quamquam, *exercitum* si scripsit, etiam diversam a manibus eamque maiorem multitudinem simul cum illis, sed unum in locum cogendam et quae iusti exercitus instar esset, in animo habere potuit; quam in sententiam illa 3, 17 dicta videntur: *his praeerat Viridovix ac summam imperii tenebat earum omnium civitatum, quae defecerant, ex quibus exercitum magnasque copias coëgerat*. Quae cum ita sint, lectionem eorum librorum, qui se cum omnino, tum praecipue hac in parte integriores praestant, tenendam existimavi.

in eum locum misisse, in quo recens conscriptae duae legiones tenderent, eique mandasse, ut inita aestate se, qui statim discessurus esset, cum legionibus sequeretur. Er schickte den Pedius mit dem Befehle ab, sie nach Sommers Anfang in das innere Gallien zu bringen.

§. 2. inciperet] Coniunctivi ratio eadem videtur, quae post *antequam*, *priusquam* et similia, cum non solum tempus, sed etiam consilium est significandum: Caesar profectionem et iter ita instituit, ut neque maturius neque tardius veniret, quam pabuli copia esse inciperet.

Digitized by Google

4 unum locum conduci. Tum vero dubitandum non existi-
5 mavit, quin ad eos proficisceretur. Re frumentaria comparata castra movet diebusque circiter quindecim ad fines Belgarum pervenit. 3. Eo cum de inproviso celerius-

§. 4. proficisceretur] Ante hoc in Vind. A. *XII. diebus*, in Dr. B. Vind. EF. *XII° die*, in cod. Vrsini, Cu. Voss. A. nonnullisque Oud. codicibus, in Hav. A. Vind. C. Goth. A. marg. ed. Frellon., in ed. Scal. Graev. Dav. *duodecimo die* legitur, quae verba Oud. „ut celerrimi Caesaris praecipiti ingenio plane contraria", et quia in antiquissimis libris Bong. AB. Lov. Pet. Ox. ut in Pal. Duk. Leid. C. Dorv. Dr. A. Vrat. ABC. Goth. B. Bonn. Hamb. Vind. BDI. et edd. ante Scal. omissa sunt, uncinis inclusit, ceterum errore scribarum ex *primo die* vel *primo quoque die* orta suspicatur, aliis *propere* vel *proximo die* a Caesare scriptum esse coniicientibus, vel de glossemate ex *quindecim diebus*, qui paulo post commemorantur, illato cogitantibus, quorum nihil verisimile puto. Potius ex Ephemeridibus, de quibus ad 1, 39 §. 2 dixi, ea huc translata esse opinor ibique significasse diem, quo Caesar, postquam ad exercitum venisset, e castris profectus esset. Etenim Senonibus aliisque Gallis mandaverat, uti se de Belgarum consiliis certiorem facerent, ipse frumentum longo itineri necessarium comparaverat. His rebus aliquot dies consumi necesse erat, neque ad celeritatem, qua sane maxima utebatur, quicquam reliqui fecerat, si duodecimo non ab exploratorum illorum reditu, sed ab ipsius adventu die ad profectionem parata omnia habuit. Sed hanc diei significationem, vel quod non magnopere ad rem pertineret, vel quod nimis breviter facta ipsi ambigua et obscura videretur, in Commentario omittere potuit. Itaque in eo genere codicum, quod integram Commentariorum recensionem habet, omissa, in altero invito scriptore servata est.

§. 5. comparata] *provisa* cod. Vrs. S. And. Ox. Cu. Hav. A. Vind. A. ed. Scal. et sqq., inter quos Oud. ea ratione usus est, quod celeritati convenientius fuerit Caesarem modo providisse, quomodo sibi supportaretur frumentum, quam hic in longum iter comparasse. Sed si id, quod providerat ante iter, postea in itinere adfuit, etiam *comparasse* dicere poterat et, si dixit, amplius quid lectorem docuit eumque de eventu simul et de cura certiorem fecit. Quare in prima fortasse scriptione, cum rei memoria recens esset, *provisa* posuerat, deinde, cum magis respiceret, quomodo res evenisset, quam quomodo administrata esset, praetulit *comparata*. Si minus, *provisa* ex illo variandae orationis studio, de quo ad 1, 43 §. 1 verba feci, originem ducere existimo.

Cap. 3. §. 1. inproviso] Bong. A. Vind. A. Voss. A. Egm. non *impr.*

§. 4. quin] Cf. Civ. 3, 37: *Domitius tum quoque sibi dubitandum non putavit, quin productis legionibus proelio decertaret.* et infra c. 23: *transire flumen non dubitaverunt.* Discrimen harum locutionum in eo positum est, quod infinitivus rem sine dubitatione factam, *quin* sine dubitatione susceptam significat.

Digitized by Google

que omni opinione venisset, Remi, qui proximi Galliae ex Belgis sunt, ad eum legatos Iccium et Andocumborium, primos civitatis, miserunt, qui dicerent se sua- 2

omni] om. Leid. C. Vrat. B. Bonn. inc. atque ita Cicero aliique *opinione celerius*, *maius* et similia dicunt. *omnium* Vrat. A. et pro v. l. Gott. item Ald. et sqq., etiam Oud. 1, quod sane usitatissimum est. Sed *omni*, quod reliqui codices et edd. primae tuentur, verum videtur. Variae hominum de Caesaris adventu opiniones fuerant, aliis magis celeriter eum, aliis minus venturum opinantibus: ille vero omni opinione celerius venit. Cf. 5, 48 extr. *quae res omnem dubitationem adventus legionum expulit.* Etiam *supra omnem opinionem* medicamentum quoddam reficere et confirmare stomachum dicit Scribonius loco a Gesnero indicato §. 107 p. 65 ed. Rhodii, eadem fere significatione, qua §. 103 *supra omnium opinionem;* qui auctor minime in omnibus contemnendus est.

Andocumborium] Bong. AC. Pet. Voss. A. Lov. Pal. Gott. Dr. A. Vind. B. Vrat. AC. Goth. B. Gu. *Andocum borium* Dr. B. Vind. EFI. (et sec. Confl. Pet. Bong. C. Pal.) *Andocium borium Andocum Boium* Carr. Egm. *Andocomborium* Vrat. B. Bonn. *Andecomborium* Cu. *Andocumburium* Goth. A. *Andocubrium* Vind. C. *Aridocubrium* Vind. D. Rom. a. *Ariodocuburium* Med. a. et sqq. usque ad Aldum, qui *Antebrogium* dedit, quod posteriores tenuerunt. Et *Andebrogium* legitur in Vind. A. et pro v. l. in margine Voss. A. et Hav. A. et apud Flodoardum (scriptorem seculi decimi) in Historia ecclesiae Remensis 1, 2 p. 6 ed. Colvener. et Metaphr. *Ἀντιβρόγιον* posuit. Sed hanc auctoritatem cum illa, quam nos secuti sumus, non comparandam esse apparet. Neque Oudendorpii libros nobis adversari adnotatio eius docet, qua omnino „MSS. et Edd. Vett. *Andocium Borium*, *Andecumborium*, *Andecomborium*, *Andocumborium*, *Anodocuburium*" exhibere tradit. In Hamb. nihil nisi *A.* scriptum est. Petrarcha utrumque nomen omisit.

§. 2. qui dicerent] om. And. Ox. Vind. A. Hav. A. quorum posteriores duo cum Voss. A. Bong. C. Dr. B. Goth. A. Vind. C. nonnullis Oud. Ven. f. et sqq. ante Oud. edd. *suae* ante *miserunt* ad *civitatis* additum habent. Quae lectio (*primos civitatis suae miserunt: se suaque — permittere*) per se neque additi aut omissi causa improbanda (cf. 4, 12: *cuius avus in civitate sua regnum obtinuerat* et 3, 8 *communem legationem ad P. Crassum mit-*

Cap. 3. §. 1. ex Belgis] Non, si quis e Belgis Galliam adeat, vom Lande der Belgen aus, qua interpretatione adhibita Remi pro Belgis Galli fiunt, sed inter Belgas, ut 1, 41 *quod ex aliis ei maximam fidem habebat*, et saepe alibi. Descriptio ipsa referenda est ad eam Galliae partem, ex qua Caesar venerat. Nam praeter Remos alii Belgae erant aeque proximi Galliae, sed aliis in partibus.

§. 2. qui dicerent se] Ante hoc *se*, quod ita ut *suaque* ex verbo *permittere* pendet, subaudiendum est alterum ipsos permittentes significans et una cum illo infinitivo pendens ex verbo finito *dicerent*, vel potius *miserunt*. Nam Remi, qui legatos miserunt, non legati, qui verba fecerunt, se in fidem Romanorum permittunt. Similiter infra c. 31 Aduatuci *legatos ad Caesarem de pace mi-*

Digitized by Google

que omnia in fidem atque in potestatem populi Romani permittere, neque se cum Belgis reliquis consensisse ne-
3 que contra populum Romanum coniurasse, paratosque esse et obsides dare et imperata facere et oppidis recipere
4 et frumento ceterisque rebus iuvare; reliquos omnes Belgas in armis esse, Germanosque, qui cis Rhenum in-

tunt: si velit suos recipere, obsides sibi remittat) neque ad concinnitatem et aequabilitatem partium reprehendenda est, sed propter maiorem sequentium ambitum minus perspicuitatis habet et rationem infinitivorum *permittere, consensisse* etc. diutius incertam relinquit. Quod incommodum nos interpunctione (ut hic colo post *miserunt* ponendo) facile evitamus, veteres illi ipsa oratione avertebant. Accedit quod crebrior enclitici *que* in sequentibus usus facit, ut magis narrari quam repraesentari oratio legatorum videatur.

in potestatem] Bong. A. Voss. A. Egm. Gott. tres alii Oud. Vrat. B. Bonn. Gu. Goth. B. Vind. E. inc. Oud. 2. Reliqui praepositionem omittunt, quo facto discrimen inter *fidem* et *potestatem* elevatur. Cf. c. 14: *in fide atque amicitia civitatis Haeduae.* 34: *omnes eas civitates in ditionem potestatemque populi Romani esse reductas.* Simul gradationem, quae dicitur, a minori ad maius tolli necesse est, quae huic loco admodum convenit.

cum Belgis reliquis] *cum Belgis reliquisque* Pal. Goth. B. edd. ante Ven. f. (excepta inc.) *cum reliquis Belgis* Hav. A. Vind. A. Ald. etc. et Oud. 2, qui ordo verborum usitatior est, sed ob id ipsum postpositi adiectivi pondus gravius et studii, quo illi se a reliquis separabant, significatio evidentior fit. Cf. 7, 43: *consilia clam de bello inire incipiunt civitatesque reliquas legationibus sollicitant.* 8, 43: *cum, quid ageretur in locis reliquis, essent ignari.*

coniurasse] *omnino coniurasse* S. And. Ox. Leid. A. Hav. A. Vind. A. Dr. B. Ald. et sqq. Aptum id, si post *permittere* plenius interpungendum et prius *neque* novam enuntiationem incipere statuendam est: sin illo loco comma posueris et *neque* pro und nicht acceperis, verbis *neque contra populum Romanum coniurasse* explicationem antecedentium exhiberi senties non necessariam illam, sed prolixius se purgantibus valde accommodatam.

§. 4. qui cis Rhenum incolant] Pro *cis Rhenum* Ox. Vind. A. Par. B. Ald. etc. ante Lipsium (etiam Vasc.) *ripas Rheni* habent. quod ab ipsis Remis citeriores haud dubie ripas designantibus sine ambiguitate dici, scriptori vero, cum ab illis partibus abesset, cum certiori *cis Rhenum* commutandum videri potuit. Praeterea optimi eorum codicum, qui *cis Rhenum* tuentur, Bong. AB. Dr. A. Vind. B. cum Lov. Pal. Gott. duobus aliis Oud. Vrat. C. Goth. B. Hamb. Gu. pro *incolunt*, quod in editis est, *incolant* praebent, quod non minus probum videtur. Coniunctivus etiam hac de re certiorem per se Caesarem fieri voluisse Remos significat.

serunt, qui — se suaque omnia eorum potestati permittere dixerunt. Atque ellipsis illa, de qua Zumptius §. 605 dixit, his locis evitandae iterationis causa necessaria, alibi sine necessitate tamen placuit scriptoribus, nec minus usitata est haec personarum permutatio, qua legatis tribuitur id, quod legantium est.

Digitized by Google

colant, sese cum his coniunxisse, tantumque esse eo- 5
rum omnium furorem, ut ne Suessiones quidem, fratres consanguineosque suos, qui eodem iure et isdem legibus utantur, unum imperium unumque magistratum cum ipsis habeant, deterrere potuerint, quin cum his consentirent.
4. Cum ab his quaereret, quae civitates quantaeque in armis essent et quid in bello possent, sic reperiebat: plerosque Belgas esse ortos ab Germanis Rhenumque an- 2
tiquitus traductos propter loci fertilitatem ibi consedisse Gallosque, qui ea loca incolerent, expulisse solosque esse, qui patrum nostrorum memoria omni Gallia vexata Teutonos Cimbrosque intra fines suos ingredi prohibuerint; qua ex re fieri, uti earum rerum memoria magnam 3
sibi auctoritatem magnosque spiritus in re militari sumerent. De numero eorum omnia se habere explorata 4
Remi dicebant, propterea quod propinquitatibus affinitatibusque coniuncti quantam quisque multitudinem in com-

§. 5. et isdem] Bong. A. Voss. A. Egm. Gott. Copulam, cuius loco in Vind. B. *ex* legitur, Vind. A. Vrat. A. Hav. A. Ald. etc. et Oud. 1 invito ipso omittunt; pronomen Vind. A. Hav. A. Oud. 2 *eisdem*, Dr. AB. Goth. A. Vind. BC. Ven. c. *hisdem*, Vrat. BC. Bonn. Hamb. *hiisdem*, reliqui fere cum edd. (etiam Oud. 1) *tisdem* scribunt. Cf. adn. crit. ad 1, 31 §. 1.

Cap. 4. §. 2. traductos] *transd.* Vind. A. Vrat. C. Aldinae, Gr. a. Turr. sqq. etiam Oud., qui MSS. omnes *trad.* exhibere testatur.

§. 4. Germanosque] Cf. cap. 4 extr.

Cap. 4. §. 1. sic reperiebat] Cf. 1, 13: *ita didicisse;* cuius dictionis rationem ibi exposui. Eadem h. l. et infra c. 15 verbi *reperire* est.

§. 2. plerosque Belgas] Videntur Remi sese et Suessiones excipere. Ceterum tenendum est originem Belgarum h. l. ex fama tantum ad Germanos referri, cui ne nimium tribuamus, Tacitus monere videtur Germ. 28: *Treviri et Nervii circa affectationem Germanicae originis ultro ambitiosi sunt, tamquam per hanc gloriam sanguinis a similitudine et inertia Gallorum separentur. Ipsam Rheni ripam haud dubie Germanorum populi colunt Vangiones, Triboci, Nemetes.*

omni Gallia vexata] Cf. 1, 33 §. 4 et 7, 77 §. 13, ne cum Petrarcha erres, qui 6, 4 haec ita narrat: *comperit eos antiquitus a Germanis originem ducere Rhenumque olim transgressos omnem saepe Galliam vexasse populosque suis sedibus eiecisse, auctis denique viribus et Cimbros et Teutones, gentis auctores, suis finibus arcuisse.*

Teutonos Cimbrosque] Alibi Cimbris priorem locum tribuit: *Cimbri Teutonique* 1, 33, *Cimbris et Teutonis* 1, 40, *Cimbris Teutonisque* 2, 29, *Cimbrorum Teutonumque* 7, 77. De metaplasmo dixi ad 1, 10 §. 1.

§. 3. magnosque spiritus] Vide ad 1, 33 §. 5 notata.

Digitized by Google

muni Belgarum concilio ad id bellum pollicitus sit, co-
5 gnoverint. Plurimum inter eos Bellovacos et virtute et
auctoritate et hominum numero valere; hos posse con-
ficere armata milia centum, pollicitos ex eo numero ele-
cta sexaginta, totiusque belli imperium sibi postulare.
6 Suessiones suos esse finitimos; fines latissimos feracis-
7 simosque agros possidere. Apud eos fuisse regem no-
stra etiam memoria Divitiacum, totius Galliae potentis-
simum, qui cum magnae partis harum regionum, tum
etiam Britanniae imperium obtinuerit: nunc esse regem

§. 5. electa] *lecta milia* Vind. A. Hav. Ald. etc. ante Oud. qui in ed. 1 *milia* secundum Bong. AB. Pet. Egm. Lov. Gott. et quattuor alios et ed. inc. delevit et *electa* cum „MSS. tantum non omnibus" scripsit, in ed. 2 *electa milia* ex edd. ante Aldum repetiit, quod meorum soli Goth. A. Vind. D. agnoscunt. Iteratio per se Caesaris consuetudini satis accommodata est, sed huic loco minus convenit propterea, quod artius haec cum antecedentibus, quam cum sequentibus cohaerent ideoque propius illis admoveri et quasi copulari debuerunt, id quod omisso nomine et imposita illuc redeundi necessitate efficitur. Scilicet verbis *pollicitos — sexaginta* simul significant Remi, qua auctoritate Bellovacos armata milia centum conficere posse dicant: ipsos in concilio id ostendisse, cum ex centum milium numero electa sexaginta polliciti sint. Nec fugit id Oudendorpium, quippe qui post *sexaginta* plenius interpunxerit, quam ante *pollicitos*, quod etsi necessarium non est, tamen rectius fit, quam contra, quemadmodum recentiores a *Cellario* inde et *Moro* facere instituerunt, nescio utrum *pollicitos* pro *pollicitos esse* dictum existimantes, an enclitici vim in *totiusque* non sentientes.

§. 6. fines latissimos] Carr. veteres codd. Vrsini, Reg. Voss. AB. Pal. Leid. AB. Duk. Dorv. Bong. C. Parisienses, Dr. B. Vrat. C. Goth. AB. Vind. ADEI. Hav. A. edd. ante Ald. *finesque latissimos* Vind. C. In reliquis libris et in edd. Ald. etc. *fines* omissum, in Bong. A. vero etiam *latissimos* nonnisi inter versus positum est, ut homoeoteleuton (finit*imos* — latiss*imos*) occasionem errori dedisse, errorem ipsum corrector non totum, sed dimidium sustulisse videatur. Etiam primorum vocabulorum *fin*itimos, *fines* similitudo in causa esse potuit, ut alterum praetermitteretur, quod eius codicis, quem Aldus secutus est, scribae acciderit. Contra non erat cur *fines* interpolaretur, cum *latissimos agros possidere* nullam offensionem praebere posset. Sed *fines* quoque *latissimos* optime habere certum est. Cf. 1, 2: *angustos se fines habere arbitrabantur*. 8, 2: *cum latos fines et complura oppida haberent*. et ad collocationem verborum Civ. 3, 34: *cum cohortibus quinque paucisque equitibus*. His de causis non dubitavi *fines* restituere, licet Garatonium ad Cic. Verr. 3, 51 (p. 346, 17 Hal.) et Zumptium ibidem Aldinam lectionem sequi viderem.

§. 5. pollicitos] Est appositio. Cf. adnot. crit.

§. 8. longissimeque absint] Haec verba non de primis, sed de

Digitized by Google

Galbam: ad hunc propter iustitiam prudentiamque suam totius belli summam omnium voluntate deferri; oppida habere numero XII., polliceri milia armata quinquaginta; totidem Nervios, qui maxime feri inter ipsos habeantur 8 longissimeque absint; quindecim milia Atrebates, Ambianos X. milia, Morinos XXV. milia, Menapios VII. milia, 9 Caletos X. milia, Velocasses et Veromanduos totidem,

§. 7. prudentiamque suam totius belli summam] *prudentiamque summam totius belli* Ald. etc. exc. Turr. usque ad Oud. qui et ipse, cum in ed. 1 *prudentiamque totius belli summam* scripsisset, in ed. 2 Aldinam scripturam eandemque Vind. A. et Hav. A. (praeterquam quod hic *summa* pro *summam* habet) restituit. A nobis exhibitam codices cum edd. ante Aldum et Turr. paene omnes tuentur: tantum tria postrema in Vind. C. omissa, in cod. Hotomanni et Cu. eo ordine, quo in Ald. posita et in Vind. B. enclitico *que* ad *summam* addito aucta sunt. *suum*, in quo etiam hi cum reliquis consentiunt, vel omitti vel pro eo *eius* poni potuisse concedimus, debuisse negamus. Proprias regis Galbae virtutes significaturus non minus recte, cum ambiguitas exsistere nulla posset, ad hunc propter iustitiam prudentiamque *suam* belli summam deferri dixit, quam infra c. 30 hominibus Gallis prae magnitudine corporum *suorum* brevitatem Romanam contemptui esse, et Civ. 1, 5 tribunis plebis *sui* periculi deprecandi facultatem non tribui, et alia, quae una cum aliorum scriptorum locis similibus exhibuit *Ramshornius* Gramm. p. 540.

§. 9. Menapios VII. milia] Inde a Lipsio, qui Orosium secutus videtur l. 6, c. 7, IX. Menapiis milia tribuunt, qui numerus (VIIII) in Vind. A. exstat. Cu. et Hav. A. VIII, reliqui mei omnes exc. Dr. B. et Hamb., in quibus haec verba cum aliis nonnullis ob homoeoteleuta exciderunt, VII (*septem* Vrat. AC. Goth. AB. Vind. D. Rom. a.) habent, item Oud. „plerique", cod. Brantii, Confl., Vasc. et omnes ante Lips. editi, Petr. Hist. 6, 5 et Metaphr.

extremis Nerviorum a Remis finibus accipienda sunt, quos illo quidem tempore, integris Nerviorum rebus, ad Oceanum usque pertinuisse aestuariorum infra c. 28 facta commemoratio docet. De Menapiis, quos nonnulli longius afuisse putant, in Caesaris commentariis nihil est, quod eam opinionem confirmet et Remos h. l. falsos esse arguat. 3, 28 cum Morinis bellum adversus Caesarem silvarum et paludum beneficio sustinuisse, 4, 4 ad utramque partem Rheni inferioris habitasse, 6, 5 propinqui Eburonum finibus, ib. 9 finitimi Trevirorum fuisse dicuntur.

§. 9. Morinos] unde secundum 4, 21 brevissimus erat in Britanniam traiectus. Syllabarum modum ostendit Virgilius Aen. 8, 727: *Extremique hominum Morini Rhenusque bicornis.*

Velocasses et Veromanduos] non singulos, sed utrosque coniunctos. Quod ad ordinem populorum omnium pertinet, quem Orosius 6, 7 plane eundem exhibet, cum neque ad magnitudinem copiarum neque ad terrarum situm institutus videatur, nihil relinquitur, nisi ut virtutis opinionem secutos esse Remos statuamus.

Digitized by Google

10 Aduatucos decem et novem milia; Condrusos, Eburones, Caeroesos, Paemanos, qui uno nomine Germani appellantur, arbitrari ad XL. milia.

5. Caesar Remos cohortatus liberaliterque oratione prosecutus omnem senatum ad se convenire principumque liberos obsides ad se adduci iussit. Quae omnia ab his
2 diligenter ad diem facta sunt. Ipse Divitiacum Hae-

decem et novem] Bong. A. Vrat. AC. x et VIIII Voss. A. x et IX Gott. Egm. Vrat. B. Bonn. Gu. *decem novem* Goth. B. Vind. D. Rom. a. XVIIII Dr. AB. Vind. AEF. Med. a. Ven. bcd. XIX Hav. A. Ven. ef. Steph. Gr. b. Oud. XXIX Ald. etc. ante Oud.

§. 10. Caeroesos] Bong. A. Vrat. A. Egm. *Ceroesos* „MSS. plerique et inc." Gott. Voss. A. Vrat. B. Bonn. Goth. A. Vind. B. *Eacroesos* Hamb. *Cercesos* Pet. Bong. B. Dr. A. Ber. *Cerosos* Leid. A. Cu. Vind. A. *Ceresos* „alii" Dr. B. Vind. D. edd. rell. ante Ald. *Caeresos* Gr. ab. Steph. Turr. *Caeraesios* Vind. E. *Caeraesos* Ald. ab. Lips. et sqq. sine auctoritate.

appellantur] *appellentur* Steph. Indicativus hoc iam non Remorum ex ore, sed ab ipso scriptore proficisci docet, qui, etsi hanc rem pariter atque reliqua ab illis accepisset, tamen in extrema orationis parte quasi redire ad se et suo nomine aliquid, quod certum esset, demonstrare poterat.

§. 10. arbitrari] sc. se Remi dicebant. Videntur hi, qui uno nomine Germani appellabantur, a Belgarum concilio afuisse, eamque ob causam Remi numerum, quem polliciti essent, minus exploratum habuisse.

Cap. 5. §. 1. liberaliterque oratione prosecutus] Pluribus verbis iisque amicitiam et benevolentiam testantibus habitum sermonem significat (er sagte ihnen viel freundliches und gütiges) translatione a corpore et comitatu ad animum, qui lubenter alicui adest operamque dat, facta. Cf. Alex. 15: *Caesar illum adhortatus atque omnibus laudibus prosecutus.* et qui apte ab *Herzogio* collatus est locus Cicer. Tuscul. 2, 25, ubi Pompeius narrat de Posidonio, quem ut vidisset et salutavisset *honorificisque verbis prosecutus esset* etc. Simul respicitur illud, quod Remi se in fidem populi Romani permiserant eiusque amicitiam et auxilium petiverant. Cf. 4, 18: *quibus pacem atque amicitiam petentibus liberaliter respondit.*

omnem senatum ad se convenire] Saepe Gallorum *senatus* a Caesare commemorantur, qui ubi regibus additi sunt, quemadmodum in Remis unum cum Suessionibus, quorum rex Galba erat, magistratum habentibus, regnum per senatum temperatum fuisse consentaneum est. Infra c. 28. Nerviorum senatores sexcenti fuisse dicuntur. 5, 54 Senonum senatum omnem ad se venire iubet Caesar, cui illi dicto audientes non fuerunt. Causa iubendi eadem erat, quae h. l., ut parituros se Caesari ostenderent et obsidum loco apud eum essent. Quod autem h. l. eos *convenire* ad se iubet, fortasse indicio est non in uno loco eos congregatos, sed alios alibi habitantes certis temporibus convenire ad consilia consuevisse.

ad diem] Cf. 5, 4: *Caesar obsides imperat eosque ad certam diem adduci iubet. — His ad diem adductis, ut imperaverat, ar-*

Digitized by Google

duum magnopere cohortatus docet, quanto opere rei publicae communisque salutis intersit manus hostium distineri, ne cum tanta multitudine uno tempore confligendum sit. Id fieri posse, si suas copias Haedui in fines Bello- 3
vacorum introduxerint et eorum agros populari coeperint. His mandatis eum ab se dimittit. Postquam omnes Bel- 4
garum copias in unum locum coactas ad se venire vidit neque iam longe abesse ab his, quos miserat, exploratoribus et ab Remis cognovit, flumen Axonam, quod est in extremis Remorum finibus, exercitum traducere maturavit atque ibi castra posuit. Quae res et latus unum ca- 5

Cap. 5. §. 2. magnopere] *magno opere* Voss. A. Hamb. et fortasse a m. pr. Vind. A. in quo *magnopere* correctum in *o* legitur. Oudendorpio unus Voss. A. sufficere visus est, ut *magno opere* scriberet; cui non assentior. Vide adn. crit. ad 1, 13 §. 4. Atque h. l. eo minus placet, quo propius est *quanto opere*, quod ab eodem Oud. pro *quantopere* ex Bong. A. Voss. A. Leid. A. Lov. Egm. Gott. duobusque aliis et ed. inc. receptum accedentibus Vrat. AB. Hamb. Bonn. Gu. et, ut videtur, m. pr. Vind. A., qui *quantopere* item cum correctione in *o* exhibet, tenere non dubitavi. Nam ut *quanto opere — tanto opere* inter se relata sibi invicem praesidio sunt, ut 7, 52, ita in verbis *magno opere cohortatus docet*, *quanto opere intersit* non eodem pertinentia minus apte consonant.

§. 4. traducere] *transd.* Ald. nep. et sqq.

bitros inter civitates dat. 7, 77: *an quod ad diem non venerunt, de eorum fide constantiaque dubitatis?* Civ. 2, 19: *edictumque praemittit, ad quam diem magistratus principesque omnium civitatum sibi esse praesto Cordubae vellet: quo edicto tota provincia pervulgato nulla fuit civitas, quin ad id tempus — mitteret, non civis Romanus paulo notior, quin ad diem conveniret.* quo loco sunt qui *statutum* addant, ut Petrarcha nostro *destinatum*, quo facto vis minuitur dictionis. Germanice similiter dicimus auf den Tag, convenientiam et id, quod plane congruit et quadrat, haud paulo evidentius declarantes, quam cum dicimus zu dem bestimmten Tage.

§. 2. rei publicae communisque salutis] *Rem publicam* Romanorum, *communem salutem* eam dicit, quae Haeduis cum Romanis vel Divitiaco secum communis sit. Cf. Civ. 1, 24: *interesse rei publicae et communis salutis se cum Pompeio colloqui.*

§. 4. vidit] non suis oculis neque nuntiis litterisque Labieni, de quibus c. 1 dictum est, neque aliis, quas ipse animadverteret, rebus, quae diversae essent ab iis, quas exploratores et Remi docebant, sed per hos ipsos certior factus atque edoctus ita, ut dubitationi locus non relinqueretur et consilium secundum eas res tanquam certas et exploratas capi posset. Quodsi deesset *vidit*, persuasionis et fidei factae significatio desideraretur et secundum audita potius, quam ex diligenti rerum aestimatione consilium cepisse Caesar videretur.

Digitized by Google

strorum ripis fluminis muniebat et post eum quae essent tuta ab hostibus reddebat et commeatus ab Remis reliquisque civitatibus ut sine periculo ad eum portari pos-
6 sent, efficiebat. In eo flumine pons erat. Ibi praesidium ponit et in altera parte fluminis Quintum Titurium Sabinum legatum cum sex cohortibus relinquit: castra in altitudinem pedum XII. vallo fossaque duodeviginti pe-

§. 5. essent] *erat* Leid A. *erant* veteres codd. Vrsini, Cu. Vind. A. Hav. A. Steph. Iu. etc. ante Oud. quo modo situs locorum talis, qualis erat, sine cogitationis significatione describitur. Coniunctivus vero in cogitatione Caesaris versari illa ostendit eumque hunc locorum situm respexisse secumque perpendisse et ad consilium de ponendis castris adhibuisse demonstrat. Illud in prima scriptione sufficere, hoc in altera praeferendum videri poterat, praesertim cum eventus docuisset non multum afuisse, quin eum cogitatio sua falleret; id quod ex cap. 9 intelligitur.

possent] Voss. A. S. Leid. AB. Duk. Hav. A. Vind. ACFI. Goth. A. Bonn. Ven. f. Steph. Oud. 2 tacente de Bong. A. Plüschkio. *posset* cum reliquis Oud. 1, quod facilius ex illo, quam illud ex hoc fieri potuit. Multo rarius enim *commeatus* plurali hac significatione, quam singulari dicitur et in Caesaris comm. de b. G. bis tantum exstat, 3, 3 §. 2 et 23 §. 6, item bis apud Hirtium 8, 30 et 47. Nam 5, 23 §. 2 aliam significationem habet. Hoc autem loco etiam aptior est pluralis.

§. 6. relinquit] Hoc ab Oud. in „plerisque suis", a Dav. in N. repertum, in ex. Fabr. non nisi ex Gott. Egm. relatum Oud. 2 secundum „MSS. et Edd. qdd." in *reliquit* mutavit, quod in Vind. AD. Dr. A. Hav. A. et fortasse in Pet. Bong. C. et Vind. BE. (si silentio ex. Confl. et eius, qui Vindobonenses B etc. contulit, fides habetur) et in plerisque edd. ante Dav. (exc. Ven. f. Steph. Gr. b.) legitur. (*reliquid* Vind. A. ut *relinquid* Hamb.) Non abhorrere eiusmodi mutationem a Caesaris usu in adn. crit. ad 1, 46 §. 2 observavimus, sed inter duo praesentia praeteritum, quod neque sententiae ratio requireret neque codicum auctoritas magnopere commendaret, recipiendum non videbatur.

in altitudinem] *in altitudine* omnes Gruterianos suosque codices Oud. cum edd. primis exhibere testatur, quod de Pet. Bong. ABC. Voss. A. Lov. Egm. Gott. ex. Fabr. et Confl. confirmant (ex Pal. *multitudine* afferunt) nec aliter Dr. AB. Vrat. C. Goth. A. Hamb.

§. 5. muniebat] Imperfectum non facultatem (die Möglichkeit), quemadmodum nonnulli interpretati sunt, sed rei effectum tamdiu, quam rem ipsam, exstantem significat.

post eum] sc. Caesarem, eundem, de quo paulo post *ad eum* dicitur. Davisius pronomen ad exercitum referebat.

munire] non Sabinum, quippe qui in altera parte fluminis relinqueretur nec quicquam cum his castris commune haberet, sed eos, quorum hoc esset, ut castra munirent, milites, quos nominatim significari non magis necesse erat, quam praecones 5, 34: *duces eorum tota acie pronuntiare iusserunt, ne quis ab loco discederet.* Cf. ib. 33 §. 3 et Civ. 2, 25 §. 6.

Digitized by Google

dum munire iubet. 6. Ab his castris oppidum Remorum nomine Bibrax aberat milia passuum octo. Id ex itinere magno impetu Belgae oppugnare coeperunt. Aegre eo die sustentatum est. Gallorum eadem atque Belga- 2
rum oppugnatio est haec. Vbi circumiecta multitudine

Bonn. Gu. Vind. BFI. et edd. Rom. a. Med. a. Ven. bcdef. Ber. Graev. Sed de Bong. A, Plüschkius tacet, et Vind. A. Vrat. AB. Goth. B. cum Ald. et reli. edd. *in altitudinem* habent, quod mihi non modo melius, ut Oudendorpio, sed etiam necessarium videtur. Sine *in* bene haberet ablativus: praepositionem semper horum quidem nominum accusativus sequitur. Neque eiusdem generis est *in circuitu*, quod Oud. comparat. *Circuitus* enim proprie significat circumeundi actionem, in qua mensura cognoscitur; *altitudo* vero et *latitudo* et *longitudo* non partem aliquam, in qua mensura conspicua fiat, sed totam rem ab imo ad summum surgentem, ab uno latere ad alterum productam cogitari iubent, et vallum pedum duodecim in altitudinem id est, quod, si in altitudinem extensum cogitatur, duodecim pedes habet.

Cap. 6. §. 2. Gallorum eadem atque Belgarum oppugnatio est haec. Vbi] Reg. Voss. Clarkii, Bong. B. Egm. Lov. Pat. quattuor alii Oud. Vrat. AB. Goth. B. Hamb. Bonn. Vind. E. inc., nisi quod horum nonnulli non post *haec*, sed ante id interpungunt. In Voss. A. *eadem*, in Vind. D. *haec* omissum, idem in Vind. A. deletum et *que* ante *Gallorum* additum, in reliquis pro *haec* scriptum est *hac* (Par. AB.) vel *ac* (Bong. A. Duk, Voss. B.) *at* (Cu. Pet. Bong. C. cod. Vrsini, Leid. A. S. Dr. AB. Goth. A. Vind. BCFI. Hav. A.) *eo* (And.) *hic* (Gott. Voss. C.), praecedente fere interpunctione. Praeterea Vind. I. Gott. *oppugnatione* exhibent pro *oppugnatio est*. Denique — *est*. *Ii ubi* in Rom. a. Med. a. Ven.

Cap. 6. §. 1. ex itinere — oppugnare] h. e. ita, ut iter facere et oppidum oppugnare continuam efficerent actionem. Iusta vero oppugnatio seu obsidio non statim excipere iter, sed castris demum positis et rebus aliis necessariis praeparatis institui solebat. Praepositio *ex* nexum rerum significat, quarum alia aliam excipiens ex ea pendere seu prodire cogitatur, idque vel temporis tantum ratione habita, ut h. l., vel causae notione adiuncta, ut 7, 86: *loca praerupta ex ascensu tentant*. Sed eiusmodi dictionum, qualis est Livii 35, 24 *ex itinere praemittere edictum* et Salustii Cat. 34 et Ciceronis Fam. 3, 9 *ex itinere litteras mittere*, quas Handius Tursell. 2 p. 627 cum hac nostra comparat, ratio eo differt, quod iter nondum perfectum et missionem non illud excipientem, sed ex medio eo prodeuntem cogitari significant. Verius comparaveris quos *Menckenius* ab *Herzogio* commemoratus in obs. linguae Lat. p. 549 non cum hoc, qui eum fugerat, sed inter se contulit locos Caesaris 1, 25 §. 5 *ex itinere nostros latere aperto adgressi* et infra c. 29 §. 1 *ex itinere domum reverterunt* et Afr. 18 *M. Petreius et Cn. Piso cum equitibus Numidis ccc. electis peditatuque eiusdem generis satis grandi ex itinere recta subsidio suis occurrunt* et ib. 86 *statim ex itinere ante oppidum Thapsum constitit* et qui ipsam dictionem nostram *ex itinere oppugnare* habent infra c. 12 §. 2 et 3, 21 §. 2.

Digitized by Google

hominum totis moenibus undique in murum lapides faci coepti sunt, murusque defensoribus nudatus est, testu-
3 dine facta portas succedunt murumque subruunt. Quod

b. — *est.* *Hi ubi* in Ven. c. etc. ante Oud. legitur. Ipse Oud. in sua eademque nostra scriptura *haec* abesse malebat, Clarkius *eadem;* Hotomannus vero *Gallorum* et *Belgarum* sedem permutandam censebat: „nam de Belgis nunc loquitur.“ Mihi nihil h. l. supervacaneum aut non suo positum loco videtur. Oppugnationem illam descripturus Caesar recte *Gallorum oppugnationem* dicit, quippe omnibus Gallis communem ideoque Gallicam potius, quam Belgicam appellandam; deinde, quia de Belgis loquitur et ut oppugnationem eorum non quemadmodum alia instituta discrepare a Gallica, sed unam atque eandem esse dicit: Der Gallier Belagerungsart, dieselbe, der sich die Belgen bedienen, ist diese. Quodsi ita, ut Hotomannus vult, scripsisset: *Belgarum eadem atque Gallorum oppugnatio* — consuetudinem non Gallis propriam, sed fortasse a Germanis ad Belgas, a Belgis ad Gallos seu Celtas traductam dicere videretur.

in murum lapides] Bong. A. Dr. A. Vrat. AB. Goth. A. Bonn. Vind. AB. Ven. f. etc. usque ad Oud., qui tacite *lapides in murum* edidit, quemadmodum in reliquis a me visis codd. et edd. ante Ven. f. et in uno alterove, cuius notam ex. Fabr. omisit, scriptum est.

portas succedunt] Dr. B. Hamb. Ven. c. et saltem quod ad verbum attinet, unus, ut videtur, Vrsinianorum codicum. *portes succedunt* inc. *portis succedunt* Ald. a. et sqq. ante Oud. *portas succenderunt* Carr. *portas succendunt* reliqui codices, etiam Parisienses et Hav. A. cum reliquis ante Aldum editis. Id vero multis de causis corruptum existimari debet. Nam neque testudine opus esse poterat ad ignem inferendum, ut ea facta statim portas succendere dici possent, neque credibile est illo die, quo quamvis aegre sustentatum tamen fuit, Bibractis portas incensas esse, quod, si *succedunt* verum est, sequentia verba *quod tum facile fiebat* credi iubent; neque difficile erat portas, quas igne petitum iri constaret, ab igne tutas facere, nec denique succensis portis et irrumpendi in oppidum facultate data de muro subruendo cogitaturi et hunc laborem ad reliquos addituri erant. Itaque *succendunt* ineptum est. Contra *succedunt*, cuius verbi cum accusativo rei, sub quam succeditur, coniuncti Oud. multa exempla monstravit, aptissimam habet significationem. Nam consentaneum est ab ea potissimum parte impetum in muros factum esse, ubi non solum

totis moenibus] h. e. qua moenia porrigebantur, seu ubicunque moenia erant; siquidem hic ablativus est, quod ex 7, 72 *turres toto opere circumdedit* et 8, 34 *toto oppido munitiones circumdare* verisimile fit.

testudine facta] scutis, ut in phalange, de qua ad 1, 24 §. 3 dictum est, super capitibus contextis, ne desuper vulnerarentur portas succedentes murumque subruentes. Cf. 5, 9, ubi milites legionis septimae *testudine facta* et aggere ad munitiones adiecto locum quendam cepisse dicuntur, et 7, 85 de Gallis: *alii tela coniiciunt, alii testudine facta subeunt.*

Digitized by Google

tum facile fiebat. Nam cum tanta multitudo lapides ac tela coniicerent, in muro consistendi potestas erat nulli. Cum finem oppugnandi nox fecisset, Iccius Remus, summa nobilitate et gratia inter suos, qui tum oppido praefuerat, unus ex his, qui legati de pace ad Caesarem ve- 4

facillime, sed etiam utilissime fieret. Hoc igitur, quod in tanta litterarum similitudine vel sine codicibus recipere ausus essem, illorum, quos indicavi, auctoritate satis confirmatum puto.

§. 3. Nam cum tanta — coniicerent, in muro — erat nulli] *namque tanta — coniiciebant, ut in muro — esset nulli* Ox. Vind. A. Hav. A. Leid. A. (hic *coniiciebat* et *nulla*, Vind. A. *coiciebant*) Ald. etc. ante Oud. (hae *nam*.) Hanc ego scripturam variandi studio eodem illo, cuius vestigia 1, 43 §. 1 exstare videbantur, ortam suspicor, postquam *nam cum* vel *nam quom* in *namque* corruptum esset. A Caesare quidem profectum propterea non arbitror, quod is iam cap. 4 quanta esset oppugnantium multitudo, tam luculenter docuit, ut non videatur hic demum ex illo effectu aestimari eam voluisse, et quod res ipsa effectum potius, quam causam doceri iubebat. Ceterum non uno modo haec in codicibus variata sunt. Bong. B. *forte* post *cum* additum habet. In Vind. E. *cum tanta multitudine — coniecerunt*, in Lov. Lb. Hamb. Gu. item *coniecerunt*, in Pal. Dorv. Vrat. C. Goth. B. *coniecerit*, in Dr. A. *coniceret* legitur.

§. 4. praefuerat] *praefuerant* Vind. F. *praefuerunt* Vind. C. *processerat* cod. Steph. secundum Hotom. *praeerat* Ox. Egm. Vrat. A. Lipsius e Ciacconii coniectura et sqq. Plusquamperfectum non solum illo tempore, quo nuntium misit, praefuisse, sed iam antea praeesse coepisse significat neque impedit, quo minus etiam tum praefuisse statuatur, quod sane fieri debet, sed verbi causa fieri non magis necesse est, quam, si *praeerat* legatur, de imperio iam antea demandato cogitari. Cf. infra c. 24 §. 1: *eodem tempore equites nostri levisque armaturae pedites, qui cum iis una fuerant, quos* etc. Civ. 3, 48: *est etiam genus radicis inventum ab his, qui fuerant cum Valerio.* Alex. 57 §. 1: *interim L. Titius, qui eo tempore tribunus militum in legione vernacula fuerat, nuntiat eam* etc. ib. §. 5: *duas cohortes legionis v., quae fuerant Cordubae in praesidio, idem facere.* Afr. 31 §. 1: *equitibus autem, qui in statione fuerant, praecipit.* Nepos Themist. 8: *ad Admetum, Molossorum regem, cum quo ei hospitium fuerat, confugit.* Ac ne verbi *esse* hoc proprium putes, cf. infra 3, 7 §. 2 *hiemarat*, Alex. 64 §. 3 et Afr. 23 §. 1 et 75 §. 3 *habuerat*. Sed *constiterat* 3, 4 extr. et quae eiusdem generis sunt, quae a nonnullis eodem referuntur, alio pertinent.

unus] *unum* codices, si minus omnes (nam Carr. et ii, quibus Flodoardus loco ad c. 3 §. 1 citato et Petrarcha 6, 9 *unus ex his*

§. 3. facile fiebat] Sine periculo ad murum accedere eumque subruere coeperant, sed perrumpere conantes dies defecit.

coniicerent] De plurali consule Zumptium §. 366.

§. 4. summa nobilitate et gratia inter suos] Cui laudi c. 3 §. 1 in prima Iccii commemoratione locus non fuerat, ea hic, ubi rem bene gerit, quasi praemio a Caesare afficitur.

Digitized by Google

nerant, nuntium ad eum mittit: nisi subsidium sibi submittatur, sese diutius sustinere non posse. 7. Eo de media nocte Caesar isdem ducibus usus, qui nuntii ab

duobus, qui ad Caesarem legati cum deditione urbis advenerant, tum vero oppidi praefectus ponens usus est, excipiendi videntur) at certe plerique cum edd. ante Aldum, quod propter *nuntium*, quod sequitur, ab librariis illatum et propagatum lenius aut probabilius, quam est ab Aldo factum, corrigi non potuit.

ex his] om. Pal. Vrat. C. Goth. B. Hamb. Vind. E. *ex hiis* Vrat. AB. Bonn. *ex iis* Rom. a. Ald. et sqq. etiam Oud. 1, qui *ex his*, quod in „MSS. plerisque" Pet. Voss. A. Egm. Bong. A. Dr. AB. Goth. A. Gu. Vind. ACFI. Hav. A. Med. a. etc. ante Ald. legitur, in ed. 2 restituit.

nuntium] Carr. et omnes Clarkii, Oud. Confl. Fabric. mei et Hav. A. cum edd. ante Aldum, qui *nuntios* fecit, nimis patienter adhuc propterea, opinor, quod paulo post *nuntii* ab Iccio venisse dicuntur, ab omnibus toleratum. Sicut in legationibus unus, qui mandata perfert, principum locum tenet atque legatus dicitur, comitum ratione non habita, ita ex pluribus una ad nuntium perferendum missis is, qui reliquos fide et dignitate antecedit, unus nuntius dici potest. Et in referenda quidem re nuntiata merito scripter huius unius, quippe qui solus ageret et loqueretur, rationem habet, postea vero, cum de itinere commonstrando sermo est, reliquorum mentionem adlicit, quia omnes in ea re operam utilem dabant, praesertim cum noctu et a diversis armatorum generibus iter faciendum esset.

Cap. 7. §. 1. isdem] „MSS. nonnulli" Dr. A. Vind. A. et Voss. A. vel alius apud Fabric. *hisdem* „MSS. nonnulli" Bong. AB. Pet. Egm. et Voss. A. vel alius apud Fabr. (in cuius exemplari et *isdem* et *hisdem* ex Voss. A. relatum legitur) Dr. B. Vrat. A. Goth. A. Vind. BC. *hiisdem* Vrat. BC. Bonn. Hamb. *iisdem* Gu. Goth. B. cum editis. Cf. 1, 31 §. 1 et 2, 3 §. 5.

mittit: nisi] De ellipsi cf. adn. crit. ad c. 3 §. 2 verba *qui dicerent*. Quamquam, cum *nuntius*, sis qui nuntiat, ellipsis paene evanescit. De homine autem nuntiante, non de re nuntiata, quae si nuntii nomine significata esset, ne species quidem ellipsis relinqueretur, hic cogitari verbum *mittit* iubet: *nuntium et nuntios mittere* et *dimittere* Caesar de hominibus tantum, *accipere*, *afferre*, *perferre* de rebus dicit.

Cap. 7. §. 1. Eo] Recte Germ. Sincerus hoc pro *ideo* positum statuebat, cuius significationis immemor Hotomannus et vulgarem, qua *in eum locum* est, ineptam esse sentiens (nam neque praecessit loci commemoratio, qui demonstraretur, et sequitur *oppidanis*) vocem suspectam habebat et veteres libros consulendos censebat. Scilicet ad sequentia fere *eo* pro *ideo* positum referre Caesar et *quod* subiicere solet, ut 1, 23: *sive eo, quod re frumentaria intercludi posse confiderent*, vel *ut*, ut 4, 2: *mercatoribus est ad eos aditus magis eo, ut quae bello ceperint, quibus vendant, habeant, quam quo* etc. et 5, 49, quo loco ad praecedentia refertur (*eoque omnino remittendum de celeritate existimabat*) lectio incerta est; sed alio-

Digitized by Google

Iccio venerant, Numidas et Cretas sagittarios et funditores Baleares subsidio oppidanis mittit; quorum adventu 3
et Remis cum spe defensionis studium propugnandi accessit, et hostibus eadem de causa spes potiundi oppidi discessit. Itaque paulisper apud oppidum morati agrosque 4
Remorum depopulati omnibus vicis aedificiisque, quos

§. 2. discessit] *dicessit* Dr. A. *descessit* Voss. C. *decessit* Vossianus Clarkii, quemadmodum de Gronovii ad Liv. 4, 52 proposita coniectura ediderat Davisius, probantibus cum Oud. Dähnio et Elberlingio. Scilicet relinquens animum *spes* non minus commode, quam *invidia*, *cura*, *ira*, de quibus id passim praedicatur, *decedere* quasi de loco superiore dici poterat, sed haud deterius est *discedere*, quod abitum simpliciter significat. Cf. Salust. Iug. 41: *ubi illa formido mentibus discessit*, — *lascivia atque superbia incessere*. Liv. l. c. *ubi hae sollicitudines discessere*, — *domi discordia*, *foris bellum exortum*. Quintil. 1, 1 §. 16: *quotiens discessit aemulatio*, *succedit humanitas*. Ib. 2 §. 44: *etiam illa praevelox* (memoria) *fere cito effluit et velut praesenti officio functa nihil in posterum debeat*, *tanquam dimissa discedit*. Eadem significatione *abscedere* dixit Terent. Hec. 5. 2, 15: *cito ab eo haec ira abscedet*, idque cum dativo, ut *discedere* h. l. Caesar, posuit Ovidius Metam. 5, 375 Venerem haec Amori dicentem faciens: *Pallada nonne vides iaculatricemque Dianam Abscessisse mihi?*

§. 3. quos adire] Bong. AB. Voss. A. Pet. Egm. Leid. C. Dr. A. Vrat. AB. Vind. B. Bonn. (hic *audire*) inc. Pro *quos* in Carr. Lov. Pal. Bong. C. quattuor aliis Oud. Dr. B. Vrat. C. Goth. AB. Hamb. Vind. CEFI. *quot*, in Gu. *quod*, in Vind. D. et edd. ante Ald. *quae*, in Vind. A. Hav. A. Ald. etc. usque ad Oud. *quo* legitur. *quo* per se satis probabile esse non fugit Oudendorpium, qui Caesarem 7, 14 eodem modo dixisse ostendit: *vicos atque aedificia incendi oportere hoc spatio a Boia quoquo versus*, *quo pabulandi causa adire posse videantur*. Adde 4, 20: *neque enim temere praeter mercatores illo* (sc. Britanniam) *adit quisquam*. Et minus usitatum hoc, quam accusativus, qui saepius cum *adire* iunctus est (ut 3, 7 *eas quoque nationes adire*, ib. 11 *Remos reliquosque Belgas adeat*, 4, 20 *si modo insulam adisset*) ideoque praeferendum videri posset, nisi *quos* et generis a proximo nomine discrepantia minime usitata illa et tamen vitio carente (syllepsin grammatici vocant) et codicum illud exhibentium comparata cum alterius familiae indole magis etiam commendaretur. Syllepsis exempla huic simillima habes apud Ciceronem Fam. 5, 21: *tibique persuade praeter culpam ac peccatum*, *quo*

rum scriptorum usus, quem Handius docet Tursell. 2 p. 410, dubitationi locum non relinquit.

Numidas] levis armaturae pedites, de quibus cf. infra ad c. 10 dicta. Cretes sagittarii et funditores Baleares seu Baliares, quemadmodum ab aliis vocabantur, item pedites erant leviter armati.

§. 2. eadem de causa] quod oppidani in spem defendendorum hostium venerant. Ea enim causa fuerat, cur illis studium propugnandi augeretur.

Digitized by Google

adire potuerant, incensis ad castra Caesaris omnibus co-
piis contenderunt et ab milibus passuum minus duobus
4 castra posuerunt; quae castra, ut fumo atque ignibus

semper caruisti et carebis, homini accidere nihil posse, quod sit horribile aut pertimescendum. et de nat. de. 2, 62 §. 156: *quid de vitibus olivetisque dicam? quarum uberrimi laetissimique fructus nihil omnino ad bestias pertinent.* Monstravit haec Burmannus ad Lucani 1, 176. Itaque *quos* praetuli cum Oud., sed quod idem dicit eo magis id hic locum habere, quod *vicis aedificiisque* tantundem sit ac si dixisset *vicorum aedificiis*, probare non possum, sed aedificia seorsum a vicis et passim per agros exstructa et habitata interpretor, ut 1, 5 §. 2, ceterum nexu aliquo legitimo cum vicis coniuncta eiusque rei significandae causa syllepsin a scriptore adhibitam esse potuisse non nego.

potuerant] „MSS. tredecim et Edd. Vett.“ Bong. ABC. Pet. Pal. Gott. Egm. Dr. AB. Vrat. BC. Goth. AB. Bonn. Gu. Vind. BCE. edd. ante Ald. *poterant* Carr. Vrat. A. Hamb. Vind. A. Hav. A. Ald. et sqq. Ne hoc quidem reprehendendum, immo ad tempus, quo parabantur incendia, relatum paulo evidentius altero tamen propter codices potissimum huic, quod etiam verius et accuratius dictum est, cum Elberlingio postposui.

ab milibus] *a m.* Voss. A. Dr. B. Vrat. C. Goth. AB. Hamb. Vind. C. edd. ante Oud. qui tacite *ab m.* edidit.

§. 3. omnibus copiis] Ablativi ratio eadem est, quae cum homo dicitur *omnibus viribus*, *toto animo* aliquo *contendere*, quod ab *armis*, *vi*, *virtute contendere* non genere, sed specie differt. Similiter 5, 49: *Galli re cognita per exploratores obsidionem relinquunt, ad Caesarem omnibus copiis contendunt.* Propius ad alteram speciem accedunt talia, quale 3, 11 legitur: *ipse eo pedestribus copiis contendit*, in quibus universae loci seu partis, in qua actio conspicua fiat, notioni instrumenti succedit cogitatio. Verum tamen in his comitatus significatio frequentior est, ut 1, 38: *Ariovistum cum suis omnibus copiis ad occupandum Vesontionem contendere*, et multis locis, ubi de hominibus singularibus, non, ut hic, de ipsa multitudine sermo est.

ab milibus passuum minus duobus] Cf. infra c. 30: *quo tanta machinatio ab tanto spatio institueretur?* 4, 22: *naves, quae ex eo loco ab milibus passuum VIII. vento tenebantur.* 5, 32: *a milibus passuum circiter duobus Romanorum adventum exspectabant.* 6, 7: *positis castris a milibus passuum XV.* Civ. 1, 65: *a milibus passuum V. itinera difficilia atque angusta excipiebant.* Haec ita explicanda videntur, ut pro eo loco ipso, in quo aliquid fiat vel factum sit, eius loci distantia significari, praepositio autem eam vim, quae ad 1, 1 §. 4 demonstrata est, habere statuatur. Aliter Zumptius §. 396, qui ablativum solum ponendum fuisse et praepositionem non ad eum locum, in quo sit res distans, sed ad eum, a quo ea res distet, spectare putat ideoque miram dicit praepositionis transmutationem. Cui locus I. 4 aperte repugnat. Minus etiam satisfacit Handius Tursell. 1 p. 41. Ceterum *minus* h. l. non nomen adiectivum, sed adverbium est, ut *amplius*.

Digitized by Google

significabatur, amplius milibus passuum octo in latitudinem patebant. 8. Caesar primo et propter multitudinem hostium et propter eximiam opinionem virtutis proelio supersedere statuit; cotidiè tamen equestribus proeliis, quid hostis virtute posset, et quid nostri auderent, periclitabatur. Vbi nostros non esse inferiores 2
intellexit, loco pro castris ad aciem instruendam natura

Cap. 8. §. 1. proeliis] om. Vind. C.
posset] *posset sollicitationibus exquirebat* Dr. B.
periclitabatur] *periclitabantur* Hamb. et cum puncto sub *n* Goth. B. *periculabatur* Dr. B. *experiebatur* Leid. C. Vrat. B. inc. *expiebatur* Bonn. *sollicitationibus exquirebat* Vrsini liber, Cu. Voss. AB. Bong. C. And. Ox. Leid. A. Hav. A. Par. B. Vind. ACE. Goth. A. (hi duo *solio.*) *exquirebat* pro var. lect. margo Pet. *sollicitationibus periclitabatur* Oud. 2. Idem in Leid. B. utrumque esse testatus incertum reliquit, utrum *pericl. soll. exq.* an *soll. exq. pericl.* ibi scriptum sit. Ego cum plerisque interpretibus *periclitabatur* reliquorum librorum, etiam Par. A. auctoritate firmatum editum a Caesare arbitror eiusque glossema esse *experiebatur* facile largior, sed *sollicitationibus exquirebat* ab ipso scriptore in Ephemeridibus positum suspicor, ut, cum *equestribus proeliis* locum magis et tempus rei significaret, hoc rem ipsam, per quam id, quod vellet, efficeret: Er suchte in Reitergefechten die Tapferkeit der Feinde und den Muth der seinigen durch wiederholte, nur Beunruhigung, nichts entscheidendes zum Zweck habende Angriffe zu erforschen. eoque magis addendum aliquid *equestribus proeliis* videri poterat, si pedites quoque, id quod verisimile est, interesse equitum proeliis periculi faciendi causa voluerat. In Commentario vero omittendi ratio eadem fuisse videtur, quam in adn. crit. ad c. 2 §. 4 ostendi. Atque etiam duplicem illum ablativum et verbum *exquirere*, quamquam hoc 1, 41 §. 3 simili explorandi significatione legitur, relegenti ephemerides suas displicere potuisse non nego, sed glossemati simile nihil hic video neque nomine *sollicitatio* offendor, quod a Terentio et Cicerone usurpatum non intelligo cur dubitatum sit, num a Caesare sic dici potuerit, ut verbum *sollicitare* dictum ab Ovidio (Fast. 5, 40) et Lucano (4, 665) esse monstravit Oudendorpius.

Cap. 8. §. 1. proelio supersedere] Etsi scriptor belli Africi c. 75 *supersedere pugnae* dixit, non dubitandum videtur, quin *proelio* ablativus sit. Constructionem enim pariter ac significationem huius verbi communem cum verbo *abstinere* fecerat usus, a quo Caesar si discedendum putasset, sine ambiguitate discessisset.

§. 2. loco — opportuno atque idoneo] h. e. cum locus opportunus atque idoneus esset. Sic 4, 1 §. 16 *locis frigidissimis* dictum est pro *cum loca frigidissima sint;* nec multum differunt illa ib. c. 24 §. 2 et 3: *ignotis locis* et *notissimis locis*, quae ipsa loco, quem tenet adiectivum, propius accedunt ad ea, quae aperte ablativos absolutos habent, quale hoc est capitis sequentis: *secundiore equitum proelio nostris.*

Digitized by Google

opportuno atque idoneo, quod is collis, ubi castra posita erant, paululum ex planitie editus tantum adversus in latitudinem patebat, quantum loci acies instructa occupare poterat, atque ex utraque parte lateris deiectus habebat et in fronte leniter fastigatus paulatim ad planitiem redi-

§. 2. planitie] Ven. f. Steph. Gr. b. Turr. Oud. 1. *planicie* reliquae et Oud. 2, et paulo post *planiciem*, cui analogiam repugnare ad 1, 43 §. 1 ostendi.

occupare] *tenere* codices Vrsini, Cu. And. S. Vind. A. Nescio, an hoc quoque in prima scriptione positum deinde cum magis proprio permutarit. Certe Civ. 3, 40 (*eodemque tempore ex altera parte molem tenuit*) et 100 (*insulam obiectam portui Brundisino tenuit*) consequens pro antecedente dicere non dubitavit. Cf. adn. crit. ad c. 2 §. 5.

in fronte] *in frontem* Carr. N. Voss. Clark. codex Brantii, cod. Gifanii, Pet. Bong. AB. Gott. Voss. A. Egm. „plurimi" Dr. AB. Vrat. AB. Hamb. Bonn. Gu. Vind. BF. inc. Flor. Vasc. Steph. Gr. b. Turr. quod qui probarunt, *frontem* pro cacumine accepisse, ceterum non animadvertisse videntur ne in cacumen quidem leniter fastigatum illum collem nisi a fronte et fortasse a tergo dici potuisse et illa lectione atque interpretatione adhibita id desiderari, quod maxime significatum oportebat, qua in parte leniter acclivis collis esset. Huic incommodo occurrens Oud. secundum Cu. Leid. A. S. praepositionem eiecit et *frontem* scripsit, quod etiam Hav. A. Vind. A. Goth. A. exhibent. (Vind. D. *fronte*, item sine *in*.) Sed ne sic quidem satis perspicue id, quod opus erat, demonstratur, cum accusativus ille Graecorum more positus solum participium *fastigatus* definiat et simul ad verbum *redibat* trahi vix possit. Accedit quod Graecismo illo Caesar, si a dictione *maximam partem* discesseris, qua 4, 1 cum aliis utitur, abstinuisse videtur. Nam *infima apertus*, quod ex huius libri c. 18 §. 2 citant, infirmum esse deprehendemus. Iam vero praepositionem codices integerrimi et ab huiusmodi additamentis minutis liberi tuentur, terminationes autem hasce ubique permutatas videmus. Itaque *in fronte* cum Vrat. C. Goth. B. et reliquis ante Oud. edd. scribendum putavi, h. e. in parte adversa, von vorn, ut infra c. 23 §. 4 et 25 §. 1 et 7, 23: *intervallo grandibus in fronte saxis effarciuntur*.

leniter fastigatus] Pro *leniter*, quod secundum Bong. AB. Pet. Pal. Gott. Egm. Lov. Reg. Voss. ABC. Leid. AB. S. And. Dorv.

adversus] Cf. Civ. 2, 15: *miles dextera ac sinistra muro tectus, adversus plutei obiectu*. Adiectivum ad totum relatum partem totius significat. Non totus collis erat adversus, sed qua erat adversus sc. ad hostes, ibi patebat. Itaque similia huic sunt *summus mons*, *extremum agmen*, *extremae fossae*, quae paulo post dicuntur, non *adversi dentes* aut *hostes*, aut *vulnera* aut *signa adversa*, quae a quibusdam huc revocantur.

lateris deiectus] Deiectus seu loca praerupta et declivitates, quas collis ex utraque parte habebat, lateris (utriusque) deiectus erant, sicut lene fastigium frontis: der Hügel hatte auf beiden

Digitized by Google

bat, ab utroque latere eius collis transversam fossam obduxit circiter passuum quadringentorum et ad extremas fossas castella constituit ibique tormenta collocavit, ne, cum aciem instruxisset, hostes, quod tantum multitudine poterant, a lateribus pugnantes suos circumvenire possent. Hoc facto duabus legionibus, quas proxime con- 3

cum Rom. a. Med. a. Ven. bf. St. dedit Oud., Carr. N. Voss. Clarkii, cod. Brantii, Dr. A. Vrat. B. Bonn. Vind. BC. cum rell. ante Oud. edd. *leviter*, pro *fastigatus* autem codices nostri omnes (fortasse uno Pal. excepto) etiam Parisini et Hav. A. cum edd. ante Ald. *castigatus* exhibent eique *castratus* addunt Bong. A. Egm. Gott. Dorv. codex Schotti, „alii" Lov. Vrat. ABC. Goth. B. Bonn. Hamb. Gu. Vind. E. inc. In Pet. et Pal. secundum ex. Fabr. solum *castratus*, secundum Confl. in Pet. *castigatus*, in Pal. *fatigatus castratus* legitur. *castratus*, ex quo Heinsio *ac stratus* fieri posse videbatur, glossema est nullius usus, sed haud dubie ad *castigatus* pertinens. *fastigatus*, quod Aldus ex codice videtur sumpsisse, sequentes statim a Gr. a. in *fastigiatus* mutarunt, quod Davisius ad normam verborum *vestigare* et *litigare* correxit, assentientibus etiam codicibus, quorum in scriptura iam nihil praeter primam litteram mutandum est. Nam qui eam integram tenent et *castigatum collem* depressum, non nimis prominentem interpretantur, Ovidii versu Amor. 1. 5, 21 *quam castigato planus sub pectore venter* utentes, nimis insolitum loquendi genus faciunt et tamen quod volunt, non efficiunt. Non impediunt enim, quo minus declivitatem illam quamvis lenem iniquissimam et aut multis tumulis parvulis distinctam aut gradatim intercisam fuisse cogitemus. Contra *fastigatus* ea significatione, qua nomen Germanico Abdachung respondet, usitatum pariter atque perspicuum et maxime ad rem appositum videtur. Cf. 4, 17 §. 4 et Civ. 2, 10 §. 5 et Liv. 37, 27: *collis est in modum metae in acutum cacumen a fundo satis lato fastigatus* (quo loco nonnulli codices ita ut hic Pal. Confl. et infra l. 4 Leid. A. *fatigatus* exhibent.) Hoc igitur tenui cum Oud.

a lateribus pugnantes suos] *ab lateribus pugnantes suos* Oud. cum hac adnotatione: „Sic MSS. meliores: vulgo *a l. suos p.*" Ego *ab* in ex. Fabr. tantum ex Egm. allatum, ipse in Vind. A. Vrat. A. scriptum vidi. In Hamb. *et* legitur. Reliqui cum edd. ante Oud. exceptis Ven. cde. Ber. praepositionem omittentibus *a* tenent, quos sequi tutius est visum. Sed ordinem verborum ab Oud. praelatum, quem etiam Steph. exhibuit, codices mei quoque meliores omnes tuentur.

Seiten steile Abhänge, welche eben die Seiten desselben bildeten.

passuum quadringentorum] in longitudinem. Cf. adn. ad 1, 25 §. 4.

ad extremas fossas] Erant enim duae fossae, una ob dextrum, altera ob sinistrum latus collis ducta, et quatuor in locis castella constituta significat.

cum aciem instruxisset] quod simulatque fecisset, hostes, qui *item suas copias ex castris eductas instruxerant*, proelium commissuros putabat.

Digitized by Google

scripserat, in castris relictis, ut, si quo opus esset, subsidio duci possent, reliquas sex legiones pro castris in
4 acie constituit. Hostes item suas copias ex castris eductas instruxerant. 9. Palus erat non magna inter nostrum atque hostium exercitum. Hanc si nostri transirent, hostes exspectabant; nostri autem, si ab illis initium transeundi fieret, ut impeditos adgrederentur, pa-
2 rati in armis erant. Interim proelio equestri inter duas acies contendebatur. Vbi neutri transeundi initium faciunt, secundiore equitum proelio nostris Caesar suos in
3 castra reduxit. Hostes protinus ex eo loco ad flumen Axonam contenderunt, quod esse post nostra castra de-
4 monstratum est. Ibi vadis repertis partem suarum copiarum traducere conati sunt, eo consilio, ut, si possent, castellum, cui praeerat Quintus Titurius legatus,

§. 3. quo] *quod* Leid. A. *quos* Dr. B. *quid* Lips. etc. ante Oud. secundum Hotomannum, qui parva interpunctione post *subsidia* in edd. plerisque facta, sed ab Aldo correcta, ad coniecturam impulsus est. *qua* Pet. Oud. Cf. 1, 48 §. 7: *si quo erat longius prodeundum.*

Cap. 9. §. 1. adgrederentur] Vind. A. Voss. A. Bong. A. non *aggr.* (Rom. a. *agr.*)

§. 4. traducere] *transd.* Vind. A. Flodoardus p. 8 (cf. adn. cr. ad c. 8 §. 1) Aldus nep. et sqq.

Cap. 9. §. 1. Hanc si nostri transirent, hostes exspectabant] Cf. Civ. 2, 34: *Erat vallis inter duas acies —. Hanc uterque si adversariorum copiae transire conarentur, exspectabat, quo aequiore loco proelium committeret.* In huiusmodi locis *exspectare* propriam vim habet, auf schauen, aufpassen, adiuncta consilii et voluntatis cognoscendi et secundum cognitum agendi notione, et quod cognoscere vult exspectans, quia incertum est, utrum futurum sit necne, conditionis modo enuntiatur: sie passten auf, wenn die unsrigen übergingen, um ihre Maaßregeln danach zu nehmen. Tali supplemento usos esse Latinos hic locus docet, cuius altera in parte *si* haud dubie eodem modo, quo hic, dictum additam habet consilii significationem: *ut impeditos adgrederentur.*

§. 2. secundiore equitum proelio nostris] Cf. adnot. ad c. 8 §. 2. Ablativus tempore simul et efficientia coniunctam rem ostendit. Nam dubia victoria pugnantibus equitibus Caesar legiones in castra reduxisset.

§. 3. esse] infinitivus est temporis imperfecti, ut Civ. 3, 58: *Caesar — aditus duos, quos esse angustos demonstravimus, magnis operibus praemunivit.* ib. 68: *munitionem, quam pertinere a castris ad flumen supra demonstravimus.* Afric. 38: *turri — in qua docui esse praesidium stationemque Numidarum.*

§. 4. praeerat] cum sex cohortibus, ut c. 5 scriptum est, quo loco praetermissa castelli mentio hic additur.

Digitized by Google

expugnarent pontemque interscinderent: si minus potuissent, agros Remorum popularentur, qui magno nobis usui ad bellum gerendum erant, commeatuque nostros prohiberent. 10. Caesar certior factus ab Titurio omnem equitatum et levis armaturae Numidas, fundito-

si minus] Ante Oud. erat *sin minus*, quod ille secundum „MSS. meliores" mutavit. Et *si*, non *sin*, ex Fabr. in Pet. Bong. AB. Voss. A. Egm., Clarkius in Reg. Voss. N., Elb. in Hav. A. scriptum testantur. Sed ex meis Dr. AB. Vrat. BC. Goth. B. Hamb. Bonn. Vind. BD. *sin* exhibent. Itaque dubitari potest, utrum pro vero habendum sit. In Ven. f. coniunctio omissa est.

commeatuque nostros prohiberent] *commeatusque n. p.* codex Hotomanni et Stephani, unus alterque recentior Oud. et secundum ex. Fabr. Lov. (quem tamen Oud. ad Frontin. 3. 15, 3 *commeatuque* tenere tradit) et Ort. item Vrat. C. Goth. B. et edd. ante Ven. f. *commeatusque nostros prohiberentur* Dr. B. *commeatusque nostros sustinebant*. Ald. et sqq. excepto Steph. et, qui *commeatuque nostros sustinebant* edidit, Vasc. usque ad Oud., qui recte scripturam Ven. f. et Steph. tanta codicum auctoritate firmatam et ad sensum commodissimam Aldinae praetulit, sed perperam hanc in Aldi officina natam opinans contumeliosius habuit. Exstat ea iam apud Flodoardum, qui codice usus est simillimo Vind. A., et videtur in Ephemeridibus ad usum, quem Remi Romanis praeberent, significandum posita in Commentario, quia paulo insolentior atque audacior esset, cum altera permutata esse. Quemadmodum *munus*, *negotium*, *personam sustinere* is dicitur, qui onera cum administratione muneris gerendoque negotio et persona coniuncta sustinet, eodem modo Remi *commeatus sustinere* dici poterant Romanorum, sed a contuetudine loquendi non minus recedebat, quam si Germanice dicas sie trugen die Verproviantirung. Itaque mutatis verbis et ad usum communem traductis eandem rem demonstrare maluit.

Cap. 10. §. 1. Caesar] om. codex Schotti, decem Oud., quos inter Bong. A. Pet. Pal. Voss. A. Gott., Dr. A. Vrat. C. Hamb. Gu. In Vind. A. superne additum est post *certior*, in Leid. A. Egm. duobus aliis Oud. Vrat. AB. Goth. B. Bonn. et edd. ante Ven. f. post *Titurio* positum, quo loco Voss. A. *Ariovistus* habet. *Caesar certior factus* sine varietate legitur 3, 19 et 4, 5, neque abesse potest h. l. nomen, quod Oud. probabiliter sigla scriptum fuisse ideoque ante *certior* excidisse suspicatur.

interscinderent] Alibi *interrumpere* dicit, ut 7, 19 et 34, alibi *rescindere* pontem, ut 1, 7 et 7, 58. *interscissuram* in medio ponte factam significat. Pontem interscindere volebant, quod per eum commeatus ab Remis supportabantur.

Cap. 10. §. 1. et levis armaturae Numidas] Hos pedites, non, quemadmodum magna pars interpretum ad c. 7 docent, equites fuisse cum ex eo apparet, quod *omnem equitatum* ab eis distinguit, sicuti etiam c. 24 legiones, calones, equites, funditores, Numidae ut diversa genera deinceps nominantur, tum *levis armaturae* appellatio demonstrat, quae ubicunque cum equitatus mentione coniuncta est, pedites significat eosque vel omnino leviter arma-

Digitized by Google

res sagittariosque pontem traducit atque ad eos conten-
2 dit. Acriter in eo loco pugnatum est. Hostes impeditos nostri in flumine adgressi magnum eorum numerum
3 occiderunt: per eorum corpora reliquos audacissime transire conantes multitudine telorum repulerunt; primos, qui transierant, equitatu circumventos interfece-
4 runt. Hostes, ubi et de expugnando oppido et de flumine transeundo spem se fefellisse intellexerunt neque nostros in locum iniquiorem progredi pugnandi causa viderunt, atque ipsos res frumentaria deficere coepit, concilio con-

traducit] *transd.* Ald. nep. et sqq.

§. 2. adgressi] Bong. A. Vind. A. non *aggr.* (*agr.* Goth. B. Rom. a.)

§. 4. ipsos — deficere] Pro *ipsos* in Carr. Bong. B. Leid. AC. Duk. Vrat. B. Goth. A. Bonn. Vind. I. inc. Ven. f. Ald. *ipsis*, in Bong. C. Dr. B. Vind. CF. *eis*, in ed. P. Manut. etc. ante Oud. *eos* legitur. *ipsis* vitiosum non esse locus 3, 5 docet, ubi omnes in *cum non solum vires, sed etiam tela nostris deficerent* consentiunt. *eis* vero et *eos* hoc positum loco iusto esset debilius.

concilio] *consilio* „MSS. plurimi et Edd. vdd.“ Bong. ABC. Pet. Pal. Voss. A. Egm. Dr. AB. Vrat. BC. Goth. B. Hamb. Vind. C. Ber.

tos, ita ut sagittarios quoque et funditores complectatur, ut c. 24 §. 1, vel peculiariter faculis instructos, ut h. l. et Civ. 3, 45: *primum sagittariis funditoribusque circumiectis, postea levis armaturae magna multitudine missa.* Cf. Afr. 14: *subito ex condensis turmis pedites Numidae levis armaturae cum equitibus procurrunt et inter legionarios pedites tacula coniiciunt.* Ceterum equestribus quoque copiis valuisse Numidas satis constat, et equitum Numidarum frequens est apud scriptores mentio, sed in bello Gallico Caesar eis non est usus.

§. 2. in eo loco] sc. in quo deprehendit hostes, ad quos contenderat. Rei gestae celeritatem oratio imitari videtur.

§. 3. per eorum corpora] quae alveum fluvii in locis vadosis (cf. c. 9 §. 4 *vadis repertis*) exaggeraverant. *per* est Germanicum auf vel über, ut in dictionibus *per temonem percurrere* 4, 33, *se per munitiones deiicere* 3, 26, *per locum praecipitem mittere* 8, 42.

primos, qui transierant] qui primi ex hostibus ad flumen venerant et ante Romanorum adventum transierant. In hos equitatus, in transeuntes levis armatura se converterat.

§. 4. Hostes, ubi etc.] Ne iterum pronuntiato hostium nomine offendare, non hos significat, quos in proximis pulsos dixit, sed universos, qui castra contra Caesarem posuerant et partem suarum copiarum Axonam traducere conati (c. 9 §. 4) maiorem haud dubie partem (nam Caesar sine legionibus ad Axonam contendit) in castris retinuerant. Ad eosdem pertinet quod de frustra tentato oppido Bibracte, de loco iniquiore pugnae, de re frumentaria, de concilio, denique de castris c. 11 initio dictum est, quae omnia inepta vel obscura sunt, si ad eos referuntur, de quibus in proximis sermo fuit.

Digitized by Google

vocato constituerunt optimum esse domum suam quemque reverti, et quorum in fines primum Romani exercitum introduxissent, ad eos defendendos undique convenirent, ut potius in suis, quam in alienis finibus decertarent et domesticis copiis rei frumentariae uterentur. Ad eam 5 sententiam cum reliquis causis haec quoque ratio eos deduxit, quod Divitiacum atque Haeduos finibus Bellovacorum adpropinquare cognoverant: his persuaderi, ut diutius morarentur neque suis auxilium ferrent, non pot-

Reliquae a me inspectae edd. *concilio* cum Vind. A. Goth. A. (in quo tamen *s* super *c* scriptum est) Vrat. A. Gu. Bonn. tenent, idque necessarium est. *consilium* convocat Caesar 1, 40 §. 1 (ubi cf. adn.) et Caesaris legati Galba 3, 3 et Labienus 7, 60, *concilium* barbari, Vercingetorix 7, 14, 29, 89, Bellovaci 8, 20.

§. 5. adpropinquare] Bong. A. Vind. A. non *appr.* (*apr.* Hamb.)

constituerunt optimum esse — et — convenirent] Primum deliberantes in concilio Belgas et quid optimum factu sit, *declarantes*, deinde consilium capientes et quid singulis faciendum sit, *praecipientes* breviter optimum esse domum suam quemque reverti, et ut undique convenirent ad eos, qui primi petiti forent, defendendos *constituisse* dicit, et duorum verborum vi in unum collata duobus modis ea, quae ex uno pendent, informat, priora per infinitivum cum accusativo enuntians, qua constructione 7, 36 *de obsessione non prius agendum constituit, quam rem frumentariam expedisset* scripsit, posteriora per coniunctivum, ut ib. 78: *Sententiis dictis constituunt, ut hi, qui valetudine aut aetate inutiles sunt bello, oppido excedant.* cui modo ibi post pauca alterum substituens et *illo tamen potius utendum consilio, si res cogat atque auxilia morentur, quam aut deditionis aut pacis subeundam conditionem*, quae ex eodem illo *constituunt* pendent, addens simillimam huic orationem effecit. Nam quod in hac *ut* omissum est, similitudinem ad brevitatem pertinentem non tollit.

ut — decertarent et — uterentur] Haec duo commoda ita consecuturi videbantur, si domum suam quisque reverteretur, non, si undique ad eos defendendos convenirent, quorum in fines primum Romani exercitum introduxissent. Nam his, qui ita convenissent, non minus in alienis finibus pugnandum et alienis copiis rei frumentariae utendum erat, quam universis nunc Remorum in finibus congregatis. Itaque haec ad prius illud accusativo cum infinitivo enuntiatum pertinent, non ad posterius, eodemque spectant quae sequuntur, *ad eam sententiam* et *ea re constituta*.

§. 5. his persuaderi — non poterat] non quo re vera persuadere eis reliqui conarentur (nam reliquis quoque causae erant, cur domum properarent), sed quod Bellovaci frustra fore, si qui persuadere vellent, declaraverant. — Ad usum coniunctionis *neque* cf. 1, 35: *quoniam hanc sibi gratiam referret, ut in conloquium venire invitatus gravaretur neque de communi re dicendum sibi et cognoscendum putaret*. quo loco, ut hic, affirmatio praecedit vi negationis praedita. Nam *diutius morari* est non continuo discedere.

Digitized by Google

erat. 11. Ea re constituta secunda vigilia magno cum strepitu ac tumultu castris egressi nullo certo ordine neque imperio, cum sibi quisque primum itineris locum peteret et domum pervenire properaret, fecerunt, ut con-
2 similis fugae profectio videretur. Hac re statim Caesar per speculatores cognita insidias veritus, quod, qua de causa discederent, nondum perspexerat, exercitum equi-
3 tatumque castris continuit. Prima luce confirmata re ab exploratoribus omnem equitatum, qui novissimum agmen moraretur, praemisit. His Quintum Pedium et Lucium Aurunculeium Cottam legatos praefecit. Titum Labienum legatum cum legionibus tribus subsequi iussit.
4 Hi novissimos adorti et multa milia passuum prosecuti magnam multitudinem eorum fugientium conciderunt, cum ab extremo agmine ad quos ventum erat, consiste-

Cap. 11. §. 3. His] Bong. AB. Pet. Egm. Lov. tres alii Oud. *eique* Dr. B. Goth. A. Vind. A. Hav. A. Ven. f. etc. usque ad Oud., qui *his* ut minus vulgare et magis mutationi obnoxium praetulit. Accedit quod addita copula quodammodo hysteron proteron fit, non abhorrens illud quidem a Caesaris consuetudine, immo ipsa negligentia commendabile, sed tamen codicum illorum, quos sequi instituimus, auctoritate obstante non admittendum.

§. 4. ad quos] Praepositum his ab Aldo et sqq. (excepto tamen Steph.) editoribus pronomen *hi* Oud. merito expunxit. Solus Carr. id exhibere videtur, et facile subauditur.

Cap. 11. §. 1. itineris] h. e. viae, non profectionis, de qua propter *primum locum* cogitare non licet. Via autem initio omnibus una eademque erat.

consimilis fugae] Cf. 5, 12 de Britannis: *aedificia fere Gallicis consimilia.* et 6, 27 de alcibus: *harum est consimilis capris figura et varietas pellium.* Itaque *fugae* h. l. dativus videri debet. Ipsum adiectivum dubium est universamne et ad complexum partium omnino, an ad singulas partes omnes pertinentem similitudinem significet, an similitudini notionem convenientiae abundantia quadam prisci sermonis adiungat. Comparari cum eo potest *condignus.* Alibi Caesar *similem* fugae profectionem seu discessum dicit, 5, 47 et 53. 6, 7. 7, 43.

§. 2. Hac re statim Caesar per speculatores cognita] Nomen inter ablativos absolutos interpositum eam vim habet, ut res, quam participium factam demonstrat, a quo facta sit, certius constet. Cf. Afr. 62: *quibus rebus Varus ex perfuga cognitis occasionem nactus — incendit.* Alex. 40: *quo tamen incommodo Domitius accepto reliquias exercitus dissipati collegit.*

nondum perspexerat] Nam ea, quae cap. 10 de causa discessus dicta sunt, postmodo Caesar ex captivis vel deditis comperit.

§. 3. confirmata re] quam rem statim per speculatores cognitam (de profectione Belgarum fugae consimili) non statim pro certa posuerat.

§. 4. ab extremo agmine] Cf. adn. ad 1, 1 §. 4. Sunt iidem,

Digitized by Google

rent fortiterque impetum nostrorum militum sustinerent, priores, quod abesse a periculo viderentur neque ulla necessitate neque imperio continerentur, exaudito clamore perturbatis ordinibus omnes in fuga sibi praesidium ponerent. Ita sine ullo periculo tantam eorum multitudinem nostri interfecerunt, quantum fuit diei spatium, sub occasumque solis destiterunt seque in castra, ut erat imperatum, receperunt. 5

priores, quod] *prioresque* Pal. Bong. C. Dr. B. Vrat. C. Goth. AB. Vind. CEFI. *prioresque quod* Carr. Duk. Dorv. edd. ante Ven. f. *potiores quod* Hamb.

exaudito] *quia audito* Hamb.

ponerent] *sumerent* codex Vrsini et Hav. A. *ponere* Voss. Clarkii. *posuerunt* Leid. A. Egm. Dr. A. Vrat. A. Goth. A. Vind. C. Aldinae, Gr. ab. Vasc. Turr. etc. ante Oud. Scilicet repugnantiam inter hoc, quod priores, atque illa, quae novissimi fecisse dicuntur, observantes neque una enuntiationis parte haec comprehendi posse existimantes post *conciderunt* plene interpungendam et sequentia in protasin et apodosin distribuenda putabant. Itaque *posuerunt* scribendum eis fuit. Sed scriptor haec omnia inde a verbis *cum ab extremo agmine* usque ad hoc *ponerent* alteram partem esse voluit eius enuntiati, quod praecessit, iisque rationem totius proelii reddit, cuius exitus tristissimus Belgis, initium satis laetum, certe minime adversum fuerat. Namque novissimi fortiter impetum Romanorum sustinere coeperant, sed prioribus omnibus fugientibus nulli usui eorum virtus fuit. Iam vero diversam et contrariam priorum et novissimorum agendi rationem fuisse nulla particula addita docemur, sed ipsa praedicata intuentes diversitatem eorum agnoscere cogimur. Neque propterea, quod nonnunquam diversa per *et*, *atque*, *ac* iunguntur, (quod cum fit, tum fere quae coniuncta esse non soleant, *tamen* una et simul esse significantur) etiam h. l. *prioresque* Caesar scripsisse statuendus est, quod pariter a codicibus infirmum atque ad sententiam ineptum videtur.

§. 5. sub occasumque solis destiterunt] Pro *occasumque* in Duk. Leid. C. Dr. B. Vrat. B. Bonn. Vind. CL. inc. *occasuque*, in quos supra *novissimos* dixit, quos solos Caesariani *adorti* interfecerunt, quippe solos consistentes fortiterque impetum Romanorum sustinentes: reliquos seu priores *prosecuti* fugientes conciderunt.

§. 5. quantum fuit diei spatium] Cum interfectorum multitudo aequasse spatium diei dicitur, tanta fuisse significatur, quantam per hoc esse licuerit; scilicet eundem terminum, eandem mensuram cum hoc habuisse, et hoc si maius fuisset, ipsam quoque futuram fuisse maiorem. Cf. 4, 35: *tanto spatio secuti, quantum cursu et viribus efficere potuerunt.* quem locum huic similem esse recte docuit Heldius. Eodem modo scripsit Hirtius 8, 29: *nostri equites — cedentibus circumfusi quantum equorum vires ad persequendum dextraeque ad caedendum valent, tantum eo proelio interficiunt.*

sub occasumque solis destiterunt] scil. facere id, quod tam diu fecerant, quam per diei spa-

Digitized by Google

12. Postridie eius diei Caesar, priusquam se hostes ex terrore ac fuga reciperent, in fines Suessionum, qui proximi Remis erant, exercitum duxit et magno itinere

Carr. Hamb. Vasc. Steph. Gr. b. *occasum*, in codice Vrsini, Leid. A. Ox. Bong. C. Gott. Vind. AF. *occasu* legitur, et inter *solis* et *destiterunt* Hav. A. Dr. B. Goth. A. Vind. AC. (qui *destiterant* exhibet) cum Ven. f. et c. ante Oud. *sequi* interpositum habent, quod Oud. secundum codicem Brantii, Schotti, Bong. AB. Pet. Pal. Lov. Dorv. Leid. BC. Gott. inc. reliquasque ante Ven. f. edd. delevit. Omissa copula et seorsum posito hoc, quod sub occasum solis factum est, bene habet *sequi* et novae enuntiationis ambitum commode auget: addita enclitica propiusque ad superiora admoto hoc magis placet solum *destiterunt* et satis est ad illorum explicationem. Cum igitur ad formam orationis par sit utriusque scripturae probabilitas, sensus tamen et sonus quoque alteram magis commendat, ut ipse scriptor eam praetulisse videatur.

Cap. 12. §. 1. se hostes] *hostes se* Vind. A. quae collocatio verborum multo usitatior est. Illo tamen modo 1, 48 §. 6 *ad eos se equites recipiebant* et infra c. 19 *cum se illi idemtidem in silvas ad suos reciperent* scripsit.

ex terrore] *exterrere* Dr. B. *exteriore* Vrat. C. Bonn. *ex timore* Vrat. B. *ex errore* Aic. *ex pavore* Ox. Vind. A. Hav. A. Aldinae, Gr. ab. Vasc. Steph. Turr. pro quo Lipsius secundum Faernum id dedit, quod deinde obtinuit et codicum causa verum videri debet. Neque alibi Caesar aut Hirtius *pavoris* nomine utitur (nam 8, 13 merito Oud. 2 *pudore* pro *pavore* recepit) et h. l. lenius illud etiam aptius est.

tium licuerat, h. e. sequi et caedere hostes. Enclitica soni gratia non praepositioni, sed proximo nomini adiecta est, ut infra c. 35 *ob easque res*. Cf. Zumptius §. 356.

Cap. 12. §. 1. ac fuga] Proprie *ex fuga se recipere* dicuntur qui, postquam fugerunt, in aliquem se locum conferunt, qui locus nunc nominatim significatur, ut Civ. 3, 102: *qui se ex fuga in finitimas civitates recepisse dicerentur*, nunc subauditur, ut 6, 41: *deletis omnibus copiis equitatum se ex fuga recepisse*. Sed h. l. cum praecedat *ex terrore*, ex eoque *se recipere* hostes haud dubie metaphorice dicantur, ut 4, 34 *nostri se ex timore receperunt*, sich vom Schrecken erholen, eadem metaphora statuendum est *ex fuga se recipientes* dici et fuga ac terrore fractarum virium recuperationem significari.

magno itinere confecto — contendit] Alibi *itinere confecto* dux cum exercitu pervenisse aliquo, ut 4, 14 et 7, 56, vel consedisse, ut 7, 83, vel hostes oppressisse, ut 4, 5 et 6, 30, denique aliquid fecisse dicuntur, quod diversum ab itinere faciendo esset; idque adeo necessarium est, cum aliter *confectum* et ad finem perductum iter dici nequeat. Hic vero confecto Caesar itinere *contendisse ad oppidum Noviodunum*, h. e. iter eo celeriter fecisse dicitur. Quod ne absurdum videatur, ex superioribus *in fines Suessionum pervenit* post *confecto* subaudiendum, ac potius hoc ipso *magno itinere confecto* statuendum est rationem declarari, qua in fines Suessionum exercitum duxerit.

Digitized by Google

confecto ad oppidum Noviodunum contendit. Id ex itinere oppugnare conatus, quod vacuum ab defensoribus esse audiebat, propter latitudinem fossae murique altitudinem paucis defendentibus expugnare non potuit. Castris munitis vineas agere quaeque ad oppugnandum 2 3

§. 2. oppugnare conatus] *oppugnatus* Vrat. C. Goth. B. Pal. *oppugnatum* Vind. D. edd. ante Ven. f. *pugnare conatus* Dr. A. a m. pr. *expugnare conatus* Leid. A. Atque in eam sententiam Metaphr. *καταλαβεῖν ἐπιχειρήσας* posuit. Etenim quod *conari* vel *facere conari* aliquis dicitur, fere eiusmodi est, ut et difficultatem habeat animique ac virium contentionem ad perficiendum requirat, et ubi perfectum sit, voluntati conantis satisfactum videatur; quorum prius in *oppugnando* Novioduno non magnopere, posterius omnino non locum habere poterat. Sed nonnunquam *conari* idem, quod *aggredi* et operam dari coeptam significat ita, ut perfecta re nihilo magis quiescere conans cogitetur. Cf. 7, 73: *ac nonnunquam opera nostra Galli tentare atque eruptionem ex oppido pluribus portis summa vi facere conabantur.* Nec nihil difficultatis habitura videri debebat *ex itinere* oppugnatio. Itaque satis commoda est lectio vulgata et totus locus consimilis illi Civ. 3, 80: *post horam nonam oppidum altissimis moenibus oppugnare aggressus ante solis occasum expugnavit.* Cf. praeterea Alex. 6 *magnum ac difficile opus aggreditur* cum illo Ciceronis in Orat. c. 10: *magnum opus omnino et arduum, Brute, conamur.*

defendentibus] *defensoribus* Vrat. B. Bonn. Gu. et sec. Oud. Gott. inc. Cf. adnot. cr. ad c. 33 §. 5.

Et quod *magno* itinere confecto fines Suessionum intrasse dicitur, cum tamen Suessiones proximi Remis essent et ipse ab extremis Remorum finibus (c. 5 §. 4) iter facere coepisset, magnam partem eius diei per fines Remorum, qua Suessiones tangerent, isse et ita confecto magno itinere introduxisse in hostium fines exercitum et contendisse ad oppidum non longe a finibus remotum videtur. Nam uno eum die et magnum illud iter confecisse et ad oppidum contendisse initio positum *postridie* docet.

§. 2. ex itinere] Cf. adnot. ad c. 6 §. 1.

propter latitudinem fossae] Latior erat fossa, quam quae brevi tempore cratibus integi aut aggere expleri posset, quibus rebus factis scalae ad muros admoverentur. Nam etiam in repentina oppugnatione, qualem tum Caesar parabat, si fossa munitum esset oppidum, eam non totam, sed locis quibusdam explendam curasse videtur, priusquam muros conscendi iuberet. Cf. 7, 79 extr. et Civ. 3, 80 §. 4.

§. 3. vineas agere] Vineae, quod nomen apud scriptores fere plurali numero legitur (apud poetas singularis invenitur, ut apud Propertium 5, 10, 34: *Vinea qua ductum longa tegebat opus*) machinae erant seu parva aedificia *viminibus contextae*, quibus verbis Caesar Civ. 2, 2 originem nominis monstrare videtur, ad tegendos milites sub iis opus facientes et murum subruentes vel aggerem iacientes, iter munientes, ut 7, 58, sed etiam ad ipsa opera, ut castra Civ. 3, 54 aliasque

Digitized by Google

4 usui erant, comparare coepit. Interim omnis ex fuga Suessionum multitudo in oppidum proxima nocte conve-
5 nit. Celeriter vineis ad oppidum actis, aggere iacto turribusque constitutis magnitudine operum, quae neque viderant ante Galli neque audierant, et celeritate Romanorum permoti legatos ad Caesarem de deditione mittunt et petentibus Remis, ut conservarentur, impetrant. 13. Caesar obsidibus acceptis, primis civitatis atque ipsius Galbae regis duobus filiis, armisque omnibus ex

munitiones Civ. 2, 9 et 10 et Alex. 1, tegenda factae, rotis, ut videtur, vel palangis subiectis promoveri solitae; quod cum fiebat, proprie *agi* dicebantur. Atque ita §. 5 *vineis ad oppidum actis* et Civ. 2, 1 *vineas ad oppidum agere* et 8, 41 *vineas agere adversus montem* dicta sunt. Sed ubi de apparatu oppugnationis sermo est, ut h. l., verbum *agere* non deposita illud quidem propria significatione, sed alia adscita ipsam fabricationem, quippe quae necessario praecederet actionem, simul comprehendit. Confer cum illis tribus locis hunc et 7, 17: *aggerem apparare, vineas agere, turres duas constituere coepit* et Civ. 1, 36: *turres vineasque ad oppugnationem urbis agere, naves longas Arelate numero XII. facere instituit* et differentiam propriae simplicisque et adscitae auctaeque significationis senties. Atque ex hac fieri potuit, ut scriptor belli Hisp. c. 41 *agi* pro *exstrui* poneret: *accedebat, ut agger materiesque, unde solitae sunt turres agi, propius milia passuum VI. non reperiebantur.*

§. 4. Interim — proxima nocte] Posterius definiendo priori inservit et alteram partem temporis inter apparatum et oppugnationem posteri diei interpositi significat.

§. 5. aggere iacto] eoque et fossa expleta et superficie aequa ad turres constituendas effecta. Alius usus aggeris erat, ut altiore ex loco tela tormentaque mitterentur; sed eum significaturus Caesar *exstruere* dicere solet, ut infra c. 30 et 7, 72 et Civ. 2, 1: cum *iacere* dicit, ut Civ. 1, 25, explendi causa factum indicat. Atque fossam illam aliquo tamen loco expletam oportebat, si vi expugnare oppidum vellet. Ceterum vineis quoque agger aditum ad moenia praebebat, sed ipsae primum ad eos, qui fossam explebant, tegendos agebantur non per aggerem, qui nullus dum erat, sed per planum, locis idoneis, quos dux elegisset. Cf. Salust. Ing. c. 76 §. 3: *deinde locis ex copia maxume idoneis vineas agere, aggerem iacere.* Eamque ob rem hic quoque et infra c. 30 et 7, 58 et 8, *aggeris* post *vineas* mentio fit.

Cap. 13. §. 1. obsidibus acceptis, primis civitatis] Cf. 6, 6: *Quibus rebus coacti Menapii legatos ad eum pacis petendae causa mittunt. Ille obsidibus acceptis hostium se habiturum numero confirmat, si* etc. Similiter h. l. conditio pacis plene enuntiata est verbis *obsidibus acceptis*, et quae sequuntur, appositionis loco habenda et commate distinguenda sunt; quod qui tollunt, sententiam eam inferunt, quam scriptor si in animo habuisset, hoc verborum ordine usus esset: *obsidibus primis civitatis — acceptis*, ut 6, 12: *obsidesque ab his principum filios accipérent.* Cf. adn. ad 1, 30 §. 1.

Digitized by Google

oppido traditis in deditionem Suessiones accepit exercitumque in Bellovacos ducit. Qui cum se suaque omnia 2
in oppidum Bratuspantium contulissent, atque ab eo oppido Caesar cum exercitu circiter milia passuum quinque abesset, omnes maiores natu ex oppido egressi manus ad Caesarem tendere et voce significare coeperunt sese in eius fidem ac potestatem venire neque contra populum Romanum armis contendere. Item, cum ad oppidum 3
accessisset castraque ibi poneret, pueri mulieresque ex muro passis manibus suo more pacem ab Romanis petierunt. 14. Pro his Divitiacus (nam post discessum Belgarum dimissis Haeduorum copiis ad eum reverterat) facit verba: Bellovacos omni tempore in fide atque 2
amicitia civitatis Haeduae fuisse: inpulsos ab suis 3

Cap. 13. §. 1. ducit] *duxit* P. Manutius et sqq. usque ad Oud., qui praesens in ed. 1 ex omnibus codicibus restitutum in ed. 2 non tenuit. Pertinet autem ad celeritatis significationem, cui in accipiendis in deditionem Suessionibus locus non erat.

Cap. 14. §. 3. inpulsos] Bong. A. Vind. A. non *imp.* (in ex. Fabr. *n* super *m* sine codicis nota scriptum est.)

ab suis] *a suis* Dr. B et a m. s. A. Vrat. BC. Goth. B et a m. pr. A. Hamb. Vind. D. edd. ante Oud. et Oud. 2, qui in ed. 1 secundum „MSS. meliores" *ab suis* scripsit; et *ab* ex. Fabr. in Bong. C. Voss. A. Egm. Lov. Lb. legi testatur. Idem ego in Vrat. A. Bonn. et Vind. A. inveni. In Bong. A. silentium ex. Fabric. et Plüschkii *a* exstare significat, sed hi aliquid praetermittere potuerunt. In re dubia auctoritatem meorum librorum et iudicium Oudendorpii in ed. 1 maiore diligentia in huiusmodi rebus usi secutus sum. Et Vind. A. ante consonam *a* ponere amat, quo gravius testimonium eius h. l. videri debet.

§. 2. sese in eius fidem ac potestatem venire] Non magis proprie hic dictum est *venire*, quam Civ. 2, 32: *aut quid irati gravius de vobis sentire possunt, quam ut eos prodatis, qui se vobis omnia debere iudicant, in eorum potestatem veniatis, qui se per vos perisse existimant?* quo loco *in potestatem venire*, ita ut *prodere*, actionem liberam, non, ut vulgo, initium status significat, sed actionem eius, qui se in potestatem alicuius permittit, sive pedibus ad eum eat, sive minus. Cf. 6, 3: (Nervios) *in deditionem venire atque obsides sibi dare coegit.*

Cap. 14. §. 1. ad eum reverterat] Caesar eum ab se dimiserat, ut Haeduorum copias in fines Bellovacorum introduceret eorumque agros popularetur (c. 5 §. 3.). Pridie eius diei, quo discesserunt Belgae, cum Haeduis adpropinquare Bellovacorum finibus dicebatur (c. 10 §. 5.). Postea intrasse fines, sed neque manus conseruisse neque pro hoste egisse, sed quo loco res Bellovacorum esset, cognovisse atque ea didicisse videtur, quae hic Caesari exponit, de causa defectionis eorum et de fuga principum, quam his ipsis diebus factam esse consentaneum est.

Digitized by Google

principibus, qui dicerent Haeduos a Caesare in servitutem redactos omnes indignitates contumeliasque perferre, et ab Haeduis defecisse et populo Romano bellum intu-
4 lisse. Qui eius consilii principes fuissent, quod intellegerent, quantam calamitatem civitati intulissent, in
5 Britanniam profugisse. Petere non solum Bellovacos, sed etiam pro his Haeduos, ut sua clementia ac mansue-
6 tudine in eos utatur. Quod si fecerit, Haeduorum auctoritatem apud omnes Belgas amplificaturum; quorum auxiliis atque opibus, si qua bella inciderint, sustentare

§. 4. eius] Bong. ABC. Pet. Pal. Gott. Egm. Ort. tres alii Oud. Dr. AB. Vrat. ABC. Goth. B. Bonn. Hamb. Gu. Vind. BDF. edd. ante Ald. cum Vasc. Gr. b. Turr. *hujusmodi* Carr. Duk. Vind. C. *huius* Voss. A. Goth. A. Vind. A. cum reliquis edd., quod repugnantibus codicibus tenendum non est visum.

§. 5. sua clementia] *sua* om. Leid. A. Vind. A. Sic infra c. 28: *ut in miseros ac supplices usus misericordia videretur*. Et fortasse Caesar, cum primum haec scriberet, Bellovacis illo tempore clementiam suam nondum cognitam sciens neque in Haeduos editorum eius documentorum memor tantum *ut clementia in eos utatur* posuit. Certe Aduatucos c. 31 non simpliciter suam clementiam ac mansuetudinem implorantes facit, sed addito *quam ipsi ab aliis audirent*. Eo vero tempore, quo edebat Commentarios, *suam* sane dicere et poterat et solebat clementiam, neque Divitiaci personae talis non convenire videbatur testificatio.

§. 6. sustentare] *sustentari* Lov. inc. probante Oud., sed non ostendente, utrum eo recepto *Haedui*, an *bella* sustentari dicantur; quae ipsa ambiguitas illam scripturam certe non commendat. Videtur autem de Haeduis cogitavisse, quos tamen non credibile est Belgis tantum, sibi tam nihil tribuisse, ut illorum auxiliis atque opibus in bellis sustentari confiterentur. Nam ii sustentantur, qui sese tueri nequeunt. Quod si de bellis cogitavit, sine ratione vulgatam scripturam, in qua sententia eadem et commodius enuntiata inest, minoris duxit.

§. 4. eius consilii principes] h. e. auctores. Cf. 6, 4 et 44: *Acco, qui princeps eius consilii fuerat*. 7, 37: *cum se vel principes eius consilii fore profiterentur*. Cicero Fam. 15, 15: *quoniam eius consilii princeps ego fuisse videor*. Similiter Caesar 5, 54: *esse repertos aliquos principes belli inferendi*.

§. 6. inciderint] Coniunctivus orationis obliquae causa positus, praeteritum ad tempus ante auxilium ferendum, non ante hanc orationem habitam referendum est. Itaque 6, 13, ubi oratio est recta, indicativus positus est: *si qui aut privatus aut populus eorum decreto non stetit, sacrificiis interdicunt*. Coniunctivi exempla sunt 1, 31 §. 12 et 15. Et quod sequitur, *consuerint* idem est, quod *soleant*, non *soliti sint*. Verbo *incidere*, quod ab impersonali *accidere* constructione magis quam significatione differt, in eadem re utitur scriptor 6, 15: *cum est usus atque aliquod bellum incidit*. Similiter 7, 3: *ubi*

Digitized by Google

consuerint. 15. Caesar honoris Dividiaci atque Haeduorum causa sese eos in fidem recepturum et conservaturum dixit: quod erat civitas magna inter Belgas auctoritate atque hominum multitudine praestabat, sexcentos obsides poposcit. His traditis omnibusque armis 2
ex oppido conlatis ab eo loco in fines Ambianorum pervenit, qui se suaque omnia sine mora dediderunt. Eo- 3
rum fines Nervii attingebant; quorum de natura moribusque Caesar cum quaereret, sic reperiebat: Nul- 4
lum aditum esse ad eos mercatoribus: nihil pati vini reliquarumque rerum ad luxuriam pertinentium inferri,

Cap. 15. §. 1. dixit: quod] Bong. AB. Pet. Voss. ABC. Lov. Gott. Egm. Leid. C. Dr. A. Vrat. AB. Hamb. Bonn. Gu. inc. *dixit et quod* codices Vrsini, Ox. S. Vind. A. Hav. A. ed. Steph. Iu. etc. ante Oud. *dixit sed quod* Reg. Duk. Leid. B. Dorv. Pal. Dr. B. Vrat. C. Goth. AB. reli. edd. et Oud.; qui, si asyndeton non probaret, codicum causa *et* tenere debebat, cum obsidum postulatio ab eodem animo ad ignoscendum parato profecta videri posset, quo se conservaturum Bellovacos dixisset. Cf. 4, 27: *Caesar questus, quod bellum sine causa intulissent, ignoscere inprudentiae dixit obsidesque imperavit.* Sed quod tantum numerum obsidum postulabat, severitatis potius, quam clementiae erat. Itaque coniungenda illa non putavit, sed simpliciter componere maluit, eadem ratione, quae in adn. crit. ad c. 11 §. 4 demonstrata est. Cf. 5, 7: *Qua re cognita Caesar, quod tantum civitati Haeduae dignitatis tribuebat, coercendum atque deterrendum quibuscumque rebus posset, Dumnorigem statuebat: quod longius eius amentiam progredi videbat, prospiciendum, ne quid sibi ac rei publicae nocere posset.*

§. 2. conlatis] Bong. A. Vind. A. non *coll.*

§. 4. ad luxuriam pertinentium] om. codex Schotti, Bong. AB. Egm. Gott. Lov. Lb. Leid. C. Voss. C. Vrat. A. Vind. B. Hamb. Bonn. et a m. pr. Pet. Dr. A. Vrat. B. cum ed. inc. In Oud. 2 uncis inclusa sunt tamquam suspecta. Quae si vera est suspicio, Caesarem statuere debemus *reliquarum rerum* appellatione eas significasse, quae essent vini similes eandemque vim ad animos effeminandos haberent. Nam *iis rebus* omnibus, quae praeter vi-

maior atque inlustrior incidit res. quae item praeterita sunt.

Cap. 15. §. 1. honoris — causa] ut honorem iis haberet. Cf. 1, 18 §. 3 *huius potentiae causa.* Pertinent autem illa verba non ad *dixit*, quasi honoris Dividiaci atque Haeduorum causa Caesar hoc dixerit, sed ad *recepturum et conservaturum:* id se honoris D. atque H. causa facturum.

§. 3. sic reperiebat] Cf. c. 4 §. 1.

§. 4. Nullum aditum esse] h. e. non licere adire. Cf. c. seq. extr. et 4, 2: *mercatoribus est ad eos* (sc. Suevos) *aditus magis eo, ut quae bello ceperint, quibus vendant, habeant, quam quo ullam rem ad se inportari desiderent.* et Alex. 30: *duabus ex partibus aditus oppugnationis nostris dabatur.*

Digitized by Google

quod iis rebus relanguescere animos eorum et remitti vir-
5 tutem existimarent. esse homines feros magnaeque vir-
tutis: increpitare atque incusare reliquos Belgas, qui se

num inferri possent, animos relanguescere Nervii existimare non poterant. Neque ex eo, quod mercatoribus aditus ad eos non erat, nihil omnino inferri eos passos esse efficitur, ut propterea *reliquarum rerum* significationem propriam teneri necesse sit. Nam ex ipsa civitate publice missi emere quaelibet et inferre poterant. Iam vero brevitas illa praesertim obscura abhorrere mihi a Caesaris stilo videtur, et perperam omissa haec in parte codicum arbitror. Exstare ea in Parisiensibus libris affirmat *Achaintrius*, quorum vetustissimus (Par. A.) eiusdem generis et auctoritatis est cum Bong. A. Exstant in editionibus ante Aldum, quae non solent glossemata cum Par. B. Vind. A. et id genus codicibus communia habere. Denique qui ea exhibent libri, sine omni varietate exhibent.

iis] „Vetustiores multi" Bong. A. Pet. Lov. Pal. Lb. codex Brantii; quibus obsecutus in ed. 1 Oud. in 2 *his* priorum edd. revocavit, quod in Dr. AB. Goth. A. Vind. ABC. Hav. AB. exstat et Elberlingio quoque placuit. In Bong. B. Voss. A. Vrat. BC. Bonn. *Itis* legitur. Mihi *iis* ex illis codd. eo magis recipiendum videbatur, quod rarius id exhibent.

eorum et remitti virtutem] Ita vel *eorum et virtutem remitti* MSS. suos longe plurimos optimosque, ut Bong. Lov. Vossianos, Egm. et alios magno numero, item Reg. et N. haec scripta habere, in aliis autem MSS. *virtutemque remitti eorum* legi testatur Oud., qui in ed. 1 eandem, quam nos, scripturam posuit, quae eadem in edd. ante Aldum in codice Brantii et secundum ex. Fabric. in Lb. Gott. Voss. A. Egm. Lov. (in quo tamen *et* deesse videtur) et in Bong. A. meisque omnibus uno Vind. A. excepto exstat. Vind. A. cum Hav. A. et Ciacconii libro *eorum virtutemque remitti* habet, quod idem illud videtur, quod Oud. „in aliis MSS." legi perhibet. In Ald. etc. usque ad Oud. *eorumque remitti virtutem*, in Oud. 2 *et eorum r. v.* scriptum est, ut *eorum* non ad Nervios, sed ad animos referatur. Denique sunt quibus *eorum* delendum videatur, quo facto sententia communis et ad omnes homines pertinens prodit. Equidem, cum codices omnes, etiam Parisienses, *eorum* tueantur, neque alii alio id loco exhibeant, veterem scripturam tenendam putavi, in qua si verbis *relanguescere* et *remitti* non rei fieri solitae aut coeptae indicium, sed cum conditione futurae declarationem contineri statuimus, nihil impedire videtur, quo minus apte suis animis suaeque virtuti metuentes ab illis rebus Nervios hi, qui loquuntur, facere existimentur, praesertim cum sequentia *esse homines feros magnaeque virtutis* Nerviorum eis ferociam et fortitudinem obversari fidem faciant. Ad usum pronominis cf. 1, 11 §. 3 et qui ibi in adnot. significati sunt loci. Infinitivum autem praesentis eadem vi, qua hic, praeditum videmus 7, 54: *etsi — horum discessu admaturari defectionem civitatis existimabat, tamen eos retinendos non censuit.* et ib. 21: *quod penes eos, si id oppidum retinuissent, summam victoriae constare intellegebant.* et 8, 52: *iudicabat enim liberis sententiis patrum conscriptorum causam suam facile obtineri.*

Digitized by Google

populo Romano dedidissent patriamque virtutem proiecissent: confirmare sese neque legatos missuros neque ullam conditionem pacis accepturos. 16. Cum per eorum fines triduum iter fecisset, inveniebat ex captivis

§. 5. dedidissent] *dedissent* Bong. A. Voss. AB. Egm. Pal. Duk. Dorv. Leid. C. Dr. A. Vrat. ABC. Goth. AB. Hamb. Bonn. Vind. BCEFI. inc. Ven. b. etc. ante Ald., perperam, ut saepe factum a librariis, syllaba omissa. Nam *dare se populo Romano* vel minus est, quam quod fecerant Belgae, sich an das R. V. anschließen, ut Salust. Iug. 75: *finitumis, qui sè post regis fugam Metello dederant.* vel maius, sich dem R. V. hingeben, quod unis Remis opprobrio dari poterat: Suessiones, Bellovaci, Ambiani *se dediderant.* Ac nescio, an ne soleat quidem de populis bello victis usurpari. Caesar *vento se dare* 3, 19 et *quieti* Civ. 2, 14 dicit, et qui Salustii locus similem illi significationem habere videtur, Cat. 45: *Volturcius — postremo timidus ac vitae diffidens velut hostibus sese praetoribus dedit*, ibi *dedit* praesens esse potest.

Cap. 16. §. 1. triduum] *triduo* Leid. A. Ox. Hav. A. Vind. A. Ald. etc. ante Oud. excepta Vasc. et Gr. b. Ablativo Caesar in Comm. b. civ. aliquoties ita utitur. Vide 1, 7: *cuius imperatoris ductu novem annis rem publicam felicissime gesserint.* ib. 46: *hoc cum esset modo pugnatum continenter horis quinque.* ib. 47: *quod — quinque horis proelium sustinuissent.* 3, 59: *qui principatum in civitate multis annis obtinuerat.* Neque id sine ratione. Nam quod re seu actione aliqua conficitur tempus, necessario idem est, in quo res seu actio fit, et qui *triduo* iter facere dicitur, is et primo et secundo et tertio die facere significatur. Sed illud incertum relinquitur, utrum totis diebus in itinere sit, an partem unius alteriusve diei quieti det. Quam dubitationem accusativus solvit et omne tempus itinere consumi indicat. Neque aliter Caesar illis diebus videtur fecisse ideoque accusativum, quo 1, 3 §. 4, 26 §. 5, 4, 4 §. 2 et 7 et Civ. 3, 40 usus est, h. l. praetulisse.

§. 5. proiecissent] Gravius et contumeliosius enuntiant id, cuius contrarium est *pristinam virtutem retinere* 5, 48.

sese] ad *missuros* et *accepturos* referendum, ad *confirmare* autem, quemadmodum ad *increpitare*, *incusare* et reliquos infinitivos, *eos* subaudiendum est.

Cap. 16. §. 1. triduum iter fecisset] Si verum est quod quidam opinantur, nomina *biduum*, *triduum*, *quatriduum* adiectiva fuisse neque aliter substantivorum instar haberi consuevisse, nisi ut *tempus* subaudiretur (qui *spatium* suppleri solitum putant, Caesarem repugnantem habent 4, 11 *tridui spatium* dicentem) *triduum iter facere* ambigue dictum videri debet. Sed quibus verbis Livii 27, 24 ista nititur opinio, ea aliter interpretanda et *cum senatus biduum ad considerandum peteret tempus* ita appositionem habere puto, ut hoc Germanicum: als der Senat sich zwei Tage Bedenkzeit ausbat. Nec magis neutra illa, ut substantiva viderentur, supplemento aliquo indigebant, quam masculina *lituus*, *carduus*, aut femininum *noctua*. Denique eandem rationem habent nomina *biennium*, *triennium*.

inveniebat ex captivis] Hoc ita dictum est, ut *quaerere* ex

Digitized by Google

Sabim flumen ab castris suis non amplius milia passuum
2 x. abesse: trans id flumen omnes Nervios consedisse
adventumque ibi Romanorum exspectare una cum Atrebatibus et Veromanduis, finitimis suis (nam his utrisque
3 persuaserant, uti eandem belli fortunam experirentur):
4 exspectari etiam ab his Aduatucorum copias atque esse
5 in itinere: mulieres quique per aetatem ad pugnam
inutiles viderentur, in eum locum coniecisse, quo propter paludes exercitui aditus non esset. 17. His rebus cognitis exploratores centurionesque praemittit, qui locum

Sabim] *Sabini* Gott. Dr. B. Vrat. AC. Hamb. Vind. AC. edd. ante Ven. f., quae *Sabin* exhibet, quod posteriores tenuerunt, Oud. secundum codices mutavit. In Vind. I. *Sabira*, in marg. Vrat. B. a m. sec. *Scaldim* legitur. Cf. adnot. crit. ad c. 18 §. 1.

§. 2. omnes] *omnis* Ox. Oud.

Atrebatibus] *Atrebatis* MSS. Schotti, Bong. AB. Lov. Egm. Pal. Lb. quattuor alii Oud. Vrat. A. Vind. B. Hamb. Gu. Dr. A. Gott. Vrat. B. Bonn. (hic cum tribus praecedentibus *Attrebatis*) inc. *Attrebans* Goth. B. *arbitratibus* Vind. C. Posset heteroclitum videri, de quo cf. adnot. ad 1, 10 §. 1, nisi 4, 21 et 7, 75 codices in *Atrebatibus* consentirent. Sed 8, 7 *Atrebatos*, *Atrebatas*, *Atrebates* exhibent.

finitimis] *finitivis* Bonn. *finitissimis* Bong. A. sec. Oud. et ex. Fabr. (*finitimis* sec. Plüschkium) *finitumis* Oud. 2 ut solet.

aliquo et quo saepe utitur Caesar, ex aliquo *cognoscere*, neque *invenire* aliud est, quam *quaerendo cognoscere*. Itaque non erat quod haec dictio a consuetudine alienior existimaretur. Cf. Handii Tursellinus 2, p. 621. Quod autem *captivos* dicit, agricolas aliquot interceptos sine proelio videtur significare.

§. 2. trans id flumen] Perperam igitur *Reichardus* in tabula geographica cis Sabim castra Nerviorum posuit.

§. 3. persuaserant] Male *Herzogius* hoc antecedens pro consequenti positum dicit, cum praepositio effectum suasionis perspicue indicet. Item falsa sunt quae idem vir doctus ad 1, 2 de propria huius verbi significatione et antiqua eius constructione tradit, ad quae lectorem in adnot. ad h. l. ablegat.

eandem belli fortunam] quam Nervii experturi essent, vel secundam vel adversam. Sic Venetorum finitimi 3, 8 inter se coniurasse dicuntur *nihil nisi communi consilio acturos eundemque omnis fortunae exitum esse laturos*. Hoc autem amplius est, quam si una cum Nerviis fortunam belli tentare voluisse dicerentur, in quam sententiam Heldius hoc interpretatur.

§. 5. coniecisse] h. e. celeriter raptimque deduxisse.

propter paludes] Eas *Haussius* inter urbes *Valenciennes* et *Condé*, praecipue ad oppidum *Marchiennes* hodie quoque esse tradit. Sed ex c. 28 propiores eas mari fuisse intelligitur.

exercitui] non modo Caesaris, sed cuilibet.

Digitized by Google

idoneum castris deligant. Cumque ex dediticiis Belgis 2
reliquisque Gallis complures Caesarem secuti una iter fa-
cerent, quidam ex his, ut postea ex captivis cognitum
est, eorum dierum consuetudine itineris nostri exercitus
perspecta nocte ad Nervios pervenerunt atque his de-
monstrarunt inter singulas legiones impedimentorum ma-
gnum numerum intercedere, neque esse quicquam nego-
tii, cum prima legio in castra venisset, reliquaeque le-

Cap. 17. §. 1. idoneum castris] *castris idoneum* Vind. A. Ald. etc. usque ad Oud., qui tacite invertit. Aldinus ordo verborum magis usitatus Caesari est. Cf. 1, 49: *castris idoneum locum delegit*. 5, 9: *loco castris idoneo capto*. 6, 10: *castris idoneum locum deligit*. 7, 35: *loco castris idoneo delecto*. Sed alter, quem codices praescribunt, insuper commendatur initio capitis sequentis.

§. 2. Cumque] Encliticam „MSS. tredecim" Dr. A. Vrat. AB. Hamb. Bonn. Vind. ABD. Hav. A. et edd. ante Lips. exceptis Frellon. et Gr. b. omittunt. Tredecim illos Oud. libros de melioribus fuisse ex comparatione meorum verisimile fit, quorum qui *que* habent, fere deteriores sunt. Sed tamen in ex. Fabr. *quumque* (pro *cumque*, ut opinor) ex Bong. C. Pal., *cum* ex solo Lov. refertur, et Plüschkii collatio *cumque* Bongarsiano A. tribuit. Res quidem prorsus diversae sunt, vix ut videantur per *que* copulari potuisse. Sed asyndeton minus etiam ferendum, et Civ. 3, 101 §. 6 *cumque* item initio periodi positum res nequaquam eiusdem generis coniungit. Atque illo loco rapido cursu fertur narratio, ut nullam offensionem copula habeat. Eidem festinationi hic videtur inservire.

atque his] Bong. A. Dr. AB. Goth. A. Vind. ABCEF. Ven. c. et sqq. usque ad Oud. *atque hiis* Vrat. BC. Hamb. Bonn. *atque iis* Voss. A. Egm. Lov. Vrat. A. Goth. B. Bom. a. Med. a. Ven. b. Oud.

Cap. 17. §. 2. impedimentorum magnum numerum] Sic 7, 45 *magnum numerum impedimentorum* produci iubet. Erant res partim ad bellum gerendum necessariae, ut ex 7, 14 intelligitur, ubi nihil interesse dicunt, ipsosne interficiant, impedimentisne exuant, *quibus amissis bellum geri non possit*; partim quas quisque caras et pretiosas habebat. Itaque 5, 33 Romani *quae quisque eorum carissima haberet*, ab impedimentis petere atque abripere properant. Cf. 7, 55: *huc — suorum atque exercitus impedimentorum magnam partem contulerat*. Prioris generis pars a militibus ferebatur et portabatur in agmine, eaeque dicuntur *sarcinae*, valli praecipue et cibaria ad certum tempus, atque has portantes *sub sarcinis* et *impediti* vocantur. Cf. 3, 24 §. 3 et 8, 27 §. 5. Alia erant, quae ferre secum et portare non poterant (c. 29), quae mulis, equis, carris vehebantur. Itaque in hoc Romanorum agmine mirum non est et impedimenta fuisse post milites, et milites tamen *sub sarcinis* iter fecisse.

in castra] h. e. ad locum castris delectum, cum nondum depositas habituri sarcinas essent.

Digitized by Google

giones magnum spatium abessent, hanc sub sarcinis ado-
3 riri: qua pulsa impedimentisque direptis futurum, ut
4 reliquae contra consistere non auderent. Adiuvabat etiam eorum consilium, qui rem deferebant, quod Nervii antiquitus, cum equitatu nihil possent (neque enim ad hoc tempus ei rei student, sed quicquid possunt, pedestribus valent copiis) quo facilius finitimorum equitatum, si praedandi causa ad eos venissent, inpedirent, teneris arboribus incisis atque inflexis crebris in

magnum spatium] *magno spatio* Leid. A. *magna spatia* S. *per magnum spatium* Bong. C. Leid. B. Dr. B. Vind. CF. Cf. adnot. crit. ad c. 16 §. 1 *triduum*.

§. 4. Adiuvabat] „*adiuvabant*, *adiurabant*, *adiurabat* MSS. nonnulli." Postremum Voss. A., medium Gott., primum Bong. AC. Egm. Lov. Ort. Pet. Pal. Dr. B et corr. A. Vrat. ABC. Goth. B. Hamb. Bonn. Gu. Vind. BCEF. exhibent; quae res exemplo est, quam incerta in hac terminatione codicum fides sit.

cum equitatu] *cum* omittunt Bong. AB. Pet. Pal. Gott. Egm. Lov. Dorv. Ort. Dr. A. Vrat. ABC. Goth. B. Hamb. Bonn. Gu. Vind. BDE. edd. ante Ald. Praetermissio haud dubie vitiosa ne hac quidem in re codicibus ubique fidem habendam esse docet.

venissent] Bong. ABC. Pet. Pal. Gott. Voss. A. Egm. Lov. octo alii Oud. Hav. A. et mei omnes cum edd. ante Ald. *venisset* Ald. et sqq. usque ad Oud., qui in ed. 1 codicibus obsecutus in 2 fortasse incertam fidem eorum in his terminationibus reputans et ambiguitatem, quam pluralis habere possit, cum ad *finitimos* nescias an ad *equitatum* referendus sit, evitaturus singularem praetulit. Equidem pluralem sine dubio ad *finitimos* refero, praedandi causa cum equitatu venientes, et tanto consensui codicum tamen aliquid tribuendum censeo.

inpedirent] Vind. A. Voss. A. non *imp*.

inflexis crebris] Dorv. „et alii" Par. B. Vrat. C. Goth. B. Pal. et a m. sec. Dr. A. Vrat. B., item Rom. a. Med. a Ven. bcdf. Oud. 2 *flexis crebris* Ven. e. Ber. *inflexis crebrisque* Gott. et Egm. secundum ex. Fabric. Dr. B. Goth. A. Hav. A. Vind. AC. nonnulli Oud. Ald. et sqq. etiam Oud. 1, in qua tamen *que* ut suspectum obliquis litteris poni iussit. Denique in codice Schotti, Pet. Bong. A. And. Ox. Lov. Lb. duobus aliis Oud. eodemque teste in Egm., item in Vrat. A. Bonn. Hamb. Gu. et a m. pr. in Par. A. Dr. A. Vrat. B. et in ed. inc. utrumque omissum est, negligentia, ut mihi videtur, librariorum. Nam ut adiectivum ab ipso scriptore omitti potuisse concedam, participium quidem, quo ramis factum aliquid ab Nerviis ostenderet, quod ad sepes efficiendas ita, ut arborum incisio et ruborum interiectio pertineret, necessario ei ponendum erat; neque aptius ullum et simul simplicius inveniri poterat, quam in quo reliqui libri consentiunt, *inflexis*, quod de binis binarum arborum sibi adversis et in semet incurrentibus ramis accipiendum

§. 4. neque enim] quasi naturale illud Nerviorum institutum fuisse, non casu eos aliquando equitatu minus valuisse declaratur.

Digitized by Google

latitudinem ramis enatis et rubis sentibusque interiectis

eandem significationem habet, quam *implicatis* seu *implexis*. Cf. Columellae 5, 6: *deinde* (oportebit) *radices in nodum, si breves, vel in orbem coronae similem, si longiores erunt, inflecti.* Sed adiectivum quoque aptissimum et ad significandum incisionis usum atque effectum tantum non necessarium est. Cui quod nonnulli addiderunt *que*, propterea addidisse videntur, quod solam incisionem non sufficere et arbores ob id ipsum, ut inflecterentur, incisas putarent, non reputantes illi *teneras* arbores etiam non incisas seu accisas (nam ita interpretabantur) facile inflecti, sequentia autem, sive teneatur *enatis*, sive eiiciatur, copulae refragari. Itaque *inflexis crebris* auctoritate Par. B., qui liber eandem, quam Vind. A. et Hav. A. familiam sequitur, et reliquorum scripsi. Ceterum ex eo, quod And. et Ox. eidem cum Par. B. familiae adscripti utraque carent, magis etiam apparere puto librariorum errori praetermissionem deberi, fortasse aberrantibus ab *inflexis* ad *in* latitudinem oculis.

latitudinem] *altitudinem* Vind. C. et pro varia lect. a m. sec. margo Goth. A. (*al. in altitudinem* enatis).

enatis] *renatis* Leid. C. Bonn. et a m. pr. Vrat. B. cum ed. inc. *curvatis* veteres codices Vrsini et Goth. A., cuius in margine illud, quod in proxima adnot. ostendi, positum est. In S. Leid. A. Par. B. Vind. A. Hav. A. et in varia huius loci lectione ad oram Pet. adscripta *enatis* omissum et a Scal. Graev. Oud. uncis inclusum est. Fortasse Caesar in prima scriptione *crebros in latitudinem ramos* breviter dixerat eos, qui crebri in latitudinem essent enati; sed obscurius dictum esse fugere eum non poterat, cum verba *in latitudinem* ad *inflexis* potius, quam ad aliquod in *crebris* delitescens verbum pertinere viderentur. Quo minus autem ipsum haec coniungi voluisse et *ramos in latitudinem inflexos* dixisse statuamus, cum interpositum *crebris*, tum res ipsa impedit. Nam ad inflectendos in latitudinem ramos nulla opus erat tenerarum arborum incisione, cum quilibet ramus etiam integrae arboris in altitudinem secundum naturam surgens inflecti in latitudinem possit. Illae vero ob id ipsum tenerae incisae, h. e. ab summo recisae et cacuminibus truncatae erant, quo crebriores in latitudinem emitterent ramos. Accedit quod inter incisionem illam et hanc ramorum emissionem tempus intercedere oportebat, neque simul incidi arbores et inflecti rami post incisionem demum pullulaturi poterant. Itaque hac quoque de causa scriptor *enatis* addere debebat. Omittendi vero causa plerisque haec fuerit, quod, quoniam *inflexis* et *incisis* coniungerent, *enatis ramis* non sine ratione offensi cum *interiectis* haec cohaerere putarent, quam ob rem ad *crebris* encliticam addiderunt. Aliis cumulatum epithetis nomen displicuerit, cuius tamen rei exempla non desunt. Cf. Civ. 3, 100: *neque ante proelium in Thessalia factum cognitum — expelli potuit.* et Alex. 29: *magnis arboribus exeisis, quae longitudine utramque ripam contingerent, proiectis.*

interiectis] *iniectis* Bong. C. Dr. B. Vind. F. *intertextis* Leid. A., quod Oudendorpio placebat, quia rubos et sentes non inter arbores plantatos, sed viminum loco intextos significari putabat. Sed fruticum illorum ea natura est, ut interiecti inter arbores, quarum rami invicem inflexi sunt, sua sponte viminum vice succrescentes fungantur.

Digitized by Google

effecerant, ut instar muri hae sepes munimentum praeberent, quo non modo intrari, sed ne perspici quidem
5 posset. His rebus cum iter agminis nostri impediretur, non omittendum sibi consilium Nervii existimaverunt.

munimentum] Pet. S. Leid. A. Goth. A, *monimentum* Vind. A. *munimentis* Bong. AB. Voss. AB. Egm. Leid. C. Vrat. AB. Gu. Bonn. inc. *munimenta* reliqui codices et editi. Singularem et propter cum, qui praecessit, *muri*, et codicum causa praetuli. *munimentis* enim vitiosum esse apparet, nisi forte post sepes illas munimenta habuisse Nervios et his *muri instar*, h. e. tamquam murum, praebuisse sepes putas, quod ineptum est.

non modo intrari] codices Brantii et Schotti, Leid. AB. Lov. Bong. C. Pal. Dorv. Voss. C. Dr. B. Vrat. C. Hamb. Goth. B et a m. pr. A. edd. ante Ven. f. *non modo non intrari* Bong. A. cum reliquis codd. Oud., Par. A. Dr. A. Vrat. AB. Vind. AB. Bonn. Hav. A. Ven. f. etc. usque ad Clarkium, qui alterum *non* delevit. In re dubia, cum codicum alias consentiensium, ut Leid. A. et Vind. A., discrepantia librarios h. l. magis pro arbitrio, quam ex fide egisse arguat, cum Clarkio et sqq. editoribus id praetuli, quod falsi specie facilius in fraudem inducere librarios poterat. Caesari vero falsum visum non esse ex 3, 4 intelligitur: *ac non modo defesso ex pugna excedendi, sed ne saucio quidem sui recipiendi facultas dabatur.* Cf. 3, 33: *quae* (impedimenta) *si clandestina fuga subtrahere conarentur, effugere non modo equitatum, sed ne legiones quidem possent.* Atque his et huiusmodi locis rationem omittendae negationis hanc fuisse scriptoribus perspicitur, quod eam in fine demum verbo finito addituri ita essent, ut ad prius pariter atque ad posterius verbi illius vel obiectum vel supplementum pertineret; quod cum proinde utrumque carere negatione quippe postmodum addenda par esset, posterius tamen quasi ex vicinia eam ad se trahebat. Itaque pro *non modo intrari, sed ne perspici quidem poterat* proprie dicendum erat — *sed etiam perspici non poterat.* Sic fieri poterat, ut *non modo* pro *non modo non* positum videretur etiamque ibi poneretur, ubi ratio non permitteret, quemadmodum a Livio factum est cum alibi, tum 25, 26: *postremo ita assuetudine mali efferaverant animos, ut non modo lacrimis iusteque comploratu prosequerentur mortuos, sed ne efferrent quidem aut sepelirent.* Ceterum non dubito, quin vulgata ante Clarkium scriptura vera esse possit. Cf. Zumptii §. 724 et partem eorum, quae Ramshornius p. 836, c. congessit.

posset] Vind. A. Hav. A. Goth. A. cum edd. ante Oud. excepta inc. In Goth. B. Pal. Bong. C. omissum est. „MSS. longe plurimi et Edd. Vett. quaedam" *possit* exhibent, quod ex. Fabr. in Gott. Egm. Lov. Lb., Elberlingius in ed. inc. legi testantur, ego in reliquis meis omnibus inveni. Id Oud. perperam recepit. Nam neque ex illorum, *qui rem deferebant*, ratione hoc refertur, neque, quae altera illius coniunctivi significatio esse potest, cum dubitatione aliquo a scriptore enuntiatur, sed eius, quod Nervii effecerant, descriptionem absolvit ideoque tempus idem, quod *praeberent*, requirit. Cf. adn. cr. ad c. 18 §. 2.

§. 5. existimaverunt] *existimaverint* Ven. f. *existimarunt* Hamb. *extimaverunt* Bong. A. Dr. B. *aestimaverunt* Pet. Egm.

Digitized by Google

18. Loci natura erat haec, quem locum nostri castris delegerant: Collis ab summo aequaliter declivis ad flumen Sabim, quod supra nominavimus, vergebat. Ab 2 eo flumine pari adclivitate collis nascebatur, adversus huic et contrarius, passus circiter ducentos, infimus

Lov. Vrat. A. Vind. C. Oud. male et contra, quam non solum Caesar, sed meliores omnes solent, qui *aestimare* nunquam de eo, quod faciendum est, sed de rebus praesentibus vel praeteritis earumque pretio vel mensura proprie vel metaphorice dicunt. Cf. 3, 20 §. 1, 5, 1 §. 9, 13 §. 2, 7, 14 §. 10, 39 §. 3, Civ. 3, 1 §. 6, 26 §. 4. Et illud *extim.*, quod in antiquissimo codice est, non longius ab *existim.*, quam ab *aestim.* abest.

Cap. 18. §. 1. Sabim] Varietas editionum h. l. eadem, codicum paene eadem est, quae c. 16 §. 1; sed Vind. A. *Sabinum*, margo Vrat. B. a m. sec. *Scaldin* exhibet. Scaldim sibi verum videri demonstravit *Leglay* in *Nouvelles coniectures sur l'emplacement du champ de bataille où César défit l'armée des Nerviens* (Cambrai 1830) et regionem inter *Bonavis* et *Vaucelles* talem esse dicit, in qua ea omnia, quae Caesar h. l. ostenderit, appareant. Cf. *Journal des Savans* a. 1830, m. Mart. p. 190. Quod si verum est, Caesarem non *Scaldim* scripsisse, sed nomina fluminum permutasse suspicor, cui suspicioni aliquid probabilitatis accedit eo, quod 6, 33 Scaldem in Mosam influere dicit, quod de Sabi dictum videtur. Ea *Sambim* ibi in eiusdem Vrat. B. margine a m. s. positum est.

§. 2. adclivitate] Bong. AB. Voss. A. non *accl.* (*acl.* Pet. Pal.) In codicibus Vrsini, Cu. Leid. A. Vind. A. *declivitate* legitur, cuius scilicet speciem collis e longinquo prospectus et cum citeriori comparatus item praebebat. Sed a flumine accedentibus, qua scriptor nos ducit, *adclivitas* videri debet.

infimus] *infimiss* Vind. C. *infimis* Leid. A. *inferius* Duk. Vind. I. *infine* Bong. B. *infima* Pet. quod Burmanno vulgatam scripturam ad Ovidii Fast. 5, 382 minus elegantem iudicanti indulgens Oud. recepit. Cf. adnot. crit. ad c. 8 §. 2 et 7, 49: *sub infimo colle* et ib. c. 73: *ab infimo solo.*

Cap. 18. §. 1. ab summo] Cf. 7, 19: *collis erat leniter ab infimo adclivis*, ib. 73: *stipites ab summo praeacuti et praeusti.* 6, 26: *ab eius* (cornu) *summo.*

§. 2. pari adclivitate] h. e. item aequaliter declivis ad flumen vergens et eadem altitudine.

nascebatur] oriebatur, quod Salust. Iug. 48 §. 3 item de colle dicit. Simili metaphora Cicero Acad. 2. 33 *Favonio nascente.*

adversus huic et contrarius] Illud conformationem, hoc situm collis indicat. Vterque ad Sabim vergebat frontemque fronti adversam habebat, et recta sibi oppositi erant.

passus circiter ducentos] His verbis nonnulli putant altitudinem collis significari, ut 3, 19: *locus erat castrorum editus et paulatim ab imo adclivis, circiter passus mille.* His obstat quod mensuram ad perpendiculum redactam cogitari iubent, cum planitiem collis et superficiem a radice ad summum non amplius ducentis passibus patuisse credibile non sit. Et quid attinebat perpendiculi mensuram docere, nisi etiam declivitatis ratio monstrare-

Digitized by Google

apertus, ab superiore parte silvestris, ut non facile in-
3 trorsus perspici posset. Intra eas silvas hostes in occulto sese continebant: in aperto loco secundum flumen paucae stationes equitum videbantur. Fluminis erat altitudo pedum circiter trium. 19. Caesar equitatu praemisso subsequebatur omnibus copiis; sed ratio ordeque agminis aliter se habebat ac Belgae ad Nervios detule-
2 rant. Nam quod ad hostis adpropinquabat, consuetu-

ab superiore] *a* pro *ab* „MSS. quidam" Dr. A. Goth. A. Vind. ACI. Steph. Gr. b., quorum consensum secutus essem, nisi Plüschkii et ex. Fabr. de Bong. A. silentium dubitationem iniecisset.

posset] *possit* „MSS. quatuor" inter quos Bong. A. et Egm. Accedunt Dr. A. (qui *possit* ante *prospici* collocat) Bonn. (qui *prespici* exhibet) Vrat. AB. et inc. Hoc pariter vitiosum atque illud, quod c. 17 §. 4 extr. in pluribus etiam libris exstare vidimus.

§. 3. pedum circiter trium] *p. t. c.* Dr. A. *c. p. t.* Vind. A. Hav. A. edd. ante Oud. exceptis inc. Steph. Gr. b. Id Oud. 2 sine ratione praetulit.

Cap. 19. §. 2. quod ad hostis] Sic scripsit Oud. secundum manum primam Voss. A., quem ipse *e* super *i* positum, Davisius

tur? Neque apparet, cur huius potius, quam sui collis altitudinem declarare Caesar voluerit, praesertim cum suum passibus, hunc oculis tantum metiri posset. Aliis quo usque apertus ille collis fuerit, his verbis definiri et interpunctio post *ducentos* tollenda videtur; cui rationi collocatio verborum et verbum *infimus* ipsum adversatur. Quod si apertae partis mensuram demonstrare scriptor volebat, hanc partem ipsam primum omnino significare, deinde mensuram ponere, aut, si hanc praeposuisset, loci, ad quem ea pertineret, mentionem ita facere debebat, ut non ad totum collem, sed ad illam eius partem pertinere videretur: *passus circiter ducentos inferius* seu *infra apertus*. Reliquum est ut distantiam collis a flumine indicatam putemus, cuius non ipsa ab ripa, sed intervallo circiter ducentorum passuum relicto collis surrexerit, quod intervallum c. seq. verbo *porrecta* designatum est. Eum quoque locum apertum fuisse sequentia docent: *in aperto loco secundum flumen paucae stationes equitum videbantur*. Hos enim in plano, non in declivi dispositos fuisse probabile est. Ad perspicuitatem sane addi poterat *a flumine* (cf. 5, 11: *cuius fines a maritimis civitatibus flumen dividit, quod appellatur Tamesis, a mari circiter milia passuum* LXXX.) sed nihil impedit, quo minus verba *ab eo flumine* non solum ad *nascebatur*, sed etiam ad *passus circiter ducentos* referamus.

Cap. 19. §. 1. ratio ordoque agminis] Sufficiebat *ordo*, cuius notio *rationis* notione sic continetur, ut species genere vel pars toto. Atque Tacitus Ann. 14, 24 *ordinem insidiarum* in re simili dicere satis habuit. Caesar vero in hoc genere uberior esse solet. Cf. c. 22 §. 1: *loci natura deiectusque collis* et *rei militaris ratio atque ordo*. 3, 17: *magnaque praeterea multitudo undique ex Gallia perditorum hominum latronumque conveni-*

Digitized by Google

dine sua Caesar sex legiones expeditas ducebat: post eas totius exercitus impedimenta collocarat: inde duae legiones, quae proxime conscriptae erant, totum agmen claudebant praesidioque impedimentis erant. Equites nostri 3 cum funditoribus sagittariisque flumen transgressi cum hostium equitatu proelium commiserunt. Cum se illi 4 identidem in silvas ad suos recipérent ac rursus ex silva in nostros impetum facerent, neque nostri longius, quam quem ad finem porrecta ac loca aperta pertinebant, ce-

vero et ex. Fabr. *quoad hostis* a m. pr., *quoad hostes* a m. sec. habere testantur. Et *quoad hostis* in codd. Vrsini, Cu. Bong. C. Goth. A. Ven. f. et pro var. lect. in Pet., *quo ad hostis* in Leid. AB. Voss. B. Dr. B. Goth. B. Vind. ACF., *quo ad hostes* in Vind. I. Hav. A. *quod hostes* in inc. *quo hostis* in Pal. Dorv. Duk. Vrat. C. legitur: reliqui mei (Bong. A. Dr. A. Vrat. AB. Hamb. Bonn. Vind. DE.) et, ut videtur, Oud. cum reliquis edd. ante Oud. *quod hostis* exhibent. Id iam Faërnus et Lipsius emendandum censebant, quia secundum c. 16 Caesar hostes non adpropinquare, sed trans flumen Sabim se exspectare cognoverit; atque his *quod hosti* scribendum videbatur, quae reliquis locis omnibus circiter viginti numero usurpata Caesari est huius verbi constructio. Oud. vero, quia plerique libri in *hostis* consentiunt, insolentiorem accusativi terminationem causam corrumpendae verae lectionis fuisse existimans et Caesaris usum illum non morans vel non reputans *quod ad hostis* scripsit, in quo etiam hoc minus commodum est, quod Faërni quoque coniecturae obstat, quod nomen *Caesar* alieniorem locum occupat, qua de re ad 1, 24 §. 1 dixi. Nihilo minus, cum Cicero et Livius et scriptor belli Afr. 23 (*donec ad ipsas portas ac murum approquinquaret*) et Hisp. 2, extr. 3 §. 8 et 9, §. 5 *adpropinquare* cum *ad* praepositione coniunxerint, et hostis, licet adpropinquante ad eum Caesare ipse quoque Caesari propior fieret, tamen suo se loco tenens adpropinquasse dici vix potuerit, denique *quod*, *quoad* et *quod ad* etiam alibi, ut 5, 24 extr. a librariis confusa sint, Oudendorpium cum recentioribus editoribus sequendum putavi. (*adpropinquabat* Bong. A. Vind. A. non *appr*. Secundum eosdem §. 2 *inpedimenta* et *inpedimentis* scripsi.)

rant. 5, 11 extr. *hunc toti bello imperioque praefecerant*.

§. 2. consuetudine sua sex legiones] Cum bellum Belgicum recens esset, proximorum autem dierum consuetudo itineris, ut c. 17 §. 2 demonstratum est, alia fuisset, consuetudo ad hostes adpropinquantis Caesaris h. l. ea significari videtur, qua in omnibus bellis uteretur, qua tres exercitus partes ante impedimenta, quartam post ea in agmine collocare soleret.

quae proxime conscriptae erant] Cf. c. 2 §. 1 et c. 8 §. 3.

§. 4. in silvas — ex silva] Simili varietate numeri 3, 28: *ad quarum initium silvarum cum Caesar pervenisset — subito ex omnibus partibus silvae evolaverunt*. Singularis enim totum, pluralis partes significat.

porrecta ac loca aperta] Horum verborum collocatio ea est, ut *porrecta* ad *loca* referri non possis et pro substantivo positum

Digitized by Google

dentes insequi auderent, interim legiones sex, quae primae venerant, opere dimenso castra munire coeperunt.
5 Vbi prima inpedimenta nostri exercitus ab his, qui in silvis abditi latebant, visa sunt, quod tempus inter eos committendi proelii convenerat, ita, ut intra silvas aciem ordinesque constituerant atque ipsi sese confirmaverant, subito omnibus copiis provolaverunt impetumque in ne-

§. 4. legiones sex, quae primae venerant] *legiones quae ante venerant* codices Vrsini, Leid. A. Vind. A. quae scriptura, si *ante* (quod etiam Cu. pro *primae* exhibet) ad *inpedimenta*, quorum in proximis mentio fit, referri et pro *ante ductae* vel *antecedentes* accipi liceat, ab ipso Caesare prius posita, deinde propter nimiam brevitatem et insolentiorem adverbii significationem in vulgatam mutata videri possit. Recepto enim adverbii in locum adiectivo *primae* numerum legionum, quem prior scriptura per se monstraverat (nam ante impedimenta sex legiones isse §. 2 dictum est) declarari necesse erat, ne legiones non omnes sex una venisse, sed ut quaeque prima venisset, castra munire coepisse viderentur.

§. 5. ita] om. Voss. A. Ort. Dav. Cl. post *ordinesque* N. Voss. Clarkii, Bong. AB. Pet. Egm. Gott. Lov. Leid. C. Dr. A. Vrat. AB. Hamb. Bonn. Gu. Vind. B. inc. Cuius erroris causa haec fuisse videtur, quod in antiquiore exemplari *ita* in fine vel initio versus prioris sic positum esset, ut ad posterioris finem vel initium vergeret. Nam omitti a scriptore *ita* sine magno perspicuitatis detrimento non potuit.

silvas] „MSS. plures et meliores" (sec. ex. Fabr. Confl. et Plüsch. Bong. ABC. Pet. Pal. Voss. A. Egm.) item Hav. A. et mei tantum non omnes et inc. Steph. Gr. b. Turr. *silvam* Vind. D. cum reliquis ante Oud. 1 edd. quod Oud. 2 perperam repetiit.

existimari debeat, qua consuetudine poetae et recentiores scriptores multum utuntur, *plana* et *sata* et id genus alia, sed etiam *profunda camporum*, *praerupta collium* (*porrecta camporum* Minucius Felix Octavii c. 17 §. 11 posuit) dicentes, de quibus cf. Ruddimanni Institutiones gramm. Lat. 2, p. 65 ed. Stallb. Neque Caesari plane id inusitatum: 7, 88 *ut de locis superioribus haec declivia et devexa cernebantur* et Civ. 3, 105 *in occultis ac remotis templi* scripsit, atque eodem pertinent illa, quae in adn. prima ad c. 18 ostendi. Quod autem *porrecta ac loca aperta* potius, quam iterum omisso substantivo *porrecta atque aperta* dixit, ea de causa factum videtur, ut eo certius non solum per illum inter flumen et infimum collem porrectum atque apertum locum, de quo c. 18 §. 3 scriptum est, sed etiam per inferiorem collis ipsius partem item apertam et usque ad silvas insequi ausos esse equites suos testificaretur.

§. 5. atque ipsi sese confirmaverant] Hoc ad eundem ordinem illum proelii pertinet, quem intra silvas constituerant, ad quem in prorumpendo observandum mutuis sese adhortationibus fortasse cum iureiurando confirmaverant. Cf. Civ. 2, 4: *se ad confligendum animo confirmant.*

Digitized by Google

stros equites fecerunt. His facile pulsis ac proturbatis 6
incredibili celeritate ad flumen decucurrerunt, ut paene
uno tempore et ad silvas et in flumine et iam in manibus
nostris hostes viderentur. Eadem autem celeritate ad- 7
verso colle ad nostra castra atque eos, qui in opere oc-

§. 6. proturbatis] codex Faërni, Bong. A. Egm. Hamb. et pro var. lect. Voss. A. *turbatis* Vind. A. *perturbatis* Hav. A. Vind. BCD. et reliqui mei atque Oudendorpiani cum edd. ante Lips. Id licet non omnino ineptum sit, cum fieri possit, ut pulsi sine perturbatione sese recipiant, tamen res maius quoddam h. l. requirere videtur. Itaque *proturbatis*, h. e. cum perturbatione propulsis, merito ex Faërni libro receptum a Lipsio sequentes tenuerunt; et codicum rationem habentibus (cf. initium adn. crit. ad verba c. 17 §. 4 *non modo intrari*) ac similitudinem notarum, quibus *per* et *pro* scribi solebant (cf. Ciceronis or. pro Mil. ed. Freund. p. VII) reputantibus dubium esse nequit, quin *pert.* librariorum, quibus alterum minus notum erat, errori debeatur. Cf. Garatonius ad Cic. pro Sext. c. 30, p. 124 (p. 1182, 29 ed. Hal.). Infra 7, 81 codices optionem inter *deturbare* et *proturbare* dant: *perturbare*, quod ibi quoque plerique habent, ineptum est.

decucurrerunt] codex Vrsini, And. Leid. A. Bong. A. „aliique" Egm. Vind. AE. Hav. A. Lips. et sqq. praeter Clarkium, qui cum reliquis codd. et edd. *decurrerunt* scripsit. Priscianus l. 10 p. 503 ed. Krehl. inter alia Caesaris ad Virgilium verba citat *excucurristi a Neapoli*. Praeterea Livii duo, Catonis, Terentii, Plauti singula exempla affert Charisius l. 3, p. 277 ed. Basil. *recucurri* et *excucurri* iungens cum *addidici* „sic enim" inquit „apud auctores nonnunquam invenimus: alioquin *recurri* dicimus et *excurri*." Cf. infra c. 21 §. 1. Civ. 2, 41 *procucurrissent* pauci, sed boni codices, ib. 3, 91 *procucurrit* octo potiores, Alex. 31 *decucurrissent* item potiores exhibent. Atque h. l. *decurrerunt* librariis acceptum referendum esse eadem illa, quam in proxima adnot. ad *proturbatis* et c. 17 §. 4 ad *non modo intrari* tuendum adhibuimus, codicum eiusdem familiae discrepantia arguit.

et iam] codices Vrsini, Bong. B. Gott. Egm. Vrat. AB. Bonn. Frell. Gr. b. Lips. et sqq. *etiam* „alii" inter quos sec. ex. Fabr. Bong. AC. Pet. Pal. Voss. A. et Dr. AB. Vrat. C. Goth. AB. cum edd. ante Frell. *et* Cu. Leid. A. Ox. Duk. Vind. A. Hamb. margo Gr. a. pro var. lect. Steph. Turr. Ac videtur remoto *iam* augeri celeritatis significatio. Praeterea cf. 4, 24: *militibus autem — simul et de navibus desiliendum et in fluctibus consistendum et cum hostibus erat pugnandum.* et 7, 73: *erat eodem tempore et materiari et frumentari et tantas munitiones fieri necesse.* Sed fortasse nimium id videbatur scriptori, praesertim addituro illa, quae sequuntur, *eadem autem celeritate* etc., quibus ipse nondum vere et proprie in manibus Romanorum visos esse hostes ostenderet. Itaque *iam* adiecit, quod cum *paene* coniunctum hyperbolen tollit.

§. 7. adverso colle] den Hügel hinauf, ut 7, 60 et 61 agmen *adverso flumine* proficisci et ire dicitur.

Digitized by Google

cupati erant, contenderunt. 20. Caesari omnia uno tempore erant agenda: vexillum proponendum, quod erat

Cap. 20. §. 1. omnia] quae vel omnino imperatori ante proelium agenda sunt, vel Caesari tunc erant agenda.

quod erat insigne] h. e. ex quo agnosci solebat tempus esse, cum ad arma concurri oporteret. Sic Cicero de Or. 3, 33: *M' vero Manilium nos etiam vidimus transverso ambulantem foro; quod erat insigne eum, qui id faceret, facere civibus omnibus consilii sui copiam.* Ceterum sine ratione alii h. l. Caesarem consuetudinem antiquitus receptam vulgoque notam lectoribus significare queruntur, alii excusationes colligunt, ne putidus et ineptus esse videatur. Signum quidem pugnae, quo milites ad arma vocarentur, a veteribus quoque imperatoribus proponi consuevisse cum per se verisimile est, tum Livius docet *propositum* illud aliquoties, ut 6, 12 §. 7 et 7, 32 §. 5 et 9, 14 §. 2 et 23 §. 7 et 22, 45 §. 5, commemorans, sed *vexillum* id nusquam aut a Livio aut ab alio quoquam ita vocatur, ut veterem ac perpetuum hunc eius usum fuisse pro certo poni queat. Cf. Lipsius de militia Romana l. 4 dial. 12. Immo Plutarchus, cum eius mentionem facit, non σημεῖον appellat, quo nomine alibi Latinum *signum*, in vita Gracch. p. 839 D. *vexillum* interpretatur, sed χιτῶνα, *tunicam*, eamque vel *coccineam*, *supra praetorium expansam* (in vita Fabii Max. p. 182 E: τὸ τῆς μάχης σημεῖον ἐξέθηκεν· ἔστι δὲ χιτὼν κόκκινος ὑπὲρ τῆς στρατηγικῆς σκηνῆς διατεινόμενος.) vel *puniceam* (χιτῶνα φοινικοῦν, Marcell. p. 313 C. Pompei. p. 655 E. Brut. p. 1002 E.) eodemque spectat *russata* sc. vestis, quam Isidorus Originum l. 19 c. 22 §. 10 *pridie quam dimicandum esset, ante principia poni, quasi admonitionem et indictum futurae pugnae* solitam sub consulibus tradit. Et tunicarum russarum militarium mentio fit a Trebellio Pollione in vita Claudii c. 14. (p. 207, 17 ed. Paris. 1620.) Hinc suspicari aliquis possit Caesarem aut primum pro tunica, qua ante usi essent imperatores, vexillum ut magis insigne et ad imitationem eius vexilli, quod Romae exercitu imperato per triginta dies in arce poni solitum Macrobius Saturnalium l. 1 c. 16 et Festus in *Iusti dies* testantur, proponi iussisse eamque consuetudinem suam, quam in Hispaniensi bello servatam ab eo scriptor eius belli c. 28 ostendit, h. l. docuisse, aut propterea, quod mos non omnium idem et alii tunicam, alii vexillum convocandis ad arma militibus proponere soliti essent, sese vexillo usum demonstravisse. Verum ut concedamus, quod fortasse ob ipsos illos Plutarchi locos adhibito duntaxat hoc Caesaris testimonio concedi debet, propositum pugnae signum antiquiore tempore idem, quod postea, vexillum fuisse, tamen vexilli non haeo una erat significatio, sed etiam armati et in acie dispositi milites nonnunquam eo sublato congredi cum hostibus et proelium committere iubebantur, id quod in pugna Pharsalica Caesar constitutum habuisse Civ. 3, 89 declarat. Itaque ad docendos lectores rei militaris non adeo peritos, ut solum verbum *proponere* eos, quid sibi vellet vexillum, doceret, plane opus erat hoc additamento, eoque magis, quo minus eisdem sine eo *signi tuba dandi* et *signi dandi* in sequentibus ratio perspicua futura fuisset. Neque alia de causa 7, 88 colore vestitus insigni in proeliis se uti consuevisse docet,

Digitized by Google

insigne, cum ad arma concurri oporteret, signum tuba dandum, ab opere revocandi milites, qui paulo longius aggeris petendi causa processerant, arcessendi, acies instruenda, milites cohortandi, signum dandum. Qua- 2

quam veterum quoque imperatorum consuetudinem fuisse peritiores profecto non magis fugiebat.

signum tuba dandum] Huius signi rationem si eandem hic obtinere putamus, quae alibi obtinet, ut Civ. 3, 46: *tuba signum dari atque in hostes impetum fieri iussit*, et ib. 90: *exposcentibus militibus et studio pugnae ardentibus tuba signum dedit*, quo facto Crastinus evocatus primus ex dextro cornu procurrit, et Afr. c. 83 §. 3 et 4, rerum ante proelium agendarum ordinem perversum a scriptore fateri cogimur, cum impetum facere iussos milites neque in acie disponere neque cohortari amplius imperator possit. Sin autem ad revocandos ab opere milites et ad eos, qui longius processerant, arcessendos hoc signum tubae pertinuisse existimamus, cuiusmodi opinio peperisse videtur *revocari* illud, quod pro *revocandi* in codicibus Leid. A. et Scal. et *revocandum*, quod in Petaviano exstat, aut vim inferimus verbis, quae de tribus eisque diversis rebus cogitari iubent, aut iniquius de scriptore sentimus, qui quod unum esset et simplex, pro duobus vel tribus vendiderit. Neque vero removere ab hoc loco tria illa verba et in fine periodi pro duobus, quae ibi posita sunt, ponere licet, quo remedio usus est is, qui codicem Cuiacianum scripsit, cum causa inveniri nulla possit, cur hic intrudenda, illic decurtanda cuiquam visa sint. Itaque reliquum est, ut vexillo proposito admonitos de pugna futura et ad arma capienda incitatos milites tuba convocandos fuisse statuamus eum in locum, in quo iam instruendi ad pugnam et cohortandi et tum demum proelium commissuri essent. Eundem autem in locum convocandi tunc erant et opus facientes et aggerem petentes, quorum mentio, si tuba praesentes convocabat, aptissime his coniuncta est et vicissim tubae rationem hanc ipsam fuisse verisimile facit. Atque omnino nescio an inter primum illud, quod vexillo dabatur et in posterum nonnunquam diem proponebatur, et ultimum ad ipsum congressum pertinens intercedere aliquod necesse fuerit loci, in quem a principiis sive praetorio, quo vexillum vocasset, sese conferrent armati, signum, quod quo minus tuba dari solitum statuamus, nihil impedit. Tubis quidem cani ante proelia non semel neque concursus tantum faciendi causa consuevisse Lipsius de mil. Rom. 4, 10 p. 199 demonstravit.

signum dandum] Plerique *tesseram*, quam Francogalli *parole*, nostrates Feldgeschrei, Losung vocant („symbolum bellicum, quod ad pugnam exeuntibus datur, scilicet propter confusionem evitandam. Graece dicitur *σύνθημα*, ut fuit in bello Marii *Lar deus*, in Syllae *Apollo Delphicus*, in Caesaris *Venus genitrix*.“ Servius ad verba Virgilii Aen. 7, 637 *it bello tessera signum*.) interpretantur, idque necessarium est, si *tuba dandum*, quod supra dixit, *signum* proelii committendi esse voluit. Neque usus linguae obstat. Cf. Afr. 83: *Quod postquam Caesar intellexit incitatis militum animis resisti nullo modo posse, signo Felicitatis dato equo admisso in hostem contra principes contendit*. Ib. 58: *equo circumvectus legionesque cohortatus signo dato accessum hostium*

Digitized by Google

rum rerum magnam partem temporis brevitas et succes-
3 sus hostium impediebat. His difficultatibus duae res erant subsidio: scientia atque usus militum, quod superioribus proeliis exercitati, quid fieri oporteret, non minus commode ipsi sibi praescribere, quam ab aliis doceri poterant, et quod ab opere singulisque legionibus singulos legatos Caesar discedere nisi munitis castris vetuerat.
4 Hi propter propinquitatem et celeritatem hostium nihil

Cap. 20. §. 2. et successus] Bong. A (is a m. pr. *et sub cessus*) B. Pet. N. Lov. Gott. Egm. codex Faërni, cod. Brantii, duo Oud., excerpta Pulmanni, Dr. A. Vrat. AB. Hamb. Bonn. Gu. Vind. B. inc. *et incursus* Leid. A. Vind. A. Hav. A. Aldinae, Gr. ab. Vasc. Steph. Turr. Cl. *et successus et incursus* reliqui, ut videtur, Oud. et ex meis Dr. B. Vrat. C. Goth. A. B. cum reliquis edd. Cui scripturae quod Oud. praesidium a Caesaris consuetudine petit duas voces iungendi, quarum altera alterius interpretatio sit, frustra petere videtur, cum neque *successus* celerrimum et prosperum incursum, quemadmodum ipse interpretatur, significare possit, neque, si possit, solum *incursus* ad eam significationem commonstrandam sufficiat. Sed codices respicientibus vix dubium esse potest, quin Caesar non utrumque simul, sed aut *et successus* scripserit, aut *et incursus*; quorum hoc usitatum magis (cf. Civ. 1, 41 §. 4 et 71 §. 3) sed ad impetum per locum acclivem et adverso colle factum minus aptum, illud novum fortasse, at perspicuum et rei accommodatissimum videri poterat. Nam ut *succedere* 1, 25 §. 5 et 8, 41 §. 3 ii dicuntur, qui in locum editum pugnandi causa ascendunt, ita *successus* actio dici potest ascendentium, das Heraufrücken. Itaque hoc praeferendum putavi.

§. 4. propter propinquitatem et celeritatem] *propter cel. et prop.* Vind. A. Ald. et sqq. usque ad Oud., qui tacite eum verborum ordinem restituit, qui in prioribus edd. et sec. ex. Fabr. in Bong. ABC.

occupabatur. Sin illa tuba id, quod nobis videtur, significabat, hoc extremum haud dubie proelii signum, quod et ipsum tuba dabatur et *classicum* proprie vocabatur, dictum videri potest. Cui interpretationi primum et praecipue suffragatur quod c. 21 Caesar *milites cohortatus proelii committendi signum dedisse* dicitur, deinde quod ubicunque in his Commentariis signi dati mentio fit, vel proelii vel impetus alicuius signum est. Cf. 1, 52 §. 2; 8, 5 §. 3; 19 §. 2; 7, 27 §. 2; 45 extr. 46, §. 4; 8, 36 §. 4. Tessera vero nusquam a Caesare aut nominata aut significata extat. His de causis dissentiendum mihi a plerisque videtur.

§. 2. magnam partem] Ex sequentibus colligitur primum et secundum et quintum eorum, quae agenda fuisse dicta sunt, propter temporis exiguitatem agi non potuisse.

§. 3. His difficultatibus] Haud dubie dativus est, non ablativus. Cf. Civ. 3, 70: *his tantis malis haec subsidia succurrebant*. Hispan. 31: *quibus oppidum fuit subsidio*. ib. 40: *quae res eorum vitae subsidio fuit*.

§. 4. nihil] Hoc gravius et disertius negat, quam *non*. Cf. 8, 13 §. 9: *nihil saxa et cautes*

Digitized by Google

iam Caesaris imperium exspectabant, sed per se quae videbantur administrabant. 21. Caesar necessariis rebus imperatis ad cohortandos milites quam in partem fors obtulit, decucurrit et ad legionem decimam devenit.

Pet. Pal. Voss. A. Gott. Egm. Ort. et in plerisque meorum (etiam Vind. F. et Gu.) exstat. In Dr. B. *propinquitatem propter et cel.*, in Hamb. *propter iniquitatem et cel.* legitur.

exspectabant] *spectabant* codices Vrsini, And. Leid. A. Vind. A. ed. Scal. et sqq. quod et multis locis perperam a librariis in alterum ipsis scilicet magis notum mutatum (e. c. Civ. 3, 43 §. 2) et ad sensum h. l. minime ineptum est: sie sahen sich nicht erst nach Cäsars Befehl um. Cf. 5, 44: *quid dubitas — aut quem locum probandae virtutis tuae spectas?* Sed aeque commodum est *exspectabant:* sie warteten nicht erst auf den Befehl Cäsars; idque firmius a codicibus videtur. Nam hoc quoque perperam cum simplici permutatum occurrit, e. c. Cicer. Fam. 10, 14, ubi *equidem spectabam iam tuas litteras* pro *exspectabam* in cod. Mediceo et Vrat. membr. legitur. Et h. l. aliquid tribuendum est Hav. A. ab sui similibus discrepanti et *exsp.* Elberlingio teste exhibenti.

Cap. 21. §. 1. quam in partem] *quas in partes* Leid. B. *quam partem* Hamb. quod verbo *obtulit* magis convenire videtur. Nam quod nonnulli *eum* subaudiri et *obtulit* dividi in *obviam tulit* iubent, ut fors dicatur Caesarem in aliquam partem obviam tulisse militibus, nimiam illi brevitatem efficiunt et abhorrentem ab usu linguae, quem monstrat 7, 87: *coactis undequadraginta cohortibus, quas ex proximis praesidiis deductas fors obtulit*, et 8, 19: *quo fors tulerat, consternati profugiunt.* Eo vero modo, quo est in Hamb. scriptum, Nepos scribit Pelop. 2: *quemque ex proximo locum fors obtulisset.* et quod deinde supplendum esset, *in eam*, ei simile quid supplendum reliquit Caesar 5, 34: *quam in partem Romani impetum fecerint, cedant.* Nihilo tamen minus genuina videtur lectio vulgata et supplementum, quo sane opus est, ex sequenti verbo petendum: *decursum* seu *ut decurreret.* Possit etiam *quam in partem* pro *eam in partem*, *quam* positum videri; sed illud rationi magis consentaneum est.

fors] *fors* pars codicum Oud. Dr. A. Vrat. B. Goth. B. Bonn. Vind. A. Hav. A. edd. ante Vascos. excepta inc., item P. Man. Ald. nep. Lips. Iu. Cl. *fors al. sors* Hamb. *fors*, quod Oud. ex Bong. ABC. Pet. Voss. A. Egm. Leid. AB. Ox. „et aliis multis" restituit, fortunae ductum incertum significans multo aptius hic, quam *sors*, quo nomine occulta, sed certa fati vis, deinde quod per eam accidit vel contingit, vocatur. Quod autem in diversarum familiarum codicibus *sors* legitur, in hac litterarum et significationis similitudine non est mirandum.

decucurrit] cod. Hotomanni et Stephani, Pet. Leid. A. Bong. A. Voss. A. „et alii." *decurrit* „MSS. et Edd. qdd." Vrsini libri

timere, et 1, 40 §. 12: *nihil se ea re commoveri.*

Cap. 21. §. 1. necessariis rebus] Tertium et quartum eorum, quae c. 20 §. 1 agenda ostendit, significari puto.

devenit] Nihil obstat, quo minus praepositioni in hoc composito

Digitized by Google

2 Milites non longiore oratione cohortatus, quam uti suae pristinae virtutis memoriam retinerent neu perturbarentur animo hostiumque impetum fortiter sustinerent, quod non longius hostes aberant, quam quo telum adiici pos-
3 set, proelii committendi signum dedit. Atque in alteram partem item cohortandi causa profectus pugnantibus
4 occurrit. Temporis tanta fuit exiguitas hostiumque tam paratus ad dimicandum animus, ut non modo ad insignia

omnes, Bong. BC. Vrat. B. Goth. A. Hamb. Bonn. Vind. ABCD. Ven. f. Steph. Gr. b. *decurit* Dr. B. In Dr. A. *decucurrit* correctis duabus prioribus syllabis legitur. Cf. adnot. crit. ad c. 19 §. 6.

§. 2. cohortatus] *hortatus* Vind. F. *est hortatus* Carr. Gr. b. *cohortatus est* Vind. I. *est cohortatus* Voss. A. Goth. A. Vind. A. Hav. A. Ven. f. et reliquae sequentes usque ad Oud., qui in ed. 1 secundum Reg. N. et suos quattuordecim, in quibus ex. Fabr. Pet. Pal. Bong. ABC. Gott. Egm. Lov. Ort. fuisse docet, et ed. inc. reliquasque ante Ven. f. *est* omisit simulque *et*, quod post *sustinerent* in omnibus edd. excepta inc. et Ven. f. legebatur, cum in nullo codice invenisset, eiecit, sed in ed. 2 *est* rursus admisit, *et* abesse passus est. Et hoc quidem haud duble recte; quamquam Goth. A. Vind. CD. *et* habent. Eo vero remoto *est* teneri nequit, nisi durum asyndeton et cuius idonea ratio nulla reddi possit, commode vinctae orationi praeferendum putamus.

eandem, quam in proximo *decucurrit*, vim tribuamus, qua ratione etiam Hirtius 8, 18 *turmatim in eum locum devenerunt* dixisse videtur. Ceterum quod motus de superiori loco celerior et vehementior esse solet, quam in plano, et necessario a natura constitutum finem habet, *devenire* aliquo etiam is dicitur, qui quocunque ex loco celerius et vehementius (ut profugi in castra Caesaris Afr. 26) et constiturus venit; et potest ita h. l. intelligi, ut §. 5.

§. 2. non longiore oratione — quam] Hoc non de argumento, quod sane nulla prudentis imperatoris ante pugnam cohortatio longius habere debet, sed de ipsis verbis dictum puta et satis brevem duodecim circiter verborum orationem habebis.

§. 4. ad insignia accommodanda] Perperam Metaphrastes τὰ σημεῖα στῆσαι posuit, nec satis accurate Petrarcha Hist. Iul. Caes. 7, 4: *tam nihil spatii fuit, ut ne dicam consuetae solemnitates proeliorum omitterentur, sed vix galeas induendi licentia superesset.* A *signis* diversa fuisse *insignia* etiam ex 7, 45 apparet: *tectis insignibus suorum occultatisque signis militaribus.* Erant ornamenta galeis potissimum imponi solita (Plautus Bacch. 1, 1, 37: *Pro galea scaphium, pro insigni sit corolla plectilis.*) cristae, iubae, pennae puniceae, candidae, nigrae, de quibus Polybius refert ex eoque Lipsius de mil. Rom. 3, 5 p. 126, ubi etiam effigies exhibitae sunt. Ea vero non a ducibus tantum tribunisve aut centurionibus, verum etiam a militibus gregariis gestari solita esse hic ipse locus docet. Similia Gallorum Caesar 1, 22 §. 1 commemoravit.

Digitized by Google

accommodanda, sed etiam ad galeas induendas scutisque tegimenta detrudenda tempus defuerit. Quam quisque 5

§. 4. induendas] *inducendas* codices Vrsini, Pet. Bong. ABC. Voss. AB. Egm. Leid. A. Lov. „et alii", Stephani liber, Vrat. A. Vind. A. Hav. A. Oud. 2. probantibus recentioribus plerisque. Ac secundum codices Caesar *inducendas* posuisse videtur. Sed cum *induere* et *inducere* facile confundi potuerint a librariis et non raro confusa sint, non tam codicum, quam significationis et usus ratio habenda est. Vtitur autem Caesar verbo *inducere*, cum ad res adhibet, ita, ut respondeat Germanico mit etwas überziehen; ut infra c. 33 de scutis, *quae subito pellibus induxerant;* alibi vero ita, ut sit nostrum über etwas ziehen; ut Civ. 2, 10: *super lateres coria inducuntur*. Itaque h. l. si *inducendas* scripsit, ambiguum reliquit, utrum super galeas tegimenta quaedam fortasse viminea, ut Civ. 3, 63 §. 7, inducere, an capita galeis tegere prohibiti milites fuerint. Quam ambiguitatem, etsi scientibus in pugnam euntes milites galeas non involucris texisse, sed capiti imposuisse, cum in agmine et in itinere collo appensas gestarent, non magnopere timenda esset, tamen evitare prudens scriptor debebat. Accedit quod *calcei* quidem pedibus, *cestus* manibus, *laurus* capillis (etiam *vincula et laqueus* Taciti Ann. 4, 70) recte *induci* dicuntur, quia res sunt ductiles et plectiles: *galeae* vero, teste Polybio ex aere, quae res est dura et rigida, factae non item. His de causis cum Moro, Kreyssigio, Apitzio *induendas* praetuli. Etiam Cicer. Invent. 2, 50 et ad Herenn. 1, 13, quibus locis codices pariter discrepant, ligneae soleae *indutae* potius, quam *inductae* dici videntur.

detrudenda] Carr. Bong. A. „novem alii" Lov. secundum ex. Fabr. et Pet. Pal. Bong. C. sec. Confl. Dr. AB. Vrat. BC. Goth. B.

tegimenta] Cicero de nat. deor. 2, 14 *clypei involucrum*, Plautus Bacch. 4, 2, 20 *integumentum* dicit. Plutarcho teste in vita Luculli p. 510 A. coriacea erant: *τὰ σκύτινα τῶν ὅπλων σκεπάσματα*. Quod autem nonnulli Caesaris militibus eo magis opus fuisse tegimentis autumant, quo pretiosiora scuta haberent, cuius rei testem citant Suetonium Iul. 67: *habebatque tam cultos* (milites) *ut argento et auro politis armis ornaret simul et ad speciem et quo tenaciores eorum in proelio essent metu damni*, hoc quidem Gallici belli tempore nondum auro argentove caelata videntur scuta habuisse.

defuerit] Perfectum in huiusmodi enuntiatis, quae rem praeteritam altera item praeterita effectam exhibent, nexum rei effectae cum rebus, quae postea factae sunt, tollit et exspectationem continuandae narrationis, quam imperfectum movere solet, praecidens facit, ut animus audientis in re effecta commoretur et defigatur. Cf. 3, 15: *quae quidem res ad negotium conficiendum maxime fuit opportuna: nam singulas* (naves) *nostri consectati expugnaverunt, ut perpaucae ex omni numero noctis interventu ad terram pervenerint, cum ab hora fere quarta usque ad solis occasum pugnaretur*. 5, 15: *Equites hostium essedariique acriter proelio cum equitatu nostro in itinere conflixerunt, tamen ut nostri omnibus partibus superiores fuerint atque eos in silvas collesque compulerint; sed compluribus interfectis cupidius in-*

Digitized by Google

ab opere in partem casu devenit quaeque prima signa conspexit, ad haec constitit, ne in quaerendis suis pu-

Hamb. Bonn. Vind. B. et pro v. l. margo F. *detradenda* Gott. *detrahenda* reliqui codd. editique omnes. *detrudenda* Oud. fortasse raptim et cum subita vi deripienda significare ostendens eamque in rem Drakenborchii adnotationem ad Livii 2, 10 *impetu conabantur detrudere virum* conferri iubens non improbavisse videtur: ego non sine ratione a scriptore praelatum alteri existimo. Vulgo enim milites ante proelium tegimenta scutis *detrahebant;* sed in illa propinquitate hostium, cum ne galeis quidem induendis tempus sufficeret, facile intelligitur quicunque detegere scutum vellet, ei tegimentum non detrahendum, sed maiori cum vi et contentius deiiciendum, h. e. *detrudendum* fuisse. Itaque ad hoc potius, quam ad *detrahendum* scutum tempus defuisse scriptor demonstrans eo magis exiguitatem temporis ante oculos ponit. Ipsum verbum Caesari quoque usurpatum fuisse Suetonius docet in eius vita c. 29 saepe ex eo auditum tradens *difficilius se principem civitatis a primo ordine in secundum, quam ex secundo in novissimum detrudi.* Eodem utitur Hirtius Alex. 76: *ab ea parte cum in proclive detruderentur hostes*, et de re inanimata Virgilius Aen. 1, 145: *Detrudunt navis scopulo.*

§. 5. ab opere in partem] „MSS. fere omnes" cod. Brantii, Voss. A. Gott. Egm. Bong. A. Dr. AB. Vrat. ABC. Goth. B. Bonn. Gu. Vind. AF. Hav. A. inc. et rell. ante Ven. f. Steph. *ab opere imparitor* Hamb. *in partem ab opere* Goth. A. Ven. f. et ceterae. Illa vero, quam codices praebent, verborum dispositione scriptor hos omnes, qui ad aliena signa consisterent, ex numero eorum fuisse, qui ab opere revocati essent, non casu ab eo venisse indicat.

in quaerendis suis] *in quaerentibus suis* Pal. *inquaerendis suis* Rom. a. *inquirendis suis* Goth. A. Vind. CI. *inquirendo suos* cod.

secuti nonnullos ex suis amiserunt. ib. 54: *tantum apud homines barbaros valuit esse repertos aliquos principes belli inferendi tantamque omnibus voluntatum commutationem attulit, ut praeter Haeduos et Remos — nulla fere civitas fuerit non suspecta nobis.* 7, 17: *summa difficultate rei frumentariae affecto exercitu — usque eo, ut complures dies milites frumento caruerint et pecore e longinquioribus vicis adacto extremam famem sustentarent, nulla tamen vox est ab iis audita populi Romani maiestate et superioribus victoriis indigna.* Alex. 22: *hoc detrimento milites nostri tantum abfuerunt ut perturbarentur, ut incensi atque incitati magnas accessiones fecerint in operibus hostium expugnandis.* ib. 43: *crebro incommoda accipiebat adeoque est a barbaris contemptus, ut Salonam se recipiens in oppidum maritimum — in agmine dimicare sit coactus.* Afr. 54 §. 5. Hisp. 23 §. 8, 31 §. 4.

§. 5. Quam quisque — in partem — devenit] in ea constitit ita, ut quae ibi prima et proxima conspexisset signa, ad haec consisteret. Nam, ut Petrarcha ait, *omne, quod in hostes iret, suum signum extimabat.*

in quaerendis suis] De praepositione tempus significante cf. Handius Tursell. 3, p. 286.

Digitized by Google

gnandi tempus dimitteret. 22. Instructo exercitu magis ut loci natura deiectusque collis et necessitas temporis, quam ut rei militaris ratio atque ordo postulabat, cum diversis legionibus aliae alia in parte hostibus resi-

Vrsini, Leid. A. Vind. A. Hav. A. (Cf. adnot. crit. ad 1, 18 §. 6) *in quaerendo suos* And. S. Iu., quae scriptura eo commendatur, quod nullam dubitationem de genere pronominis relinquit, cum in altera *suis* neutrum videri et ad *signa* referri possit, quemadmodum a Metaphraste et Petrarcha et Hausio factum est. Nec desunt gerundii sic cum praepositione et casu verbi constructi exempla. Cf. Ramshornii gramm. §. 169, 5, a. p. 649. Itaque non repugno, si quis a Caesare profectam arbitretur. Tamen alteram, utpote leniorem et communi loquendi usui accommodatiorem et ad perspicuitatem nihilo deteriorem, praefero. Nam *suis* masculinum et substantivi potestate praeditum esse cum numerus docet, qui alioqui singularis esse debebat, quia unum tantum et suum cuique signum (cf. c. 25 §. 1 *signo amisso*) quaerendum fuisset, tum propter ipsam formae ambiguitatem statuendum est, quia casus obliqui, quorum incertum genus est, masculini esse solent. Significantur autem manipulares, qui sub eodem signo habebantur. Cf. 7, 50: (M. Petreius centurio) *conantibus auxiliari suis Frustra, inquit, meae vitae subvenire conamini* etc. *ita pugnans — concidit ac suis saluti fuit.* Civ. 2, 34: *adeoque erat impedita vallis, ut in ascensu nisi sublevati a suis primi non facile eniterentur.*

Cap. 22. §. 1. diversis legionibus] Carr. cod. Brantii, codices Schotti, Bong. AC. N. Pet. Reg. Voss. Clarkii, Voss. ABC. Gott. Lov. Leid. ABC. Egm. Duk. Dorv. Pal. Hav. A. Vindobonenses omnes et reliqui mei, uno excepto Vrat. B. item ed. inc. et reliquae ante Ald. *diversis locis legiones* Vrat. B. Ald. et sqq. quod si in omnibus codicibus legeretur, tamen cum sequentibus sine tautologia consistere vix posset. Nam *diversis locis* resistentes hostibus legiones quo tandem modo, nisi *aliae alia in parte* resistere possunt? Sequentia autem, etsi non sine varietate in libris scripta sunt, cum pro *aliae* unus Leidensium (nisi fallor, secundus, in quo etiam *insisterent* pro *resisterent* exstat) Vind. DF. Rom. a. Med. a. Ven. bc. *alii*, Dr. B. Vind. CE. *aliis* exhibeant, et in Ven. def. Ber. *aliae* omissum sit, tum codicum causa tum per se genuina videri debent. Cf. c. 24 §. 3: *aliique aliam in partem perterriti ferebantur.* 4, 26: *atque alius alia ex navi quibuscunque signis occurrerat, se adgregabat.* Civ. 1, 21: *ut alius in aliam partem mente atque animo traheretur.* 2, 39: *alii alio loco resistebant.* Iam vero hoc ipsum, quod legiones aliae alia in parte hostibus resistebant, per se tantum abest, ut iniquam Romanorum conditionem redderet aut quo minus certa sub-

Cap. 22. §. 1. deiectusque] Cf. adnot. ad c. 8 §. 2 et ad c. 19 §. 1.

necessitas temporis] h. e. a temporis exiguitate imposita, ut non tam certa ratio, quam quod citissime fieri posset, respiceretur exercitusque instrueretur non tam optime, quam celerrime.

ordo] certa partium series et consequentia, qualem ars militaris et ratio postulat.

Digitized by Google

sterent, sepibusque densissimis, ut ante demonstravimus, interiectis prospectus impediretur, neque certa subsidia collocari neque quid in quaque parte opus esset, provideri neque ab uno omnia imperia administrari pote-
2 rant. Itaque in tanta rerum iniquitate fortunae quoque eventus varii sequebantur. 23. Legionis nonae et decimae milites, ut in sinistra parte acie constiterant, pilis

sidia collocarentur, impediret, ut quocunque in loco, cum quidem plures in acie essent legiones, aliter fieri non posset. Illud durum et collocationi subsidiorum et provisioni rerum in quaque parte necessariarum et ab uno administrandis imperiis omnibus impedimento erat, quod singulis legionibus certus ac suus locus in acie assignari atque unus exercitus, una acies, ut rei militaris ratio postulabat, effici non potuerat, sed *legiones diversae*, h. e. aliae aliam in partem conversae et trini quodammodo, immo plures, ut ex c. 23 §. 3 et 4 apparet, exercitus erant, pro se quisque alius alia in parte hostibus resistens. Atque hoc incommodum loci natura et necessitate temporis effectum aliaque rursus eaque magna incommoda efficiens scriptor illis verbis, quemadmodum a codicibus exhibentur, ostendit, quorum rationem grammaticam partim ea, quae ad c. 8 §. 2 dixi, partim quae Oud. ad 7, 4 §. 1 docet, explicant. Sunt ablativi absoluti, quos excipit nominis eandem rem significantis casus rectus, ut secundum vulgarem dicendi consuetudinem haec quoque nominativo poni deberent: *cum diversae legiones aliae alia in parte hostibus resisterent*. Sed ista *diversitas* maioris momenti erat, quam cui conformata ad hunc modum oratio sufficeret, et integrum potius enuntiati membrum, quam membri particulam sibi deposcebat. Itaque cum dici posset *cum diversae essent legiones atque ita aliae alia in parte hostibus resisterent*, maiori etiam cum vi et simul ad sequentis membri conformationem accommodatius dixit *cum diversis legionibus aliae* etc.

Cap. 23. §. 1. acie] Cum teste Gellio 9, 14 constet Caesarem in libro de analogia secundo *huius die* et *huius specie* dicendum statuisse, et codices Vrsini, Pet. Egm. Bong. A. S. Lov. Leid.

certa subsidia collocari] h. e. certis locis constitui. Cf. 7, 19: *omnia vada ac saltus eius paludis certis custodiis obtinebant*. Similiter *certum in locum convenire* 5, 1 et *certo anni tempore* 6, 13 dicitur. Alibi *certum* est id, quo certo confidere possit, ut 6, 34 *manus certa;* neque id per se alienum ab h. l., sed verbo *collocari* minus accommodatum est. Locus autem subsidiis maxime propterea certus assignari non poterat, quod sepibus et silva impedito adversi collis prospectu qua potissimum ex parte impetus ab hostibus fieret, nec videri nec provideri poterat.

§. 2. sequebantur] insequenti tempore eveniebant. Cf. 4, 34: *secutae sunt complures continuos dies tempestates*.

Cap. 23. §. 1. ut — constiterant] Huic tali illorum militum collocationi conveniens et consentiens id, quod fecerint, fuisse ut significat, non facti indolem et modum cum illa comparat et comparando definit, quod cum facit,

Digitized by Google

emissis cursu ac lassitudine exanimatos vulneribusque confectos Atrebates (nam his ea pars obvenerat) celeriter ex loco superiore in flumen compulerunt et transire conantes insecuti gladiis magnam partem eorum impeditam interfecerunt. Ipsi transire flumen non dubitaverunt et 3
in locum iniquum progressi rursus resistentes hostes re-

AC. Aic. Ort. excerpta Pulm. et ed. inc. cum Dr. A. Vrat. AB. Vind. AB. Gu. Hamb. Bonn. *acie* exhibeant, recte id ab Oud. pro *aciei*, quod reliqui libri scripti (etiam Hav. A. et a m. sec. Vrat. B.) editique habent, receptum videtur. Ceterum minime omnia, quae grammaticus probabat, scriptor usurpavit Caesar, sed usum in plerisque secutus interdum rationi et analogiae priores dedit vel assuefaciendis vel tentandis hominum auribus et iudiciis. Cf. adnot. crit. ad 1, 16 §. 4 et 52 §. 6. Et huius quidem nominis genitivus in Comm. alibi non legitur: Civ. 3, 89 §. 4 et 93 §. 4 *aciei* dativus est. Belli Africi autem scriptor 59, 5 et 60, 3 *aciei* pro genitivo, 51, 6 *acie*, quod in parte codicum est, si verum est, pro ablativo posuit.

vulneribusque] *volneribusque* Ox. Oud., qui uni codici iusto plus tribuit. Cf. adnot. crit. ad 1, 39 §. 5.

§. 2. rursus resistentes] codex Faërni, Stephani, Brantii, N. Pet. Bong. A. Lov. „sex alii" (Gott. Egm. Ort. sec. ex. Fabr. Pal. sec. Conf.) Dr. A. Vrat. ABC. Goth. B. Hamb. Bonn. Gu. Vind. BDE. inc. et rell. ante Ven. f. *ingressos accursus resistentes* Dr. B. *rursus regressi ac resistentes* Voss. A. *rursus regressos ac resistentes* Goth. A. Vind. A. Hav. A. Ven. f. et sqq. Id Oud. auctoritate Leid. A. et cognatorum, ut videtur, motus tenuit, nec sine ratione. Vt alia sunt, quae in illo genere codicum scripta in reliquis omissa pro genuinis accipi debeant, ita

vel praepositum habet *ita* vel *sic*, ut c. 19 §. 5, (*ita, ut — aciem — constituerant —, provolaverunt*) vel suppleri patitur, ut 7, 68 §. 1, (*Vercingetorix copias, ut pro castris collocaverat, reduxit*) neque factum hoc pariter atque illud, ut constitissent, accidisse et aeque vel eadem ratione et causa vel item et nihilo minus locum habuisse demonstrat, qua potestate praedito adverbio *ut* subiici *ita* vel *sic* solet, ut c. 1 §. 3 (*qui, ut Germanos diutius in Gallia versari noluerant, ita populi Romani exercitum hiemare — in Gallia moleste ferebant*) id quod h. l. fieri non magis potest, quam 7, 61 §. 1: *eo cum esset ventum, exploratores hostium, ut omni fluminis parte erant dispositi, inopinantes — ab nostris opprimuntur.* His igitur et similibus locis *ut* coniunctionis vim habet mediam fere inter *cum* et *postquam*, et h. l. primum illos in sinistra parte constitisse, deinde Atrebates in flumen compulisse, simul vero posterius hoc priori illi conveniens fuisse docemur; nam si alibi constitissent, non Atrebates, sed alios adversarios habuissent. Atque ex hac vocis significatione prodiit illa, cuius exempla in adnot. crit. ad 1, 4 §. 1 attuli, qua convenientiam non in rebus ipsis, sed tantum in tempore positam ostendit et proxime ad coniunctionem *postquam* accedit.

insecuti gladiis] Cf. 5, 44: *occursat ocius gladio.*

Digitized by Google

3 dintegrato proelio in fugam coniecerunt. Item alia in parte diversae duae legiones, undecima et octava, profligatis Veromanduis, quibuscum erant congressi, ex loco
4 superiore in ipsis fluminis ripis proeliabantur. At totis

haec a Caesare sic scribi potuerunt, quemadmodum in illis libris leguntur, neque ex interpolatione accessisse *regressos* videtur, cum *rursus resistentes* nec supplemento egeat, nec addito illo sic, ut in glossematis fieri solet, declaretur. Nam longius iam fuga capta Atrebates ad flumen revertisse et rursus progressos, non illico conversos, restitisse Romanis docemur. Hoc igitur recenti rei memoria scriptor significandum existimare ideoque *rursus regressos ac resistentes* ponere poterat. Sed *regredi* in proeliis fere ii dicebantur, qui pedem referunt. Sic ipse 5, 44: *neque dant regrediundi facultatem.* et Civ. 3, 45: *neque regredi nostros patiebantur.* et Afric. 50: *neque retro regrediundi neque ultra procedendi oblata facultate.* Itaque ambiguitatis aliquid habere ista sentiens et fortasse metuens, ne scrupulosior in describendo videretur, postea induxit et simpliciter *rursus resistentes* edidit, ut 4, 12 *rursus resistentibus nostris* et 1, 25 *rursus instare et proelium redintegrare coeperunt.*

coniecerunt] *coiecerunt* Bong. A. *conicerunt* Dr. A. *dederunt* codices Vrsini, Cu. S. And. Ox. Leid. A. Vind. A. Hav. A. Iu. et sqq. Sic 5, 51: *celeriter hostes in fugam dat.* Sed non minus probum alterum est et ad vehementiorem, quo res agebatur, impetum magis appositum. Itaque *dederunt* ex variandae orationis studio, de quo ad 1, 43 §. 1 dixi, illatum puto.

§. 4. At totis] Carr. Par. B. Vind. A. Hav. A. Ven. f. Lips. et sqq. usque ad Oud. *Ac totis* Ald. et sqq. usque ad Lips. *attonitis* codices Schotti, cod. Brantii „et mei omnes, quantum scio.“ (Lov. Egm. Pet. Gott. Ort. et, qui *adton.* exhibet, Voss. A. sec. ex. Fabr. Pet. Bong. C. Pal. sec. ex. Confl.) item mei praeter Vind. A. omnes (*acton.* Vind. F.) et edd. ante Ven. f. (*Attōnitis* Ven. e. Ber.) Metaphrastes: ἐν τούτῳ δὲ παντὸς σχεδὸν τοῦ στρατοπέδου etc. Hunc secutus Oud. et omnium, ut putabat, codicum vitiosam scripturam *attonitis* coniectura emendandam ratus *At tum totis* edidit, quod posteriorum plerique tenuerunt. Sed multo facilius ex illo, quod Lipsius a Carr. oblatum et in Ven. f. seu Flor. item haud dubie ex aliquo codice scriptum posuit, quam ex hoc *attonitis* fieri per errorem potuit, neque necessarium est *tum.* Metaphrastae vero auctoritas ne cum Ven. f. quidem comparanda est.

§. 3. diversae duae legiones] Cf. adnot. crit. ad c. 22 §. 1 et infra c. 24 §. 3: *diversos dissipatosque in omnes partes fugere.* Perperam Lipsius sec. ex. Fabr. *obversae tergis* interpretabatur.

ex loco superiore] Hoc ita dictum est, ut Civ. 3, 70 *ex magnis rupibus nactus planitiem.* Hi quoque ex loco superiore ad flumen detruserant adversarios et iam in ipsis fluminis ripis cum iis proeliabantur. Quae etsi altissimae erant, ut c. 27 extr. demonstratum est, tamen mutatio praepositionis et additum pronomen *ipsis* non eius altitudinis causa illos ex loco superiore proeliantes dici ostendunt. Neque enim

Digitized by Google

fere a fronte et ab sinistra parte nudatis castris, cum in dextro cornu legio duodecima et non magno ab ea intervallo septima constitisset, omnes Nervii confertissimo agmine duce Boduognato, qui summam imperii tenebat, ad eum locum contenderunt; quorum pars aperto latere 5 legiones circumvenire, pars summum castrorum locum petere coepit. 24. Eodem tempore equites nostri levisque armaturae pedites, qui cum iis una fuerant, quos

ab sinistra] Paulo cupidius hoc ab Oud. ex Bong. A. Egm. Lov. „aliisque" (Gott.) pro *a sin.* priorum edd. receptum tamen accedentibus Dr. A. Vind. B. Vrat. AC. Goth. B. Ven. f. tenendum putavi ut a potiore codicum genere et per se quoque magis commendatum.

cum] *quam* Goth. A a m. pr. *quod* idem a m. sec., Pet. Ox. Vind. C. Aldinae, Gr. a. Turr. Lips. *quo* cod. Brant. octo Oud. (Bong. A. Lov. Voss. A. Gott. Egm.) Dr. B. Hamb. Bonn. et a m. pr. Dr. A. Vrat. AB. cum ed. inc. Fortasse Caesar *quom* scripsit, cuius scripturae mentionem a Quintiliano fieri ad 1, 1 §. 3 docui.

§. 5. coepit] *coeperunt* Leid. A. Oud. 2 sine idonea auctoritate.

Cap. 24. §. 1. qui cum] *quique cum* Carr. Voss. A. Ox. Duk. Gott. Egm. Lov. Bong. C. Dr. B. Vind. AFI. Steph. quod Oud. „forsan rectius" pronuntians et simul c. 19 conferri iubens videtur eos, qui ibi §. 3 funditores sagittariique cum equitibus flumen transgressi dicuntur, h. l. verbis *qui cum iis una fuerant* significari, *levis* autem *armaturae pedites* Numidas intelligendos putasse. Accedit quod infra §. 3 Numidae inter fugientes referuntur, quorum sane mentio, si *qui* verum est, nulla praecessit, sin *quique*, aliqua tamen hoc ipso loco iniecta est verbis *levisque armaturae pedites*, quod nomen iaculatorum et Numidarum proprium fuisse ad c. 10 §. 1 docui. Sed minime apte sagittarii et funditores, qui et ipsi pedites essent, una cum levis armaturae *peditibus* fuisse dicuntur, et *Numidae* potius, ut c. 10, quam *pedites* nominandi erant, si hos intelligi vellet scriptor. Itaque *qui*, non *quique* scripsisse, ceterum Numidas quoque seu iaculatores vel una cum equitibus vel paulo post flumen transgressos et ab hostibus pulsos significare et hoc ad ea, quae c. 19 §. 3 et 6 narravit, addere videtur consuetudine quadam sua, de qua in adnot. crit. ad 1, 24 §. 2 verba feci.

si in flumine aut trans flumen versati essent Veromandui, *in* ripis proeliari Romani, neque, cum ab initio ex loco superiore pugnassent, si in ripis quoque superiores loco fuissent, iam in *ipsis* ripis proelium facere dicerentur.

§. 5. aperto latere] h. e. sinistro, utpote discessu reliquarum legionum, quae illud texerant, nudato. Cf. adn. ad 1, 25 §. 6.

summum castrorum locum] non eum, qui summus erat ex locis castrorum, sed universum castrorum locum, qui summus dicitur, quia castra in summo colle posita erant.

Cap. 24. §. 1. fuerant] Cf. adn. crit. ad c. 6 §. 4. Quamquam h. l. magis ex usu vulgari positum plusquamperfectum videri potest, ut ante fugam pedites una cum equitibus fuisse, deinde alii

Digitized by Google

primo hostium impetu pulsos dixeram, cum se in castra reciperent, adversis hostibus occurrebant ac rursus aliam in partem fugam petebant, et calones, qui ab decumana porta ac summo iugo collis nostros victores flumen

ab] Voss. A. S. Leid. AB. Ox. „et alii", quos secutus est Oud., cum Clarkius secundum Reg. et Voss. suum *a* dedisset, quod idem in Voss. B. Goth. A. Vind. I. Ven. f. exstat, Davisius autem cum Ven. e. Ber. Iu. et Graev. consentientibus codice Ciacconii, Pet. Gott. Egm. Bong. A. Pal. Dr. A. Vrat. ABC. Goth. B. Hamb. Gu. Vind. B. praepositionem omisisset. In Vind. D. Ven. b. pro *ab* scriptum est *de*, quod ante *decumana* facillime excidere potuit et insuper eo commendatur, quod inter *ac* (pro quo cod. Ciacc. Iu. Graev. Dav. *a* exhibent) et *summo* Bong. A. *de* interiectum habet, ut secundum codices Caesar *de decumana porta ac de summo iugo collis*, non *ab dec. p. ac s. i. c.* scripsisse videri possit. Sed *de* porta prospicere qui dicatur, eum necesse est portam escendisse et in ipsius parte suprema locum cepisse, cuius rei facultatem nescio an portae castrenses omnino nullam, illorum quidem castrorum vixdum perfectorum certe nullam praebuerunt. Itaque *ab*, quod Vind. AF. Dr. B. Goth. A. Hav. A. et reliquae edd. veteres tuentur, tenendum nec deinde *de* ex uno Bong. A., in quo ipso Plüschkius id deletum esse testatur, recipiendum putavi.

alia via in castra se recepisse significentur.

dixeram] Cf. adn. ad c. 1 §. 1. Respicitur autem c. 19 §. 6: *his facile pulsis ac proturbatis.*

adversis hostibus occurrebant] Non eadem, qua hostes, via, sed per ambages et per latera collis castra petiverant portisque lateralibus seu principalibus vel decumana intraturi Nervios iam in castris versantes obviqs habebant. Haec omnia autem, ad quae imperfectum adhibet scriptor *occurrebant* ponens et *petebant* et *mandabant* et *oriebatur* et *ferebantur*, etsi revera facta et perfecta, tamen ita comparata erant, ut quem exitum habitura essent, incertum reliuquèretur, eaque vis imperfecti est, ut suspensus teneatur animus lectoris et eventum rei inchoatae exspectare cogatur. Cf. c. 23 §. 3 *proeliabantur*.

fugam petebant] Hanc dictionem Davisius exemplis probat ex Virgilio, Ovidio, Lucano, Claudiano poetis allatis, tum Livii loco 9, 23 (*qua potest quisque, fugam per diversa petunt*) Rufi Brev. 17 (*dum fugam petit*) et Aurelii Vict. Ep. 41 (§. 5 *Licinius fugam petiit.*) Magis in propinquo est similis Hirtii dictio 8, 19: *itineribus diversis fugam quaerunt.* nec multo aliter Caesar 7, 26 *ad capiendam fugam* dicit; quae omnia ut de re aliqua, non de actione, praedicata sunt.

ac summo iugo collis] qua ipsa in parte erat porta castrorum postica; *quaestoria* a quaestorio ad eam spectante, seu *decumana* a decimis turmis cohortibusque, quarum tentoria illo spectabant, nuncupata. Itaque una res idemque locus duobus nominibus significatur, quorum unum ad personas, alterum ad rem pertinet. Calones enim ad portam decumanam locum in castris habuisse videntur. Certe mercatores ibi extra vallum tetendisse scriptor 6, 37 ostendit. Hi igitur a suo loco, qui idem editissimus illorum castrorum erat,

Digitized by Google

transire conspexerant, praedandi causa egressi, cum respexissent et hostes in nostris castris versari vidissent, praecipites fugae sese mandabant. Simul eorum, qui 2
cum impedimentis veniebant, clamor fremitusque oriebatur aliique aliam in partem perterriti ferebantur. Qui- 3
bus omnibus rebus permoti equites Treviri, quorum inter Gallos virtutis opinio est singularis, qui auxilii causa ab civitate ad Caesarem missi venerant, cum multitudine hostium castra nostra compleri, nostras legiones premi

[1] transire] Editi ante Aldum et post Aldum Vasc. Steph. Gr. b. *transisse* habent, idque a Cl. in Reg. N. Voss. repertum et quasi „melius hic conveniens" probatum Oud. ex Bong. A. Pet. Voss. A. Egm. et „quinque aliis" (Gott. Lb. Bong. C.) in ordinem recepit. Idem in plerisque meorum legitur et verum esse potest, si pro *transgressos*, aut *conspexerant* pro *conspiciendo intellexerant* positum est, ut Plauti Amphitr. 5, 1, 18: *Atque illam geminos filios pueros peperisse conspicor*. Sed simplicius et aptius est *transire*, quod tempus infinitivi legitime cum accusativo ex illo verbo pendente coniungitur, ut Civ. 1, 69: *ubi paulatim retorqueri agmen ad dextram conspexerunt*. praesertim cum istis calonibus vel initium transeundi vidisse sufficeret haud dubie, ut praedandi causa e castris egrederentur. His rebus motus auctoritate codicum eorum, quos in proxima adnotatione sequendos esse statuimus, Aldinam et reliquarum ante Oud. editionum scripturam a Vind. A. Goth. A. Hav. A. confirmatam restitui.

§. 3. ad Caesarem missi] „MSS. plerique et Edd. Vett." (Lov. Voss. A. Gott. Egm.) Bong. A. Dr. AB. Vrat. ABC. Goth. AB. Hamb. Bonn. Vind. E. et, qui *a* pro *ad* scriptum habet, C. item edd. ante Ald. *missi ad* Vind. D. *missi ad Caesarem* Vind. A. Ald. et sqq. quod non deterius, sed propter codices mutandum erat.

nostras legiones] „MSS. et Edd. qdd." (Lov. Voss. A. Gott. Egm.) Carr. Bong. A. Dr. AB. Vrat. ABC. Goth. AB. Hamb. Bonn. Gu. Vind. BCDEFI. cum edd. ante Aldum, qui *nostras* delevit.

altissime despicientes milites victores flumen transire viderant, id quod ad portam anticam seu *praetoriam* constitutis propter deiectum collis et riparum altitudinem, quae c. 27 extr. demonstratur, fortasse minus licuisset. Similis huic coniunctio duorum nominum, quam recte *hendiadyn* seu ἓν διὰ δυοῖν dicas, illa est, qua 1, 27 §. 4 pars Helvetiorum *ad Rhenum finesque Germanorum* contendisse, 6, 29 silva Arduenna *ab ripis Rheni finibusque Trevirorum* ad Nervios pertinere, Civ. 3, 67 Caesar cohortes *ad legionem Pompeii castraque minora* duxisse dicitur. Generis eiusdem, sed alius speciei ea sunt, quae in adnot. ad c. 19 §. 1 attigi.

§. 3. equites Treviri] qui his paucis diebus ad Caesarem venisse nec certum locum in ista perturbatione assignatum habuisse videntur. Quod de eorum opinione virtutis dictum est, ad magnitudinem periculi demonstrandam facit.

circumventas teneri] Cf. Civ. 2, 41: *quod tota acies equitatu hostium circumdata tenebatur*.

Digitized by Google

et paene circumventas teneri, calones, equites, funditores, Numidas, diversos dissipatosque in omnes partes fugere vidissent, desperatis nostris rebus domum contendérunt: Romanos pulsos superatosque, castris impedimentisque eorum hostes potitos civitati renuntiaverunt. 25. Caesar ab decimae legionis cohortatione ad dextrum cornu profectus, ubi suos urgeri signisque in unum locum collatis duodecimae legionis confertos milites sibi

Idem a Vind. A. abest et ab omnibus post Aldum editoribus omittitur, fortasse quod nullae hostium legiones essent, a quibus distincturus suas Caesar *nostras* diceret. Atque Oudendorpio etiam *nostra* post *castra* omittendum cum Pet. et Aic. videbatur, ut c. 26 extr. *et castra et legiones* sine adiectivo ponuntur; qua quidem ratione probata *nostras* probari non posse consequitur. Nec legitur *nostra* in Lov. Dr. A. Vrat. AB. Hamb. Bonn., in Gott. Egm. vero post *compleri* positum est. Sed id quidem omitti salva perspicuitate h. l. non licebat, eoque servato *nostras* non modo nullam offensionem habet; sed Romanorum potissimum, qui longe alia fortuna uti consuevissent, tam afflictas perditasque res cernere sese mirantibus Treviris magnopere convenit.

Cap. 25. §. 1. urgeri] *vergeri* Bonn. *urgueri* Oud. tacite h. l. et c. 26 §. 1, ut Afric. 6 §. 3 *urguerentque* scripsit, quemadmodum ad Lucani 1, 148 sibi cum Drakenborchio et aliis scribendum videri ostendit. Idem placet Garatonio ad Cic. Verr. 3, 97 p. 207 Neap. (392, 38 Hal.) Et *urgueo* pariter atque *urgeo* in usu fuisse Velii Longi iudicium p. 2223 Putsch. docet, qui *u* vitiose insertam existimat. Priscianus 9, 9 p. 465 Kr. *urgueo* ignorat et *urgeo* cum *indulgeo*, *fulgeo*, *algeo*, *turgeo*, *tergeo* componit, quae omnia terminatione *geo* in *si* conversa faciant praeteritum perfectum. Horum auctoritatem ac rationem a Prisciano monstratam suffragantibus codicibus sequi non dubitavi. Nam h. l. Bong. A. et reliqui mei omnes *urgeri*, c. 26 tantum Egm. et Vrat. A. *urgueri*, Afr. denique Pet., quem Oud. secutum se dicit, teste ex. Fabr. item *urgerentque*, meliores vero *fugarentque* exhibent.

funditores, Numidas] Malo nonnullae edd. commate carent, et Metaphr. τοὺς σφενδονήτας Νομάδας posuit. Ceterum nescio, an consulto *sagittarios*, quod paulo minus fugaces fuissent, praetermiserit.

§. 4. Romanos] Hoc ex ipsorum ore Trevirorum profectum cogita. Suis verbis Caesar raro *Romanos* nominat, ut 5, 32, compluries Hirtius.

renuntiaverunt] Scilicet exspectabatur domi aliquid a Treviris, qui equites ad Caesarem miserant, atque hic erat eventus exspectationis.

Cap. 25. §. 1. ab decimae legionis cohortatione] de qua c. 21 dixerat, postquam in alteram partem item cohortandi causa profectus pugnantibus occurrerat. Quae deinde a c. 21 §. 4 usque ad finem c. 24 narrata sunt, ea omnia sine Caesaris opera et imperio, dum a sinistro ad dextrum cornu proficiscitur, vel facta erant vel fiebant: nunc, quid ipse fecerit, cum ad dextrum cornu pervenisset, exponit.

Digitized by Google

ipsos ad pugnam esse impedimento vidit, quartae cohortis omnibus centurionibus occisis signiferoque interfecto,

esse impedimento vidit] Verbum *vidit*, quod codices Clarkio teste plerique, ab Oud. et a me collati omnes et Cu. Pet. Ox. Egm. Gott. cod. Brantii, Stephani, codd. Vrsini, Gu. Vind. BCDEFI. Hav. A. exhibent, ut tantum de And. S. Carr. et Lov. dubitationis aliquid reliquum esse possit, Aldus in *corrigendis* deleri iussit deleruntque omnes post eum editores, moti haud dubie eo, quod infra *rem esse in angusto vidit* legitur, quae iteratio verbi in una eademque parte enuntiati praesertim nulla intercedente copula aut alia continuatae protasis significatione ferri posse non videbatur. Accedit quod inferius illud *vidit* ita collocatum est, ut diutius suspendendae orationis metu expressum videatur, cuius metus iustior sane causa erat, si nullum praecesserat verbum finitum, quo mota coniunctione *ubi* acquiesceret interim exspectatio, quam si h. l. positum erat *vidit*, quo facto vel omitti infra, vel *videns* eius loco scribi, vel *intellexit* aut simile quid post *submitti posset* in fine protasis addi debebat. Sed hac ratione facile intelligitur inferius *vidit* non minus posse impugnari; quod si tamen ob consensum librorum omnium verum putamus, videndum est, ne vel illo loco positum tot accusativis et infinitivis sustinendis impar sit, iteratum vero et loco parum conspicuo insertum et quasi delitescens multo minorem habeat offensionem. Quoad igitur cognitum fuerit Aldum non ex coniectura, sed codicum auctoritate egisse, *vidit* h. l. ferendum puto.

signiferoque interfecto] Enclitica omissa est in codd. Vrsini, Leid. A. Vind. A. non incommode, cum tertium membrum item sine copula positum sit: *signo amisso*. Sed scriptor duobus membris finita declaratione status, in quo quarta cohors esset, tertium velut in cumulum addit. Cf. Afr. 31, 8: *tot rebus gestis tantisque exercitibus devictis, tot tam claris victoriis partis*. quo loco sunt qui *tantis* contra omnes codices scribendum censeant, Lipsius, Davisius, Oudendorpius; qui hic tacent.

signiferoque] Hunc signiferum non aliquem ex pluribus eiusdem cohortis signiferis, sed unum illum fuisse, qui signum totius cohortis tulisset, addita verba *signo amisso* pendentia illa ex *quartae cohortis* demonstrant. Hoc ipsum autem cohortis signum parum constat utrum proprium ac diversum a tribus trium manipulorum signis, an unum ex eis idque triariorum manipuli fuerit, quod propter horum dignitatem primum inter tria locum tenens simul totius cohortis signum esset atque diceretur. Eo tempore, cuius militiam descripsit Polybius, cum legio nondum in cohortes, sed per manipulos divisa esset, nulla nisi manipulorum signa fuisse cum per se intelligitur, tum excerpta ex Polybio 6, 24 §. 6 docent. Deinde tricenis singularum legionum manipulis in denas cohortes distributis, quae ratio Caesaris aetate obtinebat, nihilo minus sua manipulis signa manserunt. Cf. 6, 34: *si continere ad signa manipulos vellet, ut instituta ratio et consuetudo exercitus Romani postulabat.* et ib. 40: *calones* —, *se in signa manipulosque coniiciunt.* Nec aliter sub imperatoribus. Testis est Tacitus Ann. 3, 20 *unius cohortis* primo hostium impetu pulsae increpitos a duce

Digitized by Google

signo amisso, reliquarum cohortium omnibus fere centurionibus aut vulneratis aut occisis, in his primipilo P.

primipilo] Bong. A. Dr. A. Vrat. AB. Goth. A. Bonn. Vind. BC. Ald. et sqq. usque ad Iu. et „MSS. plerique" Oud., qui *Primopilo* a Scaligero positum secundum codices Vrsini, Leid. A. S. cum Dav. et Cl. tenuit (et *primo pilo* est in Vind. A. Dr. B. Hav. A.) sed *primi pili*, quod legitur in codice Schotti, Lov. (ex quo tamen ex. Fabr. *primopili* refert) Duk. Dorv. Vrat. C. Goth. B. Hamb. Vind. DEI. et edd. ante Aldum, ita sibi placere demonstrat, ut subaudiatur *centurione*, *primipilo* vero damnat, quia *primipilus* Latinum non sit. Sed PRIMIPILO legitur in inscriptione Traiani tempore posita Orell. 799, et Valerii Max. 1, 6, 11 omnes codices *a primipilo* exhibent, et Livius 7, 41 §. 5 *primus centurio erat, quem nunc primipilum appellant*, quemadmodum in quinque codd. et edd. vett. scriptum est, non *q. n. primi pili a.*, quod Drakenborchius praetulit, scripsisse videtur. Nam si eam, quam Drakenb. vult, sui temporis appellationem esse idque ibi docendum lectorem statuebat Livius, cur 2, 27 §. 6 M. Laetorium *primi pili centurionem* novo scilicet nomine non monito lectore dixit? Immo *centurio primi pili*, h. e. primi triariorum, qui *pilani* a pilis appellabantur, manipuli seu ordinis omni tempore audiebat is, qui *primum pilum ducebat*, ut Caesar 6, 38 loquitur, centuriae priori illius manipuli praepositus et primum inter omnes sexaginta legionis centuriones locum tenens, iisque verbis Caesar 3, 5 hunc eundem Sextium, Cicero ad Att. 5, 20 Asinium Dentonem, Livius 25, 19 et 34, 46, Salustius Iug. 38, 6 et alii alios nuncupant. Deinde contracto nomine *primipilus* seu *primopilus*, de quo locuples et a codicibus optimis firmatum testimonium exstat Dionysii Halic. Arch. 9, 10 p. 1764 Reisk., vocabatur, non optima sane ratione, sed nequaquam peius, quam *septentrio*, *duumvir* et similia non minus certa. Et hoc quidem loco *primipilo* cum codicum causa, tum ideo praetuli, quod *primi pili* et *primo pilo*, quae discrepantes sunt scri-

signiferos tradens. Sed idem lib. 1, 18 et Histor. 1, 44 de signis cohortium ita loquitur, ut eundem in cohortibus, quem aquilae in legionibus locum atque usum habuisse videantur, et Ann. 1, 34 (cuius loci vera interpretatio sagacitati debetur *Waltheri*) eadem *vexilla* et Hist. 1, 41 signiferum cohortis *vexillarium* dicere videtur. Haec explicationem non minus ancipitem, quam hoc quartae cohortis signum habent. Tamen *vexilla triariorum*, de quibus Livius 8, 8 §. 8 scribit, quamvis diversi generis fuerint, et *veteres* Caesaris milites *sub vexillo* missos infra 6, 40, denique universam cohortium ex trinis manipulis compositarum rationem respicientibus, quod et centuriones totidem, quod manipulorum fuissent, iisdemque gradibus distinctos et militum genera atque vocabula eadem habebant et omnino nihil, quod ad personas pertineret, diversum a manipulis suscepisse videntur, haec omnia respicientibus verisimilius fit Caesaris et primorum Caesarum signa et signiferos cohortium eosdem, quos triariorum fuisse. Vegetii vero aetate singulae cohortes singula et propria signa habebant, quae *dracones* vocabantur et per singulas cohortes a *draconariis* ferebantur ad proelium, ut refert Vegetius de re militari 2, 13.

Digitized by Google

Sextio Baculo, fortissimo viro, multis gravibusque vulneribus confecto, ut iam se sustinere non posset, reliquos esse tardiores, et nonnullos ab novissimis deserto

pturae, magis ex illa parum intellecta originem habuisse, quam in illam degenerasse verisimile videbatur. Oudendorpius vero, qui *Primopilo* tenuit, non eam, quam a Dionysio traditam ostendi, formam praetulisse putandus est (quo modo enim qui *primipilus* Latinum esse negaret, *primopilus* ferret?) sed *primumpilum* existimasse primi pili centurionem eodem modo dici, quo *primus princeps* et *primus hastatus* dicebatur primi principum et hastatorum manipuli centurio. Quae opinio, quamquam et Garatonio ad Cic. Phil. 12, 8 et compluribus probata, qui etiam h. l. *primo pilo* scribunt, mihi, cum singularis triarius seu pilanus nusquam, quod sciam, *pilus* appelletur, neque illis exemplis satis confirmari neque propterea, quod Caesar 5, 30 eos, quos ib. 28 *primorum ordinum centuriones* vocaverat, *primos ordines* vocat (*cum a Cotta primisque ordinibus acriter resisteretur*) aut propter inscriptiones, qualis est apud Gruterum p. 437, 5 (C. MEFFIO. C. F. CLA. SAXONI. PRIMO. PILO.) pro certa amplectenda videtur. Interest enim aliquid inter pluralem (de quo cf. Lipsius de mil. R. 2, 8 p. 80) et singularem, et inscriptionis illius testimonium facili negotio ad Dionysii auctoritatem traduci potest, cui suffragatur Orelliana 3426: SEX. AVLIENO. SEX. F. ANI || PRIMOPIL. Itaque *primo pilo* h. l. ut non omnino damnandum, ita postponendum Aldinae scripturae existimo. Idem de *primi pili* sentio.

fortissimo viro] Haec verba in Vind. A. omissa neque a Metaphraste expressa si a pluribus eiusdem generis codicibus absint, coniecturam nostram de correctis ad Ephemerides Commentariis non parum adiuvent. In Ephemeridibus enim Caesar haud dubie ea non posuerat.

deserto] Bong. A. quemadmodum coniectura ductus scribendum esse censuerat Lipsius. *desertos* reliqui codices editique omnes; quod quia proximis verbis *ab novissimis* ita, ut Germ. Sincero

multis gravibusque vulneribus] h. e. multis iisque gravibus, quod nostrates viele schwere Wunden, Graeci vero item πολλὰ καὶ ἰσχυρὰ τραύματα dicunt. Similiter 4, 10 Rhenus in mare influere dicitur *multis ingentibusque insulis effectis* et Alex. 5 Nili aqua talis esse, *ut multos varioque morbos efficiat*. Cf. 7, 15: *quod* (oppidum Avaricum) — *unum habeat et perangustum aditum*. Civ. 1, 50: *in unum atque angustum locum*. Alex. 48: *multa praeterea et magna praemia singulis concedebat*. Atque his locis, qui *et* vel *atque* habent, dubitari non potest, quin utraque praedicata ad easdem res singulares pertineant, id quod enclitica particula per se incertum et fere ex sententiarum indole colligendum relinquit; velut h. l. partim multitudine, partim gravitate non omnium, sed nonnullorum ex multis, quae acceperat, vulnerum confectum hominem cogitare non tam verborum, quam rei ipsius ratio vetat. Rursus tollitur dubitatio verborum positura, et *magni multique intercisi vallibus colles* apud Hirtium Alex. 72 tam certo sunt multi iique magni, quam *multi et magni* vel *atque magni*. Cf. ib. 47: *parvis paucisque navigiis*.

Digitized by Google

proelio excedere ac tela vitare, hostis neque a fronte ex inferiore loco subeuntes intermittere et ab utroque latere instare, et rem esse in angusto vidit, neque ullum esse

videbatur („weil sie von den hintersten nicht secundiret wurden") coniungi propterea nequit, quod novissimos iam fugisse statuendum idque per se multo gravius esset, quam hoc, quod eo effectum diceretur, ut nonnulli proelio excederent ac tela vitarent, alii a praefectis omnino, alii ab iisdem, qui paulo ante vulnerati et occisi dicuntur, desertos interpretantur, quorum neutrum probabile est. Quamvis enim reliqui centuriones tardiores iam facti essent, deseruisse suos dici non debebant; multo minus ii, qui vulnerati aut occisi essent. Neque videtur scriptor commisisse, ut ista ambiguitas exsisteret, quae Sincerum fefellit, sed librariis non intelligentibus *nonnullos ab novissimis* ita dictum esse, ut paulo post *ab novissimis uni*, deberi *desertos*, a Caesare *deserto* profectum esse, h. e. sua sponte et secus, quam debebat, omisso „quomodo *deseri bellum*, *decus* et omnia dicuntur, quae inchoata omittuntur deinceps" ut docet Oud., qui et ipse *desertos* nequaquam probans tamen ne *deserto* quidem verum putabat, nisi vel *recedere* legeretur pro *excedere*, vel aliud nomen adderetur fortasse absorptum a sequenti *ac*, ut *acie:* „nam vel *deserere proelium* vel *excedere proelio* satis fuisset." Sed si *proelium deserere* est pugnae se subtrahere, *proelio* autem *excedère* locum, in quo pugnatur, relinquere, poterit aliquis et non excedens proelio proelium deserere, ut tirones illi, quos scriptor b. Afr. 16 extr. in terrorem coniectos narrat *circumspicere Caesarem neque amplius facere, nisi hostium iacula vitare*, et non deserens proelium proelio excedere, vulnere coactus, ut quos Caesar 7, 80 de improviso vulneratos proelio excessisse refert, vel quacunque de causa honesta; ex quo sequitur *deserto proelio excedere* nihil minus, quam inanem aut redundantem esse dictionem atque idem illud significare, quod Oud. requirens *acie* addendum putabat.

hostis] Bong. A. Egm. Vrat. A. non *hostes*, quod editi ante Oud. (Ald. Gr. a. Turr. *hosteis*) exhibent.

subeuntes intermittere] Recte Morus in indice haec coniungit et participium eadem vi praeditum statuit, qua Graecis in πάνεσθαι προσερχομένους et similibus. Scilicet praedicatum verbo *intermittere* inchoatum absolvit et pro infinitivo, quem Caesar alibi, ut 4, 31 (*quod obsides dare intermiserant*) ponit, ad ingratam eiusdem formae repetitionem evitandam adhibitum est. Quodsi omisso participio hostes *neque a fronte intermittere et ab utroque latere instare* dicerentur, supplementum ex sequentibus petendum et a fronte quoque instare eos non intermisisse cogitandum esset: solum *intermittere* per se de hostibus ita, ut 1, 38 §. 4 de flumine, dici non posset, propterea quod hostium non, ut fluminis, una tantum ab ipsa natura tributa actio est, quae sua sponte se simul atque *intermittere* dicantur, audienti intelligendam offerat. Simili imitatione Graecorum, qui etiam transitivo πανέειν participium coniungere solent, a Nepote Themist. 6 *Athenienses* muros *aedificantes prohibere* conati dicuntur Lacedaemonii.

Digitized by Google

subsidium, quod submitti posset, scuto ab novissimis uni militi detracto, quod ipse eo sine scuto venerat, in primam aciem processit centurionibusque nominatim appellatis reliquos cohortatus milites signa inferre et manipulos laxare iussit, quo facilius gladiis uti possent. Cu- 2
ius adventu spe inlata militibus ac redintegrato animo, cum pro se quisque in conspectu imperatoris etiam in extremis suis rebus operam navare cuperet, paulum hostium impetus tardatus est. 26. Caesar, cum septimam legionem, quae iuxta constiterat, item urgeri ab hoste vidisset, tribunos militum monuit, ut paulatim sese legiones coniungerent et conversa signa in hostes in-

§. 2. inlata] Bong. A. Egm. non *ill.*

etiam] *et* Leid. B. Dorv. Vrat. C. Goth. B. *etiam et* Vind. I. *et iam* Oud. 1. minus apte. Non hoc animum illis addebat, quod iam in extremis versarentur, sed in conspectu imperatoris etiam sine spe salutis tamen operam navare cupiebant. Cf. c. 27 §. 2, quo loco Elberlingius contra Oud. usus est. Et ipse Oud. in ed. 2 *etiam* restituit.

in extremis] Praepositionem, quam Oud. in Pet. Bong. A. Voss. ABC. Buslid. et „quatuor aliis", ex. Fabr. tantum in Pet. Lb. omissam, in Cu. Pal. Bong. ABC. positam testantur (de Bong. A. Pläschkius idem, quod Oud. refert) etsi meorum quoque codicum nullus praeter Vind. A. nec edd. ante Ald. aut Steph. Gr. b. Turr. habent, tamen cum Oud. tenendam putavi, quia remota ea nescias *extremis suis rebus* ablativi sint, an dativi. Facile post *etiam* excidere *in* potuit, et exstat in Hav. A.

cuperet] *cuperam* Vrat. A. *occuperet* Vind C. *cuperent* Leid. A. Vind. A. Hav. A. Oud. Cf. adn. crit. ad 1, 39 §. 3 et Civ. 1, 33: *maximeque timoris causa pro se quisque id munus legationis recusabat.*

Cap. 26. §. 1. urgeri] Cf. adn. crit. ad c. 25 §. 1.

§. 2. pro se quisque] Nulla causa videtur, cur hoc aliter interpretemur, quam illud Civ. 1, 33 *pro se quisque id munus legationis recusabat:* jeder für sei ne Person, non coniunctim aut ratione habita eius, quod alii facerent. Omnino altera interpretatio, qua esse Germanicum jeder nach besten Kräften statuunt, vereor, ne rationi pariter atque usui linguae repugnet. Idem de Graeco *καθ' ἑαυτὸν ἕκαστος* iudico, quod ab Heynio ad Virg. Aen. 5, 501 quasi *εἰς δύναμιν* significans ad Virgilianum *pro se quisque* explicandum adhibitum rectius ab eodem postea ad Hom. Il. 1, 271 una cum Virgiliano intellectum et declaratum est.

Cap. 26. §. 1. conversa signa in hostes inferrent] Haec quomodo intelligenda videantur, in adn. crit. ad 1, 25 §. 6 significatum est. Cum ab omni fere parte circumventis militibus a tergo maxime periculum instaret, legiones duas Caesar ita coniungebat, ut altera alteri praesidio esset. Id vero effici non poterat, si utraque in eandem partem versa maneret. Quamvis enim longior duarum,

Digitized by Google

2 ferrent. Quo facto, cum alius alii subsidium ferret, neque timerent, ne aversi ab hoste circumvenirentur, 3 audacius resistere ac fortius pugnare coeperunt. Interim milites legionum duarum, quae in novissimo agmine praesidio impedimentis fuerant, proelio nuntiato cursu 4 incitato in summo colle ab hostibus conspiciebantur; et

§. 2. alius alii subsidium ferret) Bong. A. (in quo sec. Plüschk. *i* in *alius* superne adscriptum est) Voss. A. Pet. Lov. et quinque alii Oud. Reg. Voss. Cl. Dr. AB. Vrat. C. Goth. B. Vind. BC. cum edd. ante Aldum. *alius alii subsidium ferrent* Duk. Ald. Oud. *aliis alii s. ferrent* Vind. A. Hamb. Hav. A. Aldina a. 1519, Gr. a. et sqq. usque ad Oud., cuius ex codicibus pauci atque ii, quorum mentionem non fecit, consentire cum Vind. A. existimandi sunt. *alius aliis s. ferrent* „tres recentissimi" Gott. Goth. A. *aliis s. ferrent* et *in* pro *cum* Egm. Vrat. A. *alius alii s. ferre* N. *alius aliis s. ferre* Vrat. B. Bonn. Gu. et, ut videtur, Leid. C. inc., in quibus Oud. *ferre* legi docet. Cum ad sensum nihil referat, utrum editionis principis, an prioris Aldinae, an posterioris scripturam sequamur, codices sequi debemus. Ii vero primam praeferri iubent. Secunda, quam Oud. elegantiam sectans eandem, quam c. 25 §. 2 et 1, 39 §. 3, praetulit, omnium minime tuta est. In tertia etiam praepositus nominativo dativus displicet.

§. 3. incitato] *incitata* Bong. A. sec. Plüschk. *incitati* malebat Hotomannus, idque Oud. non improbasse videtur, cum Civ. 1, 79

quam unius acies esset, et neutra iam a perrumpentibus per intervallum, quod eas adhuc separaverat, hostibus circumveniri a tergo posset, circumveniri tamen nihilo minus ambae poterant. Atqui conversione ista hoc praestitum scriptor demonstrat, ut non amplius timerent, ne aversi ab hoste circumvenirentur. Itaque sic coniunctas fuisse necesse est, ut altera alteri a tergo posita in diversam partem, una ad flumen, altera ad fastigium collis et ad castra, vel una ad dextram, altera ad sinistram spectaret, atque ita hostibus utrinque resisteretur; idque *convertendis signis* effici debuit; cuius locutionis significationem non aliam esse apparet, quam Germanicae nach entgegengesetzten Seiten hin die Stirn bieten. Cf. Afr. 17, ubi *alternis conversis cohortibus* id effectum dicitur, ut *una post alteram tenderet*. Simile quid de h. l. statuisse videtur *Glandorpius* et locum libri primi et Livianum ex l. 9 (c. 21 §. 4) comparans: *quamquam anceps dimicatio erat, tamen utrinque tutam aciem dictator habuit, quia et locum haud facilem ad circumveniendum cepit et diversa statuit signa.* nec non Gronovius ad Livii 3, 54 docens „*converti signa* vel de via in agmine, vel in acie: illud, cum ex itinere retrocedunt, hoc, cum iam mota et ferri coepta in aliam partem feruntur" atque huius conversionis exempla unum Livii 5, 38, alterum hoc Caesaris proponens. Quamquam Glandorpius, dum dicit *conversa signa inferre* esse collatis ordinibus ac coniunctis viribus in hostem ire, in communem interpretum errorem recidit, Gronovius autem non prorsus similia componit.

Digitized by Google

Titus Labienus castris hostium potitus et ex loco superiore, quae res in nostris castris gererentur, conspicatus decimam legionem subsidio nostris misit. Qui cum 5
ex equitum et calonum fuga, quo in loco res esset, quantoque in periculo et castra et legiones et imperator versaretur, cognovissent, nihil ad celeritatem sibi reliqui fecerunt. 27. Horum adventu tanta rerum commutatio est facta, ut nostri etiam qui vulneribus confecti procubuissent, scutis innixi proelium redintegrarent, tum calones perterritos hostes conspicati etiam inermes arma-

§. 4 conferri iusserit, ubi est *incitati cursu* exemplisque ab Oud. illustratur. Sed *cursu incitato conspiciebantur* idem est, quod cursum incitaverant et iam conspiciebantur.

Cap. 27. §. 1. commutatio est facta] Sic editi ante Oud. omnes. Oud. nihil, nisi *commutatione* in Bong. A. Voss. B. legi docens ipse *commutatio facta est* edidit, quemadmodum in Goth. A. et sec. ex. Fabric. in Lov. est scriptum. In Bong. A. autem teste Plüschkio ante correctionem fuerat *commutatione facta*. Eo minus dubitavi restituere id, quod codices reliqui mei omnes exhibent, quamquam raro Caesar verbum auxiliare *est* participio praeponit, et 5, 53 §. 6, ubi vulgo *certior est factus* legitur, codices *c. f. e.* scribi iubent. Sed sine varietate Civ. 3, 37 §. 3 *est factum*, item Alex. 11 §. 3 et Hisp. 15 §. 6, 31 §. 9 exstat. Similiter *est pollicitus* 7, 31 §. 1, *quantum diei tempus est passum* ib. 68 §. 2.

vulneribus] *volneribus* Oud. Cf. adnot. crit. ad c. 23 §. 1.

procubuissent] *procubuerant* Vind. A. Id genuinum videri debet, si de certis quibusdam militibus, quos iacentes viderat, scriptorem cogitasse eosque significare voluisse sumimus: sin omnes, quibus id acciderat, in unum genus quoddam comprehensos idque hac nota designatum esse, sive nexum illum causali similem, sed diversa vi praeditum, cui declarando inserviens pronomen *qui* pro *licet is* seu *cum tamen is* positum existimatur, obversatum eius animo statuimus, *procubuissent* probare debemus. Vtrumvis aptum est; et potuit scriptori alio tempore aliud placere.

tum calones] *calones* Cu. Vind. A. ed. Steph. omisso *tum*, pro quo Vrat. B. *cum* habet. Cum ad sequentium scripturam eam, quae veritatis notam prae se fert (*occurrerent — pugnae*) *tum* necessarium non sit et ab iisdem fere codicibus omittatur, qui se-

§. 5. quantoque in periculo — versaretur] Id *ex fugientibus* potius, quam ex eorum fuga cognovisse atque illa verba ante haec subaudienda videntur.

nihil ad celeritatem sibi reliqui fecerunt] omnem celeritatis laudem, quae parari poterat, sibi pararunt neque commiserunt, ut quicquam eorum, quae celeritatis essent et ad celeritatem pertinerent, non suum esset.

Cap. 27. §. 1. nostri] non omnes: nam minime omnes proelium deseruerant; sed quicunque id fecerant, quamvis vulneribus confecti essent. Itaque *nostri* ad sensum idem est, quod *nostrorum*, ideoque comma post illud in edd. quibusdam positum sustuli.

Digitized by Google

tis occurrerent, equites vero, ut turpitudinem fugae virtute delerent, omnibus in locis pugnae se legionariis mi-
2 litibus praeferrent. At hostes etiam in extrema spe salutis tantam virtutem praestiterunt, ut, cum primi eorum cecidissent, proximi iacentibus insisterent atque ex eorum corporibus pugnarent; his deiectis et coacervatis cadaveribus qui superessent, ut ex tumulo, tela in nostros

quentia incorrupta servarunt, ad alteram vero scripturam (*occurrerunt — pugnant*) plane requiratur aliqua particula nectendi vi praedita, hac necessitate *tum* illatum et pariter abiiciendum videri potest. Attamen sequentibus etiam sic, ut vinculo non indigeant, scriptis tam illud aptum est, aliud quid iam exspectari idque non leve iubens et Germ. bann auch respondens, ut aegre eo carearnus et omissum ab ipso scriptore esse potuisse concedentes tamen profectum ab eo non minus, quam in proximis *procubuissent*, credere malimus.

occurrerent] Hav. A. Vind. A. ed. Steph. Lips. et sqq. *occurrere* Goth. A. Vind. C. *occurrerunt* „MSS. plerique" Bong. A. et reliqui mei cum edd. ante Steph. et Gr. b. Turr. P. Man. Ald. nep. Id vitiosum esse ex antecedentibus intelligitur, quibus scriptor, si nihil amplius, quam unum illud de redintegrato a vulneratis proelio adventu legionis decimae effectum docere voluisset, tantam exspectationem moturus non fuisset. Errorem per se facilem adiuverit *tum* novae enuntiationis speciem afferens.

pugnae] And. Ox. Hav. A. Vind. A. ed. Steph. *pugnabant quo* Leid. B. Duk. Dorv. Dr. B. Vrat. C. Goth. B. Hamb. Vind. D. reliquae edd. ante Oud. *pugnant quo* reliqui codd. Oud. (Pet. Gott. Voss. A. Egm.) Bong. A. Dr. A. Vrat. AB. Goth. A. Bonn. Gu. Vind. BC. inc. Horum neutrum probari potest. Quid equites vellent, verbis *ut — delerent* ita declaratum est, ut iterum declarari nec debuerit nec verbis *quo se — praeferrent* potuerit. Alterum vero idque firmius a codicibus etiam tempus ineptum habet. Contra *pugnae* aptissimum est, et *omnes loci pugnae* simpliciter eleganterque dicuntur omnes, in quibus pugnabatur, ut supra c. 23 §. 5 *castrorum locus* is, in quo castra erant. Hoc igitur sive ex Commentariorum exemplari vetustiore nostris et incorrupto, sive ex Ephemeridibus, quod, si opinio nos non fallit, probabilius est, in illos codices derivatum cum Oud. verum puto. Coniectura quidem inventum non videtur.

scutis] Casus non minus dubius, quam Afr. 84 in *elephas genu innixus*.

se legionariis militibus praeferrent] ante legionarios pugnam capesserent eosque post se relinquerent, non virtute, sed loco; quamquam hoc ipsum, quod locum sibi primum pugnae petebant, non aliam ob causam fiebat, quam quod virtute quoque omnibus praeferri cupiebant. Hanc tamen cupiditatem et excellendi conatum non verba significant, sed ex re verbis significata colligere debemus. Germanice dixeris den Legionen voranreiten.

§. 2. ut ex tumulo] Hic locus docet *tumulum* proprie naturalem dici, et 6, 17 armorum aliarum-

Digitized by Google

coniicerent et pila intercepta remitterent: ut non nequicquam tantae virtutis homines iudicari deberet ausos esse transire latissimum flumen, ascendere altissimas ripas, subire iniquissimum locum: quae facilia ex difficillimis animi magnitudo redegerat. 28. Hoc proelio facto et prope ad internicionem gente ac nomine Nerviorum 3

§. 3. nequicquam] Dr. A. Vrat. A. Goth. AB. Hamb. Vind. A. edd. ante P. Man. *nequiquam* Bong. A. Voss. A. Lov. P. Man. Oud. 2. *nequidquam* reliqui mei, Ald. nep. et sqq., etiam Oud. 1, ut 8, 19 et Civ. 1, 1; quibus locis Oud. in altera quoque ed. *d* ex vulgata tenuit, motus fortasse rationibus, quibus Gronovius ad Liv. 42, 64 accusativum esse demonstravit. Quae si verae sunt (nec ego habeo quod contra dicam) *nequiquam* omnino improbari et ibi tantum, ubi codices potiores omnes consentiunt, admitti debet. Sunt enim quae quamvis improbabilia tamen scriptoribus relinquenda sint.

deberet ausos esse] Ald. P. Man. Vasc. Steph. Iu. et sqq. *deberent ausi quod essent* Ox. Hav. A. Vind. A. Gr. a. Turr. *deberent ausos sese* Lov. Dorv. Pal. Vrat. C. Goth. B. Hamb. Vind. E. *deberent ausi sunt* Leid. B. Dr. B. Vind. CF. *deberent ausos esse* reliqui codices et incisione post *deberent* facta edd. rell. ante Iu. Mihi una littera deleta Aldus felicissime rem egisse videtur. Quam facile *deberent* ex *deberet* fieri potuerit, obscurum non est. Cf. adn. crit. ad 1, 21 §. 1, 36 §. 5, 40 §. 10, 46 §. 6. Hic vero in proximo positum accedebat *homines*.

Cap. 28. §. 1. internicionem] Dr. AB. Vrat. ABC. Bonn. Vind. AC. edd. Aldinae. *internitionem* „MSS. et Edd. qdd.“ Egm. Goth. B. Vind. Fl. edd. ante Aldum. *internetionem* Gr. a. *internecionem* Gott. (Bong. A. si recte tacet Pl.) Steph. Gr. b. Turr. Lips.

que rerum exstructos *tumulos* non sine causa offensioni fuisse viris doctis.

§. 3. redegerat] Cf. 4, 3: (Suevi Vbios) *vectigales sibi fecerunt ac multo humiliores infirmioresque redegerunt*. Vtroque loco verbum *redigere* cum constructionem, tum significationem verbi *reddere* mutuatum videtur. Certe h. l. de labore et opera impensa, quae locutionibus *in potestatem*, *in provinciam redigere* et similibus significata videri potest, res ipsa vetat cogitare, nisi forte animi magnitudinem laborando efficere putamus, ut difficillima facilia sint magnanimis. Nec multo probabilius ad mutatam in deterius conditionem, qualis *redactorum in servitutem*, *ad paucos* et similium esse solet, hanc difficillimorum in facilia mutationem tamquam imminutionem et detrimentum retuleris. Cf. Flori 1, 17 extr. de Decio filio: *more patrio devotum diis Manibus obtulit caput solennemque familiae suae consecrationem in victoriae pretium redegit*. in quibus sive consecrationem *in pretium redactam*, sive *consecrationem in pretium*, h. e. eam, quae pro pretio futura esset, *solennem redactam* dici statuimus, verbum quidem *redigere* item simpliciter pro *vertere* vel plane ut h. l. pro *reddere* positum videtur.

Cap. 28. §. 1. ac nomine] Hoc proprie dictum est, ut 6, 34: *ut stirps ac nomen civitatis tolla-*

Digitized by Google

redacto maiores natu, quos una cum pueris mulieribusque in aestuaria ac paludes collectos dixeramus, hac pugna nuntiata, cum victoribus nihil impeditum, victis nihil tutum arbitrarentur, omnium, qui supererant, consensu legatos ad Caesarem miserunt seque ei dediderunt, et in commemoranda civitatis calamitate ex sexcentis ad

et sqq. *interitionem* „MSS. et Edd. qdd.“ Vind. B. *interventionem* Hamb. *interiunctionem*, e corr. *internictionem*, Goth. A. Cf. adnot. crit. ad 1, 13 §. 5.

collectos] *coniectos* Lov. sec. ex. Fabr., cuius tamen anceps utique testimonium aliter interpretatur Oud. et coniecturam Heinsii, non repertam ab Heinsio in codice Lov. scripturam esse dicit. Idem Glandorpio, Drakenborchio ad Silii 17, 93 et Davisio reponendum videbatur, maxime propter locum c. 16, quo Nervii *mulieres quique per aetatem ad pugnam inutiles viderentur, in eum locum coniecisse* dicuntur, *quo propter paludes exercitui aditus non esset*. Et magnum huius loci momentum esse quis neget? Accedit quod in vetustissimis libris *conlectos* exstare videtur, ex quo illud sine ulla paene mutatione efficitur. Nihilo minus vulgatam scripturam veram et non sine ratione aliud hic atque c. 16 verbum positum puto. Scilicet *omnes* seniores Nerviorum una cum pueris mulieribusque omnibus uno in loco congregatos fuisse et deditionem fecisse certius declaraturus *collectos* potius, quam *coniectos* in aestuaria ac paludes dicit, nec aliter illud, quod supra de eis scriptum sit, accipiendum esse hic suo more (cf. prima adnot. crit. ad c. 24 §. 1) significat. Eodem pertinet quod paulo post *omnium*, *qui supererant*, *consensu* legatos misisse dicuntur. Ceterum *conlectos* secundum Plüschkii silentium in Bong. A. scriptum est: a me visi codices omnes cum edd. ante Oud. *collectos* exhibent. Ad genus dicendi cf. Q. Cicer. de petit. cons. c. 14: *haec sunt quae putavi non melius scire me, quam te, sed facilius his tuis occupationibus colligere unum in locum posse et ad te perscripta mittere*. et Varron. de re rust. 3, 16 extr. de apibus: *si quando subito imbri in pastu sunt oppressae — colligendum eas in vas aliquod*.

tur. item 8, 7: *quod ei summo esse odio nomen populi Romani intellexissent*.

in aestuaria] quorum supra mentionem non fecit. Sunt autem maritima haud secus, quam illa, quibus 3, 9 pedestria in finibus Venetorum itinera concisa scribit. Cf. adnot. ad c. 4 §. 8. Qui ad flumen Sabim ea referunt, significationem vocabulo impertiunt origini eius pariter atque auctoritati grammaticorum et usui repugnantem. Plinius quidem Hist. nat. 3, 1 p. 138, 11 Hard. (p. 212, 5 Sillig.) *Baetis aestuaria* dicit, sed alia fluminis Oceano appropinquantis aestibusque maritimis restagnantis natura est, alia mediterranei in Mosam influentis. Cui si tamen aestuaria tribuenda scriptor putasset, haud dubie nomen fluminis addidisset, ut Plinius.

dixeramus] Cf. adnot. crit. ad c. 6 §. 4.

Digitized by Google

tres senatores, ex hominum milibus LX. vix ad quingentos, qui arma ferre possent, sese redactos esse dixerunt. Quos Caesar, ut in miseros ac supplices usus misericordia videretur, diligentissime conservavit suisque finibus atque oppidis uti iussit, et finitimis imperavit, ut ab iniuria et maleficio se suosque prohiberent. 2

29. Aduatuci, de quibus supra scripsimus, cum omnibus copiis auxilio Nerviis venirent, hac pugna nuntiata ex itinere domum reverterunt; cunctis oppidis castellisque desertis sua omnia in unum oppidum egregie natura munitum contulerunt. Quod cum ex omnibus in circuitu partibus altissimas rupes despectusque haberet, una ex parte leniter acclivis aditus in latitudinem non amplius ducentorum pedum relinquebatur; quem locum 2

Cap. 29. §. 1. de quibus supra scripsimus] om. Leid. A a m. pr. *d. q. s. diximus* Vind. A. qua formula Caesar 4, 4 et 7, 17 utitur. Sed Hirtius aliquoties verbo *scribere* ita usus est.

ex itinere] *e itinere* Rom. a. *extimere* Bonn. *ex inere*, sup. *ti*, Voss. A. *ex itere* Bong. A. cuius formae cum alibi nullum, quod sciam, vestigium in horum Commentariorum codicibus appareat (semel *itenere* in Vind. A. legere memini), ne hoc quidem loco ex uno codice quamvis bono recipienda videtur.

senatores] Cf. adnot. ad c. 5 §. 1. *Senatores* Gallorum Caesar praeter h. l. non nominat.

milibus LX.] Cap. 4 §. 8 Nervii L. milia armatorum polliciti dicuntur; quo fortasse respiciens Metaphrastes h. l. πεντακισμυρίων posuit. Sed in hoc bello, quod suo magis nomine et suis in finibus gererent, plures eos in armis habuisse, quam quos ad commune omnium Belgarum bellum missuri essent, consentaneum est. Neque tamen praeter LX. illa milia nulli eis fuisse viri videntur, qui arma ferre possent, sed tot confici salva re publica et ut pacis negotia non intermitterentur, potuisse. Itaque fieri potuit, ut paucis annis post rebellarent, quod 5, 38 sqq. et 6, 2 egisse traduntur. Cf. 7, 75 §. 3.

vix ad quingentos] Cf. adnot. ad 1, 6 §. 1.

§. 2. usus misericordia videretur] Cf. adnot. ad 1, 40 §. 5.

se suosque prohiberent] *Se prohibere* idem est, quod *se abstinere*, quo Hirtius 8, 44 utitur, et dictum ita, ut *suos prohibere*, fern halten. Atque hoc, quod multo usitatius est, magis respexisse scriptor videtur: solum *se prohibere* nescio an non dicturus fuisset.

Cap. 29. §. 1. in unum oppidum] Id alii ibi, ubi hodie *Namur*, alii ubi *Falais* est, situm opinantur. Cf. Vkerti Gallia p. 540.

§. 2. despectusque] Oppidi situs ita describitur, ut non cinctum rupibus et inclusum, sed iis impositum fuisse ex iisque despectum in omnia, quae circumiacebant, habuisse dicatur. Et singulari numero Caesar alibi, ut 3, 14 et 7, 5, 79, 80, utitur: hic pluralis locos omnes, qua despici poterat, ut 7, 36 loquitur, significat.

ducentorum pedum] Genitivus pendet ex nomine *aditus*.

Digitized by Google

duplici altissimo muro munierant, tum magni ponderis
3 saxa et praeacutas trabes in muro collocarant. Ipsi erant ex Cimbris Teutonisque prognati, qui, cum iter in provinciam nostram atque Italiam facerent, iis impedimentis, quae secum agere ac portare non poterant, citra flumen Rhenum depositis custodiam ex suis ac prae-

§. 2. munierant] *muniverant* Vind. F. *muniebant* Carr. *munierunt* Egm. Vrat. A. Hamb. Vind. A. Hav. A.

collocarant] *collocaverant* Leid. A. *collocarunt* Hav. A. *collocabant* „MSS. fere omnes et Edd. pp." Carr. Pet. Gott. Voss. A. Egm. Lov. Bong. AC. Pal. Dr. AB. Vrat. ABC. Goth. AB. Hamb. Bonn. Gu. Vind. BCEF. edd. ante Ald. Continuari his verbis descriptionem oppidi, quale esset tum, cum Aduatuci se eo conferrent, non narrationem rerum, quas ex itinere domum reversi facerent, partim antecedentia *relinquebatur; quem locum*, partim sequentia *ipsi erant* docent. Itaque nec *muniebant — collocabant* cum Carr. nec *munierunt — collocarunt* cum Hav. A. scribendum; quod fieri posset, si *relinqueretur*, *eum locum* praecessisset et *erant autem* vel solum *erant* sequeretur, quamquam ne sic quidem satis apte descriptio Aduatucorum inferretur; neque vero *munierant — collocabant* cum Baumstarkio tenendum, quo praeter incommodum ex sequentibus redundans minime concinna discrepantium temporum iunctura efficitur, sed *munierant — collocarant*, illud Bong. A. et reliquorum, hoc Vind. A. et Aldini libri auctoritate praeferendum et utrumque de conditione oppidi, qualis antequam auxilio Nerviis proficiscerentur Aduatuci, effecta ab iis esset, interpretandum est.

§. 3. iis] Pet. Gott. Voss. A. Egm. Lov. sec. ex. Fabr. Goth. B. Gu. *is* Vrat. A. *hiis* Vrat. BC. Hamb. Bonn. *his* Bong. A. Dr. AB. Goth. A. Vind. AB. edd. ante Oud., qui tacite *iis* exhibuit. Id propter rariorem codicum complurium consensum tenui, Caesarem tamen *is* scripsisse suspicor. Cf. adn. cr. ad c. 7 §. 1.

custodiam ex suis ac praesidio] S. Leid. A. Vind. D. *custodiam — praesidium* codex Brantii, Stephani, N. Pet. Reg. Bong. ABC. Leid. BC. Pal. Egm. Lov. Gott. Ort. Dr. AB. Vrat. ABC. Goth. B. Hamb. Bonn. Gu. Vind. BEF. edd. ante Ven. f. *custodiae — prae-*

duplici altissimo muro] h. e. duobus muris altissimis, uno anteriore, altero posteriore, vel quocunque modo ita positis, ut alter alterius pars esse ad eumque pertinere videretur. Similiter *fossa duplex* dicitur 7, 36 et 8, 9. Itaque opus non erat, ut diversi generis praedicata, quorum alterum ad altitudinem spectans magis rei coniunctum cogitaretur, copula necterentur. Cf. 3, 27 *paucae ultimae nationes* et 4, 25 *ex proximis primis navibus*. Quamquam, si *altissimoque* vel *et altissimo* in codicibus esset, ferri id quoque posset. Cf. ad c. 25 §. 1 *multis gravibusque vulneribus* dicta. Ipsum autem murum nihil nisi vallum seu aggerem fuisse perperam nonnulli statuunt. Cf. c. 32 §. 1: *prius, quam murum aries attigisset*. Et ante murum etiam fossam fuisse ib. §. 4 docemur.

tum magni] Cf. adn. cr. ad c. 27 §. 1 *tum calones*.

Digitized by Google

sidio sex milia hominum una reliquerunt. Hi post eorum obitum multos annos a finitimis exagitati, cum alias bellum inferrent, alias illatum defenderent, consensu eorum omnium pace facta hunc sibi domicilio locum delegerunt. 30. Ac primo adventu exercitus nostri cre- 4

sidio Carr. Voss. AB. And. Ox. Duk. Goth. A. Hav. A. Vind. AI. Ven. f. et sqq. Ex tribus lectionibus eam elegi, quae reliquis duabus originem dedisse, quaque adscita in sequentibus *una*, quod recentioribus non sine causa offensioni fuit, commodissime explicari posse videretur. Custodienda tradiderunt Cimbri Teutonesque impedimenta certis quibusdam hominibus, fortasse inferioris loci, quos Caesar non *custodias*, quo numero et ipse alibi et reliqui fere scriptores utuntur, sed, quia uno in loco coniuncti futuri erant, *custodiam* vocat, atque una cum his custodibus sex milia armatorum, qui praesidio essent impedimentis, reliquerunt. Ceterum *una* in codicibus Vrsini et Bong. C. omissum et a recentioribus quibusdam uncinis inclusum est.

reliquerunt] *relinquerunt* Hamb. Vind. B. In Dr. A a m. pr. *relinquunt* fuisse videtur. *relinquerant* cum puncto sub priori *n* Goth. A. *reliquerant* codex Brantii, Meadianus teste Iurinio, Duk. edd. ante Ald. (*reliquerat* Ven. b. *reliquaerant* Ber. Ven. f.) et, qui etiam §. 4 *delegerant* dedit, Steph. recte, si ad *erant prognati* referri haec volumus. Sed scriptor ad *cum iter facerent* retulisse videtur, quo quidem tempore illi custodiam non *reliquerant*, sed *reliquerunt*. Similiter §. 4: *delegerunt* ad *pace facta* referendum.

§. 4. post eorum obitum] *μετὰ τὴν αὐτῶν ἐν τῇ Ἰταλίᾳ ἥτταν* liberius Metaphrastes, sed vere interpretatur; etsi *obitus* de singularibus fere hominibus, non de gentis interitu solet dici.

consensu eorum omnium] Hoc magis ad *delegerunt* pertinet, quam ad *pace facta*, post quae verba eo minus incidi ab editoribus debebat.

hunc — locum] omnem, quem tunc tenebant Aduatuci, non solum eum, in quo oppidum illud positum erat, qui neque res ad vitam necessarias suppeditare, neque sine bello, quod post pacem factam redintegrasse non dicuntur, ita amplificari potuisset, ut pluribus oppidis castellisque, quae §. 1 commemorata sunt, locus esset. Cf. 1, 30 §. 2, ubi Helvetii eo consilio domos suas reliquisse dicuntur, ut *locum domicilio ex magna copia deligerent, quem ex omni Gallia fructuosissimum iudicassent*. Quod autem hic Aduatucorum locus Belgarum in finibus positus erat, nequaquam repugnat ei, quod supra c. 4 traditum est, a Belgis Teutonos Cimbrosque intra fines suos ingredi prohibitos esse. In finibus illi impedimenta deposuerant, fines ipsi non intraverant.

Cap. 30. §. 1. primo adventu] *Primus adventus* proprie is est, cui alter, tertius succedit. Atque ita Hirtius dixisse videtur 8, 3: *Biturigès, qui primum adventum effugere potuerant Romanorum, in finitimas civitates — confugerant. Frustra; nam Caesar magnis itineribus omnibus locis occurrit.* qui occursus secundus erat Romanorum adventus. Id ab h. l. alienum est. Magis convenit altera significatio,

Digitized by Google

bras ex oppido excursiones faciebant parvulisque proeliis cum nostris contendebant: postea vallo pedum XII. in cir-

Cap. 30. §. 1. pedum XII.] Numerus omissus est in Bong. A. Pet. Egm. Lov. Leid. A. quattuor aliis Oud. (Gott.) Pal. Dr. A. Vrat. ABC. Goth. B. Hamb. Bonn. Gu. Vind. ABDE. et edd. ante Ven. f. et pro *quindecim milium* in sequentibus Cu. sec. ex. Fabr. et Vind. A. tantum XV. exhibent, unde vallum prodit *pedum in circuitu quindecim*, h. e. ex omnibus in circuitu partibus pedes XV. altum, circuitus ipse quantus fuerit, incertum relinquitur. Id probari posset, si vallorum altitudinem nonnunquam alia in parte operum aliam fuisse constaret et non sine causa additum *in circuitu* esset. Nam quem vulgata circuitum munitionis ostendit, tantus est, ut cum aliqua necessitatis eius significatione proponi debuisse videatur; neque interpretatione minuere eum et ad *quindecim milium* ex antecedentibus supplendo *pedum* (quod ipsum ibi, sed cum punctis additum habet Goth. A.) cum quibusdam redigere ad quintam partem per usum linguae et scriptoris licet; de quo Oud. ad 1, 15 extr. dixit. Sed iis de causis, quas demonstravi, vulgatam veram puto. Nomen *milium*, quod nota super numero (. XV.) significari solet, facile omitti potuit et aliquoties perperam omissum est in Vind. A. Numerum XII. Voss. A. sec. ex. Fabr. et nonnulli Oud., ex meis Dr. B. et, qui *duodecim* scriptum habet, Goth. A. et Achaintrio teste Parisienses libri cum Ven. f. et edd. sqq. tuentur; cuius auctoritatis momentum per se non maximum (nam in Par. AB. vereor ut a m. pr. sit) consensu librorum in loco, quem omnes eundem numero assignant, et usu Romanorum, quorum in his bellis valla pleraque XII. pedes alta fuisse reperiuntur, (cf. supra c. 5 et 7, 72 et 8, 9 et Civ. 1, 61) et quod interpolandi causa nulla esset, denique eo, quo Oud. usus est, quod *pedum* cum *quindecim milium*

qua scriptor belli Afr. c. 5 usus est: *neque primo adventu convulnerari exercitum volebat*. h. e. primo post adventum tempore, seu cum primum advenisset exercitus. Eadem ratione *prima luce, primo mane* et alia dicuntur. Et in hoc fortasse acquiescendum. Sin minus, *primo* ab *adventu* separandum et pro adverbio habendum, cui respondeat in sequentibus *postea*, ut 6, 39: *redisse primo legiones credunt, quas longius discessisse ex captivis cognoverant: postea despecta paucitate ex omnibus partibus impetum faciunt*. Solum *adventu* ad ipsum adventus tempus vel ad proxime ei succedens significandum ubique adhibitum legitur: cum adverbio *primo* iunxisse videtur Livius 5, 39: *omne inde tempus suspensos ita tenuit animos usque ad lucem alteram, ut identidem iam in urbem futurus videretur impetus: primo adventu, quo accesserant ad urbem: mansuros enim ad Alliam fuisse, nisi hoc consilii foret; deinde sub occasum solis* etc. quem locum ita interpretantem *Heusingerum* frustra ridet censor Goettingensis Gel. Anz. 1823 m. April. p. 604. Similiter Virgilius Aen. 1, 613: *Obstupuit primo adspectu Sidonia Dido, Casu deinde viri tanto.*

cum nostris] Qui ita dixit, is rationem, qua Cicero in Oratore c. 45 extr. factum esse docet, ut *nobiscum* diceretur, novisse non videtur.

Digitized by Google

cuitu quindecim milium crebrisque castellis circummuniti oppido sese continebant. Vbi vineis actis, aggere exstructo turrim procul constitui viderunt, primum irridere ex muro atque increpitare vocibus, quod tanta machinatio ab tanto spatio instrueretur: quibusnam manibus aut quibus viribus praesertim homines tantulae staturae (nam plerumque omnibus Gallis prae magnitu- 2

iungendum putaverint librarii, magnopere augetur. Necessitatis autem significatio partim in descriptione oppidi c. 29 §. 2 exhibita, partim in magnitudinis declaratione c. 33 extr. facta inest.

§. 2. procul constitui] In plerisque ante Oud. editis ut in Dr. B. Vrat. C. Goth. B. Hamb. Vind. D. *procul* post verbum positum est. Ordinem ab Oud. tacite institutum codices sec. ex. Fabr. Pet. Voss. A. Gott. Egm. cum Bong. A. Gu. Vind. I. et reliquis a me visis et edd. Steph. Gr. b. Frell. exhibent. Pro *constitui* autem in Dr. A. Vind. B. Hamb. *construi* legitur, quod Dio Cassius videri potest expressisse, dum 39, 4 his de hac re verbis utitur: *τέως μὲν τὴν τε ὕλην τέμνοντας καὶ τὰ μηχανήματα συμπηγνύντας τοὺς Ῥωμαίους ἑώρων, γέλωτα — ἐποιοῦντο.* Sed res eodem redit.

quod — instrueretur:] *quo — institueretur?* Scal. Oud. et recentiores, prius, quod etiam Graev. Dav. Cl. habent, contra omnes codices, posterius, quod ante Scal. Stephanus, post eum Graevius dedit, secundum Cu. S. Leid. A. Ox. Vind. A. Hav. A. et marg. Gr. a. De priori dubitatio esse nequit, quin quod omnes codices praebent (in uno Hamb. *que* compendiose scriptum est) tenendum sit, cum aptissime causam significet, cur illi increpitarent vocibus, h. e. stultos et temerarios Romanos vocitarent; et Scaliger mihi re non satis considerata secutus esse Lipsium videtur, qui Poliorc. 2, 4 p. 85 ed. tert. hunc locum citans *quo* cum interrogationis signo posuit, cum in Commentariorum recensione *quod* cum prioribus tenuisset. Verbum vero dubium esse potest utrum a Caesare profectum sit. Oud. eius, quod ipse praetulit, exemplis multis ex his Comm. allatis tamen alterum, quod multo rarius est, glossema esse putat. Me praeter codicum, quos sequi instituimus, auctoritatem Senecae verba de vita beata c. 26 a Lipsio l. c. adhibita moverunt, ut id praeferrem, quod ille hic legisse videretur: *otiosi divitiis luditis nec providetis illarum periculum, sicut barbari plerumque inclusi et ignari machinarum segnes laborem obsidentium spectant nec quo illa pertineant, quae ex longinquo struuntur, intelligunt.* Cf. Oud. ad 8, 41 §. 2 *aggeres instruere coepit.*

plerumque omnibus] *plerisque omnibus* S. *plerisque hominibus*

§. 2. vineis actis] Cf. adnot. ad c. 12 §. 3 et 5.

vocibus] dictis, magna haud dubie voce pronuntiatis; cuius tamen magnitudinis significatio neque in nomine neque in numero inest. Cf. 1, 39 §. 1 et 5. Civ. 1, 3 §. 5 et 64 §. 4.

ab tanto spatio] Cf. adnot. ad c. 7 §. 3.

tantulae] 4, 22 *tantularum rerum occupationes.* 7, 19 *tantulo spatio interiecto.* Afric. 71 *in quantulo spatio resisterent.*

Digitized by Google

dine corporum suorum brevitas nostra contemptui est) tanti oneris turrim in muro sese collocare confiderent? 31. Vbi vero moveri et adpropinquare moenibus viderunt,

Scal. Graev. Dav. Cl. et *plerisque* post *hominibus Gallis* Voss. A. in ex. Fabr. habere dicitur. *plerumque hominibus* Carr. Duk. et a m. s. Goth. A., in quo a m. pr. *plurimumque omnibus* erat. Carrariensis libri scripturam secuti sunt Lipsius, Oud. et recentiores; vereor, ut recte. Quando enim non contemnerent Galli Romanorum brevitatem? Atque ut ferri illa scriptura possit et ita explicari, ut quod plerumque hominibus contemptui sit, id a plerisque contemni existimetur, quo modo *plerumque* 4, 5 §. 1 et 6, 13 extr. dicitur, anteferri alteri a codicibus multo firmiori et per se nihilo deteriori non debet. Cf. 5, 57: *equites plerumque omnes tela intra vallum coniiciebant.* 7, 84: *omnia enim plerumque quae absunt, vehementius hominum mentes perturbant*, quibus locis pariter atque hoc *plerumque* notionem *omnium* afficit et idem, quod *paene* significat. Similiter Germanice meist alle dicitur.

in muro] S. Leid. A. Vind. A. ed. Steph. *in muros* reliqui codd. et edd., quod qui probant et *in*, ut Oud., *iuxta* interpretantur, vim faciunt linguae, qui *adversus* seu *contra*, ineptam inferunt sententiam, cum etiam procul constituta turris adversus muros esset collocata. Quod si *in muros* scriptum a Caesare putamus, accusativum pro ablativo positum existimare neque eo, quod Lipsium aliosque ab hac ratione deterruit, quod turris in ipso muro locari non potuerit, moveri debemus. Aduatuci enim, homines imperiti, id ipsum conari Romanos credebant et propterea irridebant. Nec desunt huiusmodi accusativi apud probatissimos scriptores exempla. Cf. Handii Tursell. 3, p. 306 sqq. et Salust. Iug. 61: *exercitum in provinciam, quae proxuma Numidiae, hiemandi gratia conlocat.* Sed *collocare in muros* a Caesaris usu alienum nec comparandum cum illo est, quod 1, 18 §. 3 legitur: *sororem ex matre et propinquas suas nuptum in alias civitates collocasse.* quo loco accusativum non propter *collocasse*, sed propter *nuptum*, quod et ipsum accusativi vim et formam et in dictionibus *in domum aliquam* vel *familiam nubere* eundem cum eadem praepositione coniunctum casum haberet, scriptori placuisse ex eo intelligitur, quod paulo ante *matrem in Biturigibus homini illic nobilissimo ac potentissimo collocasse* eundem Dumnorigem dixit, non *in Bituriges*. Praeterea minus aptus h. l. pluralis, quam singularis videtur, cum de una turri sermo sit. Denique *s* littera ex proximo *sese* nasci tam facile potuit, quam *m* ex *matris* apud Livium 41, 28 in verbis, quae secundum codicem ita scribuntur: *tabula in aedem Matris Matutae cum indice hoc posita est.* ubi Handius l. c. p. 307 *aede* scribendum censet, *Walchius* in Emend. Liv. p. 46 *aedem* tuetur.

Cap. 31. §. 1. adpropinquare] Bong. A. Vind. A. non *app.*

moenibus] *muris* And. Ox. S. Leid. A. Vind. A. ed. Steph. Id fortasse ex Ephemeridibus ductum, in quibus scriptor vulgarem consuetudinem *muros* et *murum* seu *moenia* permiscentem secutus esset, quemadmodum et Hirtius 8, 43 et ipse Civ. 1, 17 et 28 et 2, 16 et 3, 15 *muros* pro *muro* posuit. Sed in his de bello Gall. libris propriam pluralis significationem tenuit. Cf. 7, 23: *muris*

Digitized by Google

nova atque inusitata specie commoti legatos ad Caesarem de pace miserunt, qui ad hunc modum locuti: non existimare Romanos sine ope divina bellum gerere, qui tantae altitudinis machinationes tanta celeritate promovere possent, se suaque omnia eorum potestati permittere di-

omnibus Gallicis haec fere forma est. ib. 65: *intra oppida murosque compelluntur.* Et h. l. *muri* duo illi, quos duplicem supra murum dixerat, significati videri poterant, quod iusto argutius esset.

non existimare] His vulgo interpositum *se* cum Pet. Egm. Bong. A. Lov. „et aliis" (Gott. Ort.) Dr. A. Vrat. AB. Bonn. Hamb. Gu. Vind. B. inc. omisi, quia ex interpolatione accessisse potius, quam culpa librariorum excidisse, scriptor autem in referendo prooemii, quo usi erant oratores Aduatucorum, argumento brevitati studuisse et nihil, nisi quod necessarium esset, posuisse videbatur. Cf. §. 2: *unum petere ac deprecari.* 5, 29: *Caesarem arbitrari profectum in Italiam.* et paulo post: *non hostem auctorem, sed rem spectare.* ib. 36: *sperare a multitudine* etc. et paulo post: *sperare ab eo* etc. et adn. ad c. 3 §. 2.

sine ope divina] Pro *divina* Bonn. *divicia*, Leid. A. S. Ox. Vind. A. Hav. A. Ald. etc. ante Oud. *deorum* exhibent, quod Romanorum magis, quam barbarorum orationi conveniens variandi studio eidem, cui *dederunt* c. 23 §. 2 et alia ibi significata, acceptum referendum videtur.

promovere] Quae vulgo huic addita leguntur, *et* (*ut* Reg. Leid. B. Goth. A.) *ex propinquitate pugnare*, in Pet. Egm. Bong. A. Lov. And. Ox. „et tribus aliis" (Gott.) Dr. A. Vrat. AB. Bonn.

Cap. 31. §. 1. nova atque inusitata specie] Sic Afric. 19 *novo atque inusitato genere proelii*, pro quo Caesar 5, 15 satis habuit *novo genere pugnae* dicere. Hic vero amplificatio apta est.

qui ad hunc modum locuti — dixerunt] Ne postremum supervacaneum videatur, id quod Oudendorpio et quibusdam criticis accidit, tenendum est participium *locuti* ad prooemium orationis *non existimare — possent* pertinere, quo illi absoluto *se — permittere*, quae summa orationis erat, *dixerunt.* Quae addita sunt, ex hoc eodem verbo pendent et epilogi instar sunt. Cf. 1, 27: *qui cum eum in itinere convenissent seque ad pedes proiecissent suppliciterque locuti flentes pacem petissent.* in quibus prooemii argumentum uno adverbio *suppliciter* significatum est. Quod autem *non existimare Romanos sine ope divina bellum gerere* dicentes facere maluit, quam *existimare Romanos non s. o. d. b. g.*, eam vim habet, ut aliquamdiu cogitasse ea de re et illud, quod voluissent statuere, Romanos communi hominum virtute bellum gerere, statuere non potuisse videantur. Id vero non tam iunctura negationis et verbi, quam tali utriusque in principio collocatione efficitur: alio loco posita aliam et minorem vim habent, ut 4, 36: *hiemi navigationem subiiciendam non existimabat.* et 6, 23: *hospites violare fas non putant.* Similius huic, quod hic legitur, et collocatione gravius illud est 1, 8: *negat se more et exemplo populi Romani posse iter ulli per provinciam dare.*

Digitized by Google

2 xerunt. Vnum petere ac deprecari: si forte pro sua clementia ac mansuetudine, quam ipsi ab aliis audirent, statuisset, Aduatucos esse conservandos, ne se armis de-
3 spoliaret. Sibi omnes fere finitimos esse inimicos ac suae virtuti invidere; a quibus se defendere traditis ar-
4 mis non possent. Sibi praestare, si in eum casum deducerentur, quamvis fortunam a populo Romano pati, quam ab his per cruciatum interfici, inter quos dominari

Hamb. Gu. Vind. B. inc. omissa Oud. et recentiorum pars uncinis includerunt, ego eiicienda putavi, non quo ab interprete aliquo excogitata et inserta iudicarem, quippe quae tantum absit ut interpretationem cuiusquam eorum, quae praecesserunt, exhibeant, ut ipsa quam maxime egere interpretatione videantur, sed quod Caesarem ea in Ephemeridibus notata in Commentario, cum ad perspicuitatem sententiae plura verba requirerent, quam quae instituta huius partis brevitas caperet, ipsum omisisse verisimile esset. Nam hoc quoque perterrere et obstupefacere Aduatucos et commemorari ab iis in prooemio orationis suae potuerat, quod quae pugna paulo ante ex longinquo intendi visa esset, eam celeriter ad murum admota turri subito propinquam factam et brevi tempore magnum intervallum, quo tectos se et tutos putassent, quodammodo absorptum vidissent. Ceterum a Par. A. quoque illa abesse ex eo colligo, quod Achaintrius legi ea in Par. B. testatur.

§. 2. audirent] Id Oud. ex duobus Vrsini codd., Pet. Voss. A. Egm. Bong. A. Lov. Leid. A. „et multis aliis" (Gott.) inc. Steph. pro *audissent*, quod ante eum vulgatum erat, recepit. Accedunt Hav. A. et maior pars meorum. *audissent* in Dr. B. Vrat. C. Goth. B. Vind. A. et reliquis ante Oud. edd. inveni. Imperfectum constantem de Caesaris clementia famam et auditionem repetitam, verbum *audire* ipsum fere idem h. l., quod *laudatum audire* significat, ut Cic. Leg. 2, 3 §. 7: *huic amoenitati, quam ex Quintu saepe audio.*

despoliaret] *dispoliaret* „MSS. et Edd. qdd." Dr. B. Goth. B. Hamb. Vind. CF. edd. ante Ven. f., tum Aldinae, Gr. a. Turr. Lips. In Goth. A. *di* a m. s. inter versus additum, in Ven. f. *spoliaret* scriptum est. Bong. A. *desporiaret* cum *l* super vitiosa *r*, Bonn. *despoliarent* exhibet. Denique *despoliaret* Vrsinus in duobus codd., Brantius in suo et ed. Vasc., ex. Fabr. in Voss. A. Egm. Gott. exstare testantur, idemque ego in reliquis a me collatis codd. et in ed. Steph. Gr. b. Iu. et sqq. inveni, ut satis certum h. l. videatur. Ac nescio, an ubicunque ablativo coniunctum est, ibi necessario *despoliare* scribendum, *dispoliare*, si per codices licet, ibi probandum sit, ubi *diripiendi* significatio apta est. Cf. Zumptius ad Cic. Verr. 4, 20 p. 695.

§. 4. cruciatum] *cruciatus* Vind. A. Leid. A. probante Oud. Et plurali usus est scriptor 1, 31 §. 12, 32 §. 5, 4, 15 et 5, 56.

§. 2. petere ac deprecari] Proprie dictum est *deprecari* de re, quam fieri nollent, et ad definiendum prius ampliusque *petere* sic additum, ut *ordo* ad *ratio* c. 19 §. 1 et quae ibi collata sunt. Germanice dixeris: Eins bäten sie möge er ihnen nicht anthun.

Digitized by Google

consuessent. 32. Ad haec Caesar respondit: Se magis consuetudine sua, quam merito eorum civitatem conservaturum, si prius, quam murum aries attigisset, se dedidissent; sed deditionis nullam esse conditionem, nisi armis traditis. Se id, quod in Nerviis fecisset, factu- 2

Sed *cum cruciatu* eodem sensu, quo h. l. *per cruciatum*, 5, 45 et 6, 17 dixit. Cf. 1, 31: *quod summum in cruciatum se venturos viderent.* 7, 71: *neu se hostibus in cruciatum dedant.*

Cap. 32. §. 1. Ad haec] *quibus ad haec* duo codd. Vrs. Voss. AB. Leid. A. Goth. A. Vind. C. *quibus ad hoc* Vind. A. *Quibus* Ven. f. Huic simile est quod 1, 14 exstat: *his Caesar ita respondit: eo sibi minus* etc. item quod 1, 34: *ei legationi Ariovistus respondit: si quid ipsi* etc. Vulgato vero par illud 1, 36: *ad haec Ariovistus respondit: ius esse belli* etc. et 4, 8: *ad haec quae visum est, Caesar respondit.* et alia plura. Eius variandi causa *quibus* in margine adscriptum postea una cum eo in ordinem receptum videtur.

murum aries] „Hoc ordine MSS." et edd. ante Ven. f. (Ber. tamen cum Leid. B. *murum acies*) et Steph. *aries murum* Ven. f. et rell. ante Oud. quod praestabilius videri potest, quia gravior ad sententiam arietis, quam muri notio est. Sed erat formula solennis, in eaque *aries* postponebatur. Certe ita et Cicero Offic. 1, 11: *tum ii, qui armis positis ad imperatorum fidem confugient, quamvis murum aries percusserit, recipiendi.* Ceterum in ex. Fabr. ordo verborum ab Oud. restitutus tantummodo ex Voss. A. Egm. refertur et in Gott. *murum* omissum esse traditur. Mei omnes cum Oud. faciunt, excepto fortasse Vind. C.

§. 2. in Nerviis] Reg. N. Egm. Bong. A. Lov. „et plerique alii" (Gott.) inc. et plerique meorum. (*Nerinis* Vrat. C. ut aliquoties in superioribus. In Hamb. priora obscura, sed — *is* clarum est.) *in Nervios* Goth. A. Vind. AC. Hav. A. cum edd. ante Oud. (Ven. bcde. Ber. omisso *in*) Accusativus, quamquam a codicibus paulo firmior, quam Oudendorpio visus videtur, et minime vitiosus, si finem et σκοπόν significari volumus, quo factum illud spectaverit (cf. Handii Turs. 3, p. 313 sq.) ab usu tamen scriptoris alienior et propterea minus probabilis est, quod omnino *factum in aliquem* hostili plerumque animo factum dicitur. Ablativus vero locum significans, non vulgarem illum, de quo cogitantibus et *in Nerviis* idem, quod *in finibus Nerviorum* esse existimantibus non poterat non improbari, sed eum, in quo factum aliquid appareat, qui ab obiecto actionis, quod remotius dicitur, re ipsa diversus non est, a Caesare aliisque non ita raro huic similibusque verbis coniungitur. Cf. 7, 21: *conclamat omnis multitudo et suo more armis concrepat; quod facere in eo con-*

Cap. 32. §. 1. quam merito eorum] quippe qui Nerviis auxilium laturi exissent, postea crebras ex oppido excursiones fecissent, denique irrisissent Romanos iisque rebus omnibus animum inimicum declaravissent. Id *Lipperti* causa monendum videbatur, qui insigniter erravit.

§. 2. in Nerviis] Cf. c. 28 §. 2.

Digitized by Google

rum finitimisque imperaturum, ne quam dediticiis populi
3 Romani iniuriam inferrent. Renuntiata ad suos quae
4 imperarentur, facere dixerunt. Armorum magna multitudine de muro in fossam, quae erat ante oppidum, iacta, sic ut prope summam muri aggerisque altitudinem acervi armorum adaequarent, et tamen circiter parte tertia, ut postea perspectum est, celata atque in oppido re-

suerunt, cuius orationem adprobant. Civ. 1, 85: *in se uno non servari, quod sit omnibus datum semper imperatoribus.* Plura vide apud Handium l. c. p. 267 et 293.

finitimisque] *finitumisque* Bong. A. sec. Plüschk. Oud. 2 fortasse recte. Cf. adn. crit. ad 1, 2 §. 3.

§. 3. suos quae] Inter haec Leid. A. Ox. S. Vind. A. Hav. A. Ald. et sqq. usque ad Oud. *illi se* interposita habent, quae Oud. ea de causa delevit, quod *se* (id in Dr. B. et a m. s. in Goth. A. post *facere* additum est) supervacaneum esset; qua de re cf. adn. crit. ad c. 31 §. 1. Accedit quod etiam *illi* ne aptum quidem est, si ad oppugnatos referatur, sin ad legatos, item supervacaneum, et eo ipso, quod ambigas, utro referas, improbandum. Videtur autem is, qui interpolavit, ad oppugnatos retulisse et significationem desiderasse eius, quod illi responso Caesaris audito dixerint, non intelligens facile id ex legatorum responso colligi posse, et cum maioris momenti esset legatos re ad suos nuntiata responsum ad Caesarem pertulisse, quam ab suis perferendum accepisse, scriptorem brevitatis studiosum omisso hoc illud significasse. Eiusdem generis maiorem etiam brevitatem 1, 30 §. 4 invenimus.

§. 4. perspectum] *compertum* Leid. A. Vind. A. Aldinae, Gr. ab. Steph. Turr. Id captivorum ratione habita dici potuit, quorum indicio postea constiterit, quid consilii de armis cepissent exsecutique essent Aduatuci. Cf. 1, 22 §. 1 et 5, 8 §. 6: *ut postea ex captivis comperit.* Sed adversatur *circiter*, quod *perspectum* potius et re ipsa, comparata deiectorum et in oppido expugnato repertorum armorum multitudine, cognitum illud arguit. Cf. 7, 40: *his cognitis et Litavici fraude perspecta.* Itaque alterum variandi studio illatum videtur.

§. 3. facere] Etsi *oppugnatos* subaudire liceat, quo facto *facere* haud dubie de re praesenti et fieri iam coepta intelligendum sit, tutius tamen et usui scriptoris convenientius videtur *se* supplere et legatos nomine illorum loqui cogitare, ut nihilo minus *facere* praesens verum, non aoristi potestate praeditum sit, et *facimus quae imperas* responsum a legatis fuerit.

§. 4. muri aggerisque] Murum intellige eum, quo duplici altissimo Aduatuci c. 29 unam partem, qua oppidum aditum haberet, muniisse dicuntur, aggerem autem, quem Romani a vallo, de quo c. 30 §. 1 dictum est, vel ab aliquo inter vallum murumque posito loco versus oppidum egerant et usque ad fossam, quae erat ante murum, perduxerant; qua re fossae pars ad aggerem pertinens tanto altior capaciorque armorum facta erat, quantum a solo exstabat agger, qui muri altitudinem videtur adaequasse. Itaque non sine causa aggeris mentio iniecta est.

Digitized by Google

tenta portis patefactis eo die pace sunt usi. 33. Sub vesperum Caesar portas claudi militesque ex oppido exire iussit, ne quam noctu oppidani ab militibus iniuriam acciperent. Illi ante inito, ut intellectum est, consilio, 2 quod deditione facta nostros praesidia deducturos aut de-

Cap. 33. §. 1. Sub vesperum] *sub vespere* And. S. Leid. A. Vind. A. qua formula loquendi usus est Gesnero indice Scribonius, de quo in adn. crit. ad c. 3 §. 1 dixi, et vesperi tempus ipsum significatur, non eius appropinquatio, quam accusativus eidem praepositioni coniunctus indicare solet. Sic *sub bruma* 5, 13 idem est, quod hieme, *sub decessu suo* 8, 49 eo tempore, quo decedebat, Lucani Phars. 10, 510 *sub tempore vatis Proteos* tempore eius; *sub occasum solis* supra c. 11 §. 5 appropinquante eo, item *sub lucem* 7, 61 et 83. Itaque ad sententiam non multum interest *sub vespere* legatur, an *sub vesperum;* sed tamen paulo maiorem hoc, quam illud diligentiam imperatoris in conservandis dediticiis declarat. Ad sermonis vero usum multo hoc probabilius et sine varietate scriptum 5, 58 et 7, 60 et Civ. 1, 42. Cf. Afric. 10, 52, 73.

ab militibus] „Sic rursus MSS.“ non *a m.* quod edd. ante Oud., ut c. 14 §. 3, quo illud „rursus“ pertinet, *a suis*, exhibent. Secundum ex. Fabr. *ab m.* in Lov. Voss. A. Gott. Egm. legitur, *a m.* ego in Vrat. C. Goth. AB. Hamb. Vind. A. inveni. Cf. ad c. 14 dicta.

§. 2. deducturos] *preducturos* Ven. e. Ber. *non indulturos* Voss. A. *non inducturos* cod. Vrs. Reg. Voss. Cl. And. Ox. S. Cu. Leid. AB. Voss. B. Dr. B. Goth. A. Vind. ACF. Hav. A. ed. Steph. margo Vasc. Cl. Hoc si probamus, statuere debemus Caesarem praesidia ex castellis et munitionibus oppidum cingentibus iam deducta idque Aduatucos animadversum vel ex militibus, qui in oppido fuissent, cognitum habuisse, aut noctu tantum Caesarem praesidia ibi habere maneque deducta vesperi denuo inducere consuevisse, quam illi consuetudinem deditione facta omissum iri speraverint. Atque huiusmodi aliquid significare Dio videtur 39, 4 de Aduatucis se dedituris scribens: *ὡς μέντοι τά τε μηχανήματα τῶν ἀνδρῶν γυμνωθέντα αὖθις εἶδον — μετέγνωσαν: cum opera viris iterum nudata vidissent, sententiam mutarunt.* Sed brevitatem tam obscuram et divinationis cuiusdam ope indigentem, etsi ab Ephemeridum ratione non abhorruerit, fatendum tamen est libro in vulgus edito et res gestas ignotis notas facturo minus convenire, multumque eo nomine praestare scripturam *deducturos* codicis Brantii, Bong. A. Par. A. et reliquorum auctoritate nixam,

pace sunt usi] hostilia nec facientes nec patientes. Cf. 1, 44 §. 5: *si pace uti velint, iniquum esse de stipendio recusare.* quo tamen loco *pace uti* non aliter, quam *beneficio, secunda fortuna, prospera valetudine* dictum est, in qua significatione nescio an hic quoque acquiescendum sit. De pace legationem miserant Aduatuci eamque impetraverant, sed uti ea et habere pacem hoc tantum die voluerunt.

Cap. 33. §. 2. aut denique indiligentius servaturos] H. l. *denique* ultimum aliquod non re, sed

Digitized by Google

nique indiligentius servaturos crediderant, partim cum his, quae retinuerant et celaverant, armis, partim scutis ex cortice factis aut viminibus intextis, quae subito,

quae praeterea dictionem usui magis congruentem (Civ. 3, 39 *deductis orae maritimae praesidiis.* ib. 73 *praesidiis omnibus dedeductis*) et rem per se magis probabilem habet. Nihil enim eorum, quae alteram probanti sumenda esse supra ostendimus, Caesaris diligentiae a Dione quoque l. c. (*ὁ γὰρ Καῖσαρ ἀκριβῶς πάντα ἀεὶ διῴκει*) testatae non quodammodo repugnat. Itaque ne ex Ephemeridibus quidem hanc alteram ductam, sed excogitatam ab aliquo suspicor, qui de militibus non, ut debebat, in castellis et turribus, sed in oppido versantibus cogitans, quia iam exire eos ex oppido iussos videret, *deducturos* mendosum esse opinaretur.

cogitatione significat atque id, in quo, si priora incerta sint, haud dubie acquiesci possit. Id non multum distat a Germ. wenigstens, quo unum nobis, si non plura aut maiora, concedi vel credi iubemus, et aeque prope abest a Germ. höchstens, quo extremum, quod concedi vel credi possit, definimus; nec satis causae Handio fuisse puto, cur Tursell. 2, p. 270 et 269 Germanicis istis quicquam commune cum Latino *denique* esse negaret. Ipse h. l. *omnino*, überhaupt, interpretatur, cuius rei p. 267 sq. hanc rationem reddit, quod postremo loco positum amplius sit et ante dictum simul contineat et arctiorem notionem dilatet. Id vero non est proprium postremi loci, et contrariam saepe rationem obtinere ipse p. 268, 6 docet. Neque *indiligentius servare praesidia* deductionem eorum simul continet. Quamquam sunt qui *servare* non ad praesidia referant, sed solum per se positum existiment pro *custodire*, qua significatione comici *intus*, *domi*, *apud aliquem servare* usurpant, quod vereor ut de militibus oppidum circumsedentibus dici licuerit. Sed quemadmodum *ordines servare* dicuntur qui locum in acie suum quisque tenentes faciunt, ut ordines integri maneant, ita *praesidia servare* ii, qui munitiones non deserentes prohibent, ne nulla ibi praesidia sint; neque opus est ut quae praesidia deducantur, alia intelligamus, alia quae serventur, illa milites, haec locos interpretemur; quod ipsum tamen, si opus sit, potius faciendum, quam *servare* non ad praesidia referendum censeo.

crediderant] Indicativus rem in facto positam, non opinione tantum scriptoris nixam demonstrat et verba *ut intellectum est* non solum ad *inito consilio*, sed etiam ad hoc pertinere docet. Cf. 1, 27 §. 4, ubi item consilii ab hostibus initi ratio, sed secundum coniecturam ideoque per coniunctivum redditur.

scutis — viminibus intextis] *Scuta viminibus intexta* ea sunt, quae viminibus intextis alteroque alteri implicitis constant. Sic Lucani 5, 517 domus *non ullo robore fulta, Sed sterili iunco cannaque intexta palustri*, et quae infra 3, 13 *naves totae factae ex robore*, eaedem ab Orosio 6, 8 *solido robore intextae* dicuntur, et apud Plinium Hist. nat. 10 §. 50 acanthyllis avis est nidum *ex lino intexens*. Quodsi de compositione magis, quam de implicatione cogitasset, *contexta* viminibus scuta, ut 6, 16 simulacrorum quorundam *contexta viminibus membra*, dixisset.

Digitized by Google

ut temporis exiguitas postulabat, pellibus induxerant, tertia vigilia qua minime arduus ad nostras munitiones ascensus videbatur, omnibus copiis repentino ex oppido eruptionem fecerunt. Celeriter, ut ante Caesar impe- 3
rarat, ignibus significatione facta ex proximis castellis eo concursum est, pugnatumque ab hostibus ita acriter est, ut a viris fortibus in extrema spe salutis iniquo loco contra eos, qui ex vallo turribusque tela iacerent, pugna-

repentino] Excerpta Pulm. Bong. A. Lov. Egm. Gott. Leid. C. Voss. C. Par. B. Dr. A. Vrat. AB. Hamb. Bonn. Gu. Vind. B. inc. *repentinam* Pet. Oud. 2. *repente* reliqui libri scripti, etiam Hav. A., et editi, etiam Oud. 1, quem in ed. 2 codicem Petavianum solum sequi maluisse miror. *Repentino* adverbium ab Afranio in Emancipato, Plauto in Pseudolo, Cicerone pro Quintio positum (cf. Gesnerus vel Forcellinus) alibique non repertum quis non mutatum potius, quam factum a librariis sibi persuadeat?

§. 3. acriter est] codd. Vrs. N. Voss. Cl. undecim Oud. (Bong. A. Voss. A. Egm.) Dr. AB. Vrat. AC. Goth. AB. Gu. Vind. ABD. edd. ante Ald. *graviter est* Hamb. In Leid. C. Voss. C. Vrat. B. Bonn. inc., qui cum reliquis et Ald. et sqq. *est* h. l. omittunt, pro *pugnatumque* legitur *pugnatum est*, nec aliter sec. Oud. in Gott., ex quo ex. Fabr. tantum *pugnatum* affert. In Vind. C. *castellis concursum est ut a viris* etc. omissis mediis exstat, ut is quoque liber, ex quo hic ductus est, cum Bong. A. etc. consensisse videatur. Denique Carr., qui et ipse *acriter est* exhibet, post *concursum* verbum substantivum omittit, idque Oud., si hic admitteretur, necessarium putabat. Sed cum subiecta diversa sint, utrumque ferri debet. Cf. Civ. 1, 87: *hoc eius praescripto ex Hispania ad Varum flumen est iter factum, atque ibi reliqua pars exercitus dimissa est.* ubi Oud. verbum extremum sine idonea auctoritate delevit.

§. 3. Celeriter] Hoc nonnullis cum *concursum est* iungendum videtur, sed verborum collocatio suadet, ut ad significationem ignibus factam referamus, quam celeriter fieri, ubi primum aliquid huiusmodi animadversum foret, Caesar ante iusserit celeriterque fecerint ii, ad quos eruptio ex oppido facta esset.

turribusque] Harum supra mentionem nullam fecit, nam neque castella, quibus praeter vallum crebris circummunitos Aduatucos c. 30 dixerat, turres sunt, neque de ambulatoriis turribus, quarum una ibidem est commemorata, cogitari h. l. potest; sed quia in circumvallando turres coniungi vallo et interponi solebant, ut partes eius eminentiores esse viderentur (cf. 7, 72 extr.) supra *vallum* dixisse sufficiebat, hic, quo magis iniquitas conditionis Aduatucorum demonstraretur, *turres* nominatim significandas et partem ad totum adiiciendam putavit. Cernitur autem et hac in re vestigium quoddam illius supplendi consuetudinis, de qua aliquoties et proxime in adn. cr. ad c. 28 §. 1 dictum est. Nam circumvallari etiam sine turribus oppida poterant.

iacerent] Coniunctivi rationem petas ex adn. crit. ad c. 27 §. 1, quo loco duplex poterat iniri. Hic prior obtinet.

Digitized by Google

ri debuit, cum in una virtute omnis spes salutis consi-
4 steret. Occisis ad hominum milibus quattuor reliqui in
5 oppidum reiecti sunt. Postridie eius diei refractis portis, cum iam defenderet nemo, atque intromissis mili-

in una] *una in* P. Man. Ald. nep. et sqq. usque ad Cl. *una* Bong. A. Ald. quod usui magis, quam rationi adversatur. Recte enim *virtute spem consistere* dicimus, si causam significare volumus, qua efficiatur, ut certa spes adsit et constet, neque, si de loco seu fundamento cogitamus, in quo spes resideat et constituta sit, praepositionem adhibere cogimur. Sed adhibita ea non est dubium, quin locus, non causa significetur, ideoque scriptores de loco plerumque cogitantes, cuius notio verbum *consistere* sua sponte sequitur, praepositione uti solent. Cf. 3, 14: *cum omnis Gallicis navibus spes in velis armamentisque consisteret.* 7, 86: *omnium superiorum dimicationum fructum in eo die atque hora docet consistere.* Civ. 2, 5: *neque erat quisquam omnium, quin in eius diei casu suarum omnium fortunarum eventum consistere existimaret.* 3, 111: *cum ille celerem in ea re victoriam, hi salutem suam consistere viderent.* His omnibus locis *consistere* est Germ. beruhen, praepositionis autem certa in plerisque per codices fides. Itaque h. l. significationi eidem eandem reliquendam putavi constructionem, quamquam coniunctam Bongarsiani et Aldini codicis auctoritatem, si Aldus codicem secutus est, magnum pondus habere non nego.

spes salutis] *spes* Ox. Vind. A., omisso *salutis*, quod sane non necessarium et, cum paulo ante *in extrema spe salutis* dictum sit, nobis etiam molestum videtur. Sed cf. adn. ad 1, 3 §. 3.

§. 4. ad hominum milibus quattuor] In Dr. A. Vind. B. *ad* omissum, in „MSS. et Edd. nonnullis" Lov. Egm. Pal. Dr. B. Vrat. AC. Goth. B. Vind. ADE. edd. ante Ven. f. *milia* (in Hamb. *miliaria*) pro *milibus* scriptum est, utrumque eo, ut videtur, quod in numero indicando *ad* praepositionem et *circiter* adverbium mutare nonnunquam partes nescirent. Cf. Handii Tursell. 1, p. 102 sq. De Caesaris tamen usu dubitari potest. Nam Civ. 3, 53 *ad duorum milium numero ex Pompeianis cecidisse reperiebamus* item incerta lectio, et reliquis in locis, qui octo sunt, *ad* cum accusativo coniunctum est; neque ratio, qua Gronovius (de sestertiis p. 73 ed. Amst. a. 1656) *occisis ad hominum milibus quattuor* pro *occisis hominum milibus ad quattuor* dictum putari iubet, numeri quaternarii exiguitati satis convenit. Denique *milia*, si post *occisis* subaudiatur *hostibus*, non vitiosum videtur. Cf. Afr. 78: *postquam equites Iuliani cccc. vim hostium ad quattuor milia numero sustinere non poterant.* Nihilo secius, cum de Livio aliisque scriptoribus res certa sit, et *ad hominum milibus* quo minus emendandi causa adscitum existimetur, ipsa soloecismi species prohibeat, id tenendum fuit. *quattuor* cum Bong. A. Dr. B. Goth. AB. et plerisque ante Ald. edd. scripsi: reliqui mei aut *quatuor* cum Med. a. Ald. Gr. ab. Steph. P. Man. Turr., aut *IIII.* exhibent, Oud. cum Ald. nep. et sqq. *IV.* Cf. adn. cr. ad 1, 12 §. 4.

§. 5. cum iam defenderet nemo] *cum nemo defenderet* Vind. A. *cum iam defenderet captum oppidum nemo* Reg. Leid. B.

Digitized by Google

tibus nostris sectionem eius oppidi universam Caesar vendidit. Ab his, qui emerant, capitum numerus ad eum 6
relatus est milium quinquaginta trium.

34. Eodem tempore a Publio Crasso, quem cum legione una miserat ad Venetos, Vnellos, Osismos,

Dorv. Bong. C. Pal. Dr. B. Vrat. C. Goth. AB. Gu. Vind. CDEF. edd. ante Ven. f. *cum iam def. nemo captum oppidum* Carr. Vind. I. *cum iam def. nemo: oppidum captum* Ven. f. Sic incerta locorum vagantur glossemata. Causa interpolandi fuit quod *defenderet* obiectum requirere videretur. Similiter c. 12 §. 2 *paucis defendentibus* a quibusdam in *paucis defensoribus*, 8, 33 *quo defendente nullo tamen armatis ascendere esset difficile* in *quod def.* — mutatum. De reliquo cf. adnot. ad 1, 18 §. 2.

Cap. 34. Osismos] Codices Vrs. Bong. A. Pet. Voss. A. Lov. Dr. A. Vrat. BC. Bonn. Vind. ABCDEI. Lips. *Ossismos* Goth. A. *Opismos* Dr. B. Vind. F. *Osimos* Egm. Vrat. A. *Osisinos* Goth. B. edd. ante Lips. (*Osissinos* Turr.) *Osisimos* Hamb. *Osismios* Iu. et sqq. etiam Oud., qui nihil nisi „*Osisinos* vel *Osismos*, *Osimos* MSS. et Edd. Vett.“ exhibere testatus tenuit id, quod Scaliger Vrsini, nisi fallor, adnotatione inductus dederat. Sed verba Vrsini in Emendationibus p. 214 ed. Lugd. a. 1574 haec sunt: „*Osisimos*] Osismos est in scriptis codicibus, quos ego vidi. et Ptolemaeus habet ὀσίσμιοι. ita Orosii antiquum apud me exemplar.“ Itaque secundum codices *Osismos* Caesar scripsisse videtur, idque non solum h. l., sed etiam 3, 9 et 7, 75. Nam *Osisini*, quod l. 7 in plerisque, ut hic in edd., exstat, facili negotio conciliari

§. 5. sectionem] i. e. summam rerum captarum omnium, quae vendi solebat auctionis lege iis, qui plurimum licerentur. Hi vero, qui redemerant, empta solebant particulatim vendere seu distrahere et ita lucrum facere. Itaque, quia ad secandum spectabat, *sectio* dicebatur: eine Masse, die bald auseinandergetheilt und vereinzelt werden sollte. Nam a secando potius, quam, quae nonnullorum opinio est, a sequendo seu sectando dictam esse Ciceronis verba docent pro Rosc. Am. c. 29: *nescimus per ista tempora eosdem fere sectores fuisse collorum et bonorum?* Cf. Ernestii Clavis Cic. in *sectio* et *sector*. Sed etiamsi non venderetur praeda, tamen *sectio* vocabatur. Testimonio est alter Ciceronis locus de inv. 1, 45, ubi equus neque emptus neque hereditate possessus neque munere acceptus neque domi natus et tamen non surreptus fingitur, si dici possit ex hostibus esse captus, *cuius praedae sectio non venierit*.

Cap. 34. a Publio Crasso] haud dubie eodem, cuius mentio 1, 52 facta est.

cum legione una] septima, ut videtur. Cf. 3, 7.

miserat] Id post proelium Nervicum factum esse ex eo intelligitur, quod in illo proelio Caesar omnes octo legiones habuit. Cf. c. 19 §. 2.

ad Venetos, Vnellos etc.] De Venetis 3, 8: *huius est civitatis longe amplissima auctoritas omnis orae maritimae regionum earum.* Atque huius auctoritatis causa scriptor eos primo loco posuisse eandemque rationem in ordinandis reliquis secutus videtur.

Digitized by Google

Curiosolitas, Sesuvios, Aulercos, Redones, quae sunt

cum codicum in reliquis duobus locis auctoritate potest. Atque idem Pomponio Melae 3, 2 §. 7, Plinio Hist. nat. 4 §. 32 (p. 307 Sillig.) Orosio 6, 8 nec invitis ipsorum codicibus tribuendum, Straboni vero l. 4 p. 53 Tz. et Ptolemaeo 2, 8 (p. 47 ed. Francof. a. 1605 fol.) quadrisyllabum relinquendum videtur.

Curiosolitas] *Coriosolitas* Bong. A. sec. Pl. *Coriosolitos* Vind. A. Cf. adn. cr. ad 3, 7 et 11 et 7, 75, quo loco *Coriosolites* a codicibus aliquanto firmius est, quam *Cur*. Plinio l. c. sunt *Cariosvelites*. Perperam igitur ab Vkerto aliisque Curiosolit*ae* vocantur. Nec satis scio, unde Baumstarkio paenultimam longam esse innotuerit. Nomen quidem *Corseult*, quo hodie pagum haud procul ab oppido *St. Malo* situm appellant, si recte ab illis originem ducere putatur, plus adversari ei opinioni, quam favere analogia Quiritium et Samnitium videtur. Quae sciri nequeunt, quidni nescire fateamur?

Sesuvios] *Sesuivos* edd. ante Ven. f. *Sesunios* Pet. sec. Oud. Vrat. C. Goth. B. Bonn. *Sosuruos* Dr. B. Vrat. B. *Sesumos* inc. et sec. ex. Confl. Pet. et Pal. *Sesuvicos* Leid. C. *Sesineios* Duk. *Sesineos* Vind. I. *Sesuicios* Vind. C. *Sesuinos* in „aliis" scribi ostendens Oud. fortasse Rhellicanum secutus est, cuius in adnot. ad h. l. apud Iungermannum „*Sesuvii*, aut, ut quaedam exemplaria habent, *Sesuini*" legitur, sed ab ipso *Sesuivi* scriptum videtur. Denique *Esbios* S. sec. Vossium habet, quod unum longius a vulgata scriptura abit, ad quam reliquas varietates omnes nullo negotio revocari licet. Iam vero *Sesuviorum* mentio alibi nulla fit, Caesar autem 3, 7 *Esubios* sec. vulgatam et 5, 24 *Essuos* in hac parte Galliae ponit, quae nomina non magis alibi leguntur. Et cum in *Esubiorum* nomine codices, ut in *Sesuviorum*, nonnihil discrepent, in *Essuis* vero consentiant, Vkertus p. 330 omnibus tribus locis *Essuos* a Caesare dictos suspicatur. Scilicet unam Galliae nationem a Caesare uno semel commemorari magis verisimile est, quam tres. *Sesuvios* tamen ex *Essuis* librarii fecisse non videntur, et 3, 7 codicum ratio non impedit, quo minus *Sesuvios* Caesarem scripsisse statuamus. Alii *Lexovios* hic legendum censent, qui cum alibi in his comm., tum 3, 9 cum *Osismis* coniuncti nominantur. Ne id quidem prorsus improbabile est. Praeterea sunt *Atesui*, Plinio l. c. paenultimi inter Galliae Lugdunensis populos, reliquis scriptoribus ignorati, quos uno alterove horum Caesaris nominum significatos suspiceris. Sed eos Vkertus interius habitasse putat.

Redones] Dr. AB. Vrat. C. Goth. A. Hamb. Vind. A., quorum auctoritate vulgatum *Rhedones* (*Rhodones* Ald. et P. Man.) mutare non dubitavi. Cf. ad 1, 51 §. 2 de *redis* notata et Cellarii Geogr. ant. 1, 160, qui et ipse *Redones* h. l. edidit. Oud. et h. l. et 7, 75, in quo etiam Bong. A. sec. Pl. *Red*. exhibet, tacite *Rhed*. reliquit, minore in his, quam in *Remis* c. 3 §. 1 diligentia usus. Codices quidem eius minime omnes nobis adversari vel ex iis apparet, quae Davisii adnotationi ad c. 4 §. 4 de Remis addidit. Quorum nomini cum Davisius aspirationem eodem iure, quo *Rhedonibus* et *rhedae*, tribui posse ostendisset, Oud. „at in exemplis, inquit, quae adfert Davisius, eadem est incertitudo, et MSS. saepe efferunt sine adspiratione."

Digitized by Google

maritimae civitates Oceanumque attingunt, certior factus est omnes eas civitates in deditionem potestatemque populi Romani esse redactas. 35. His rebus gestis omni Gallia pacata tanta huius belli ad barbaros opinio perlata est, uti ab his nationibus, quae trans Rhenum incolerent, mitterentur legati ad Caesarem, qui se obsides daturas, imperata facturas pollicerentur. Quas legatio- 2

maritimae] *maritumae* Oud. 2, ut solet.

in deditionem] *in ditionem* Hav. A. et fortasse Ox. cum Iu. et sqq. quemadmodum scribi iusserat Ciacconius. Id vero iam Oud. dubitabat an non ubique restituendum esset, et *in deditionem redigere* idem significare posse putabat, quod eo redigere hostem, ut sese dedat et in deditionem veniat. Atque ea lectione et interpretatione haud dubie utendum est in Suetonii Iul. 34 *L. Domitio in deditionem redacto atque dimisso* et 74 *piratas cum in deditionem redegisset*. Neque h. l. deserenda codicum auctoritas videtur, quam eo religiosius sequi debemus, quo incertior plerumque in his vocabulis distinguendis esse solet. Nam quae addita sunt verba *populi Romani*, ea neque necessario ad *deditionem* quoque referre cogimur (cf. 1, 27 extr. *ad Rhenum finesque Germanorum contenderunt*. 4, 16 §. 6 *id sibi ad auxilium spemque reliqui temporis satis futurum*. Afric. 35 §. 5 *num quae fossae aut insidiae elephantis ante castra portasque valli factae essent*.) neque si velis eo referre, non liceat. Supra c. 32 *dediticii populi Romani* dicuntur: hos *in deditionem populi R. redactos* qui dicat, Quintiliani exemplo se tueatur 2, 16 §. 9 negantis *legum repertores sine summa vi orandi consecutos, ut se ipsi homines ad servitutem iuris astringerent*. Atque etiam Ciceronis Philipp. 4, 5 extr. *hac virtute maiores vestri — potentissimos reges, bellicosissimas gentes in deditionem huius imperii redegerunt*, si in codice Vaticano est, servandum puto.

Cap. 35. §. 1. incolerent] *colerent* Leid. C. Vrat. B. Bonn. inc. *incolunt* Leid. B. Cf. int.

qui se — daturas — facturas pollicerentur] Bong. A. N. Pet. sec. ex. Confl. Ox. Duk. Leid. C. Gott. Dr. A. Vrat. AB. Bonn. Gu. inc. *qui se — daturos — facturos poll.* Leid. B. Bong. C. Dr. B. Vind. F. *quae nationes se — daturas — facturas poll.* Leid. A. *quae se — daturas — facturas poll.* reliqui codd., etiam Hav. A., et edd. Quis vero non de legatis potius, quam de nationibus haec dicta credat? praesertim cum nationes iam declaratae sint verbis *quae trans Rhenum incolerent*, legatos autem scribentis animo obversatos esse sequentia *quas legationes* demonstrent. Generis autem discrepantiam pronominis relativi et participiorum librariis offensioni fuisse et cum Leidensis B. et trium affinium, tum vero etiam vul-

Oceanumque attingunt] non mare mediterraneum.

Cap. 35. §. 1. incolerent] Genus erat quoddam nationum, quod tam longe aberat, ut nihil moveri isto bello debuisse videretur, et tamen legatos miserunt et deditionem obtulerunt. Itaque duplicem coniunctivus rationem habet similemque eius, de quo in adn. cr. ad c. 27 §. 1 diximus.

Digitized by Google

nes Caesar, quod in Italiam Illyricumque properabat,
3 inita proxima aestate ad se reverti iussit. Ipse in Carnutes, Andes Turonesque, quae civitates propinquae his locis erant, ubi bellum gesserat, legionibus in hiberna-
4 cula deductis in Italiam profectus est. Ob easque res

gatae scripturae originem dedisse quis veri simillimum esse neget? Atqui offensionem illam non accepissent, si *se* etiam post *qui* ad nationes retulissent, easque et in antecedentibus et in subsequentibus tamquam subiectum significatas esse sensissent. Nam cum a nationibus legati mitti dicuntur, iterum de nationibus, quae haec polliceri legatos voluerint, cogitari iubet. Itaque non aliter haec scripta exhibemus, quam scribi aut debuissent, si *uti nationes trans Rhenum incolentes mitterent legatos ad Caesarem* praecessisset, aut potuissent, si pro *pollicerentur* subiunctum esset *polliceri ab iis iussi erant*. Ad priorem rationem cf. Alex. 35: *interim legati a Pharnace responsa referunt: Cappadocia se decessisse, Armeniam minorem recepisse, quam paterno nomine iure obtinere deberet* etc. quae non legatorum Pharnacis responsa referentium, sed ipsius Pharnacis per legatos respondentis verba videntur; ad posteriorem haec Caesaris 4, 21: *huic imperat, quas possit, adeat civitates hortetur, ut populi Romani fidem sequantur, seque celeriter eo venturum nuntiet.* in quibus *se* non magis ad nuntiantem, quam hic ad pollicentes, sed ad imperantem, ut hic ad polliceri iubentes refertur.

§. 2. inita proxima aestate] Vide adn. cr. ad c. 2 §. 1.

§. 3. Turonesque, quae] *Turones, quae* Ald. et sqq. usque ad Oud. et in Goth. A. *quae* nonnisi in margine legitur. Gravius est quod Oud. teste (nam Pl. tacet) Bong. A. et sec. Elb. Hav. A. *Turones quaeque* exhibent, quo admisso non Carnutes, Andes Turonesque, sed alias civitates his locis, ubi Caesar bellum gesserat, propinquas significari existimes licet, id quod satis opportune accidere videtur. Nam ut Carnutes, *quae regio totius Galliae media habetur* (6, 13), propinqui Belgis dici potuerint, Andes quidem certe, in quibus hiemans P. Crassus *proximus mare Oceanum* (3, 7) hiemaret, longe ab iis remoti, neque Turones, inter Andes Carnutesque positi, qua in parte nunc oppidum est, quod *Tours* vocatur, iis propinqui erant; qua re commotus librarius Bonnensis ad vocabulum *propinquae* in margine *hoc demiror* adscripsit. Sed adhibita illa lectione, dum hoc vitatur incommodum, aliud exsistit duplex, quod loci, quem tenuerint tres illae civitates hic primum nominatae, definitione sublata nescias, quo legiones deductae sint, earum autem, quae non nominantur, definitionem hanc loci sequens in diversissimas partes legiones deductas crederes; nam propinquae his locis, ubi bellum gesserat Caesar, regiones diversissimae erant. Itaque servare vulgatam scripturam praestat et *loca, ubi bellum gesserat*, ea quoque, quae per Crassum pacaverat, intelligere.

hibernacula] Bong. A. (sec. Oud. nam Pl. hic rursus tacet) Lov. Pet. Egm. Gott. Lb. Leid. C. excerpta Pulm. Dr. A. Vrat. A. Gu. Vind. B. inc. et Lips. sec. Oud. *hybarnacula* Bonn. *hybercula*, in marg. a m. s. *na*, Vrat. B. *himbernacula* Hamb. *hiberna* Hav. A. et reliqui codd. cum edd. Nomen *hiberna* plus quam quadraginta lo-

Digitized by Google

ex litteris Caesaris dies quindecim supplicatio decreta est, quod ante id tempus accidit nulli.

cis a Caesare in his Comm. positum et ubique fideliter ab omnibus librariis repraesentatum hoc uno loco nonnullis displicuisse et temere in *hibernacula* mutatum esse minime veri simile videtur. Neque vero temere scriptor semel *hibernacula* pro *hibernis* dixisse, sed uno saltem loco hibernorum suorum rationem et modum proprio vocabulo significare voluisse existimandus est. In *hibernis* enim erant et esse dicebantur etiam il milites, qui in aedificiis oppidorum et vicorum hiemem agebant; *hibernacula* vero tabernacula erant hiemis causa diligentius et solidius, quam aestivorum tentoria, aedificata, quod cum rei natura et ipsum vocabulum, tum verbum *aedificare* docet a Livio in prima rei mentione adhibitum 5, 2: *cum spes maior imperatoribus Romanis in obsidione* (Veiorum) *quam in oppugnatione esset, hibernacula etiam, res nova militi Romano, aedificari coepta; consiliumque erat hiemando continuare bellum.* Sed non quibuscunque hibernacula pararentur, bellum per hiemem continuandum fuisse sequitur, ut propterea lectionem nostram improbari necesse sit: etiam quietis causa haberi solita esse verba Nepotis Ages. c. 3 §. 4 demonstrant, *huic cum tempus esset visum copias extrahere ex hibernaculis*, collata cum §. 2 *Ephesum hiematum exercitum reduxit*, item Salustii Ing. c. 103 §. 1 *Marius interea exercitu in hibernaculis composito cum expeditis cohortibus et parte equitatus proficiscitur in loca sola*, collata cum c. 100 §. 1 *Marius, uti coeperat; in hiberna proficiscitur, quae propter commeatum in oppidis maritumis agere decreverat.* Quibus ex locis simul apparet ne ab oppidis quidem aliena scriptoribus visa fuisse hibernacula, sive quod aedificia quaevis, in quibus hiemarent milites, eo nomine appellanda putarent, sive quod intra muros tabernacula exstructa nossent et significata vellent, cuiusmodi illa fuerunt, quae Hirtius 8, 5 describit. Atque ita fieri potuit, ut discrimen inter *hiberna* et *hibernacula* paulatim negligeretur et hoc, quod proprium speciei esset, de universo genere diceretur. Nec fugit ea res Oudendorpium, sed Leidensis primi et affinium librorum reverentia, ut opinor, motus vulgatam tenuit, quod nobis faciendum non fuit. Ea vero, quibus Kritzius ad Salust. Ing. 103 infringere conicum auctoritatem conatus est, ad 3, 29 in iudicium vocabuntur.

§. 4. dies] *dierum* Pet. sec. ex. Conf. Cf. int.

decreta est] *decreta concessa est* Dorv. *concessa est decreta* Vrat. C. *concessa est* Pal. Goth. B. Cf. adh. cr. ad c. 33 §. 5.

§. 4. dies quindecim supplicatio] Non aliter hoc dictum videtur, quam *domum reditionis spe sublata* 1, 5. Nam ad *decreta est* accusativus *dies* referri nequit, quin ridicula fiat sententia. Pendet igitur ex nomine *supplicatio* inclusaque in eo verbi *supplicare* notione, cui explendae et temporis tamquam obiecti significatione perficiendae inserviens idem h. l. nomini praestat officium et genitivi vice fungitur. De ritu supplicationis cf. Liv. 22, 10, de numero dierum Ciacconii vel Herzogii ad h. l. adnotatio.

Digitized by Google

LIBER III.

Cum in Italiam proficisceretur Caesar, Servium Galbam cum legione duodecima et parte equitatus in Nantuatis,

Cap. 1. §. 1. Servium] Bong. A. Voss. A. Egm. Pariss. Dr. AB. Vrat. A. Bonn. Hamb. Vind. AEF. Ven. f. Ald. Gr. ab. St. *Ser.* Vrat. C. Goth. B. edd. ante Ven. f. Ald. nep. etc. ante Oud. *Serr.* Oud. *servium* Gott. Vrat. B. *Sergium* Vind. CI. Petr. Hist. 8, 1, quod nomen est non Galbarum, sed Catilinarum. Galbae erant Sulpicii et praenomine Servii dicebantur. Cf. Garaton. ad Cic. Mur. c. 28 p. 101 Neap. (867, 15 Hal.), ubi idem error est.

Nantuatis] „MSS. plerique et Edd. Vett. usque ad Ed. Plant. hic et infra male *Antuates* vel *Mantuates*. — Pet. *Nantuatos*, sed *is* Accus. est in Bong. A. Leid. A. S. Voss. AB." Bong. A. praepositione nomini coniuncta *nantuatis* exhibet. *nantuatis* Voss. A. sec. Fabr. *Nantuatos* Pet. sec. Confl. *nantuatos* cum puncto sub *o* et *e* super eo Pet. sec. Fabr. *Antuates* Dr. A. Hamb. Vind. DI. edd. ante Iu. (*antuares* Ber.) *atuates* Vind. A. *antitates* Vind. C. *mantuates* Egm. Vrat. AB. *nanuates* Goth. B. *nauates* Pal. sec. Confl. *nantuanos* Bong. C. sec. Confl. Dr. B. Vind. F. *Nantuates* cod. Brant. Vrat. C. Bonn. Gu. Vind. E. Iu. etc. ante Oud. Cf. var. lect. §. 4 et c. 6 §. 5, quibus locis pariter atque hoc praecedens *in* omittendae litterae primae occasionem dedit, quae 4, 10, ubi *fines* praecedit, in plerisque recte scripta est. Fidem faciunt inscriptiones, una a Plinio Hist. nat. 3, 24 e trophaeo Alpium post devictas gentes Alpinas Augusto facto relata, in qua post Lepontios et Viberos nominantur *Nantuates*, Sedùni, Veragri, Salassi etc., altera Orell. 209, quam *Nantuates* eidem Augusto fecerunt; et apud Strabonem l. 4 p. 79 Tz. in culminibus Alpium positi memoranturi *Κίντρωνες καὶ Κατόριγες καὶ Οὐαράγροι καὶ Ναντουάται*.

Cap. 1. §. 1. proficisceretur] Proprie hoc et de re et actione itineris faciendi, cum possit, intelligi debet, non de conatu aut de consilio, quemadmodum Orosius intellexit 6, 8: *cum in Italiam proficisci decrevisset*. In ipso itinere consilium illud cepisse et ad Galbam in hibernis relictum misisse litteras videtur, quibus profuisci eum in Nantuates etc. iuberet.

Servium Galbam] tum quidem *et familiaritate et necessitudine legationis coniunctum* Caesari (Hirt. 8, 50), postea vero inimicum et inter coniuratos. Cf. Sueton. Galb. c. 3, qui de cognominis origine varia refert. Gallicum vocabulum fuisse rex Suessionum *Galba* 2, 4 docet.

cum legione duodecima] Octo tum Caesar in Gallia ulteriore habebat legiones, quattuor veteranas, duas a. u. 696 totidemque a. 697 conscriptas in citeriore Gallia. Cf. 1, 7 §. 2. 10 §. 3. 24 §. 2. 2, 2 §. 1. 8 §. 3. 19 §. 2. Harum prima erat, quae septima appellabatur, quae una cum octava, nona, decima, undecima et duodecima nominatur 2, 23: tertia decima 5, 53, quarta decima 6, 32 commemoratur. Numero-

Digitized by Google

Veragros Sedunosque misit, qui a finibus Allobrogum et lacu Lentanno et flumine Rhodano ad summas Alpes pertinent. Causa mittendi fuit quod iter per Alpes, quo 2
magno cum periculo magnisque cum portoriis mercatores ire consuerant, patefieri volebat. Huic permisit, si 3
opus esse arbitraretur, uti in his locis legionem hiemandi causa collocaret. Galba secundis aliquot proeliis fa- 4
ctis castellisque compluribus eorum expugnatis, missis

a finibus] *ab f.* Egm. Pet. Lov. sec. Fabr. Vrat. AC. Goth. B. Hamb. Oud., qui mutatae praepositionis mentionem non fecit.

§. 2. Alpes] *Alpis* secundum Voss. A. Oud., a quo inter recentiores discessionem fecit Kreyssigius.

magnisque cum] „Agnoscunt praepositionem repetitam tum aliorum tum mei MSS. omnes et Edd. primae.“ Pet. Gott. Voss. A. Egm. Lbb. sec. Fabr. Pet. Pal. Bong. C. sec. Confl. Carr. *cum magnisque* Dr. A. Vind. B. *magnis* Vind. A. *magnisque* Hav. A. Ald. corr. et sqq. usque ad Oud. Iteratae praepositionis ea vis est, ut utriusque incommodi ratio eadem fuisse intelligatur.

consuerant] „Sic Bong. A. Voss. A. Egm. et 5 alii cum Edd. pp.“ Gott. Voss. A. Egm. sec. Fabr. *consueverunt* Ald. corr. (ante corr. *consuerant*) *consueverant* Dr. B. Hamb. Vind. A. Ven. bcde. Ber. Ald. 1519. Gr. a. et seqq. usque ad Oud.

§. 3. in his locis] *locis* om. Gr. a. Turr., quod probat Vrsinus, fortasse propter sequens *eorum*, cuius tamen significatio per se satis clara est. Pro *his*, quod cod. Brant. Pet. Bong. C. Voss. A. Bong. A. Dr. AB. Gu. Hamb. Vind. ACI. St. Gr. b. exhibent, Oud. secundum „Lov. et Edd. qdd.“ (Rom. a. Med. a. Ven. bcdef. Ber.) dedit *eis*. In Cu. Egm. Pal. Goth. B. Aldinis, Gr. a. Turr. etc. ante Oud. *iis*, in Gott. Vrat. ABC. Bonn. *hiis* legitur.

rum autem eorumdemque nominum, quibus singulae appellabantur, ratio Caesaris aetate haec fuisse videtur, ut quota quaeque tum, cum conscriberetur, ad eas, quas populus Romanus iam haberet, accessisset, eodem numero usque ad missionem etiam prioribus aliquot vel omnibus missis vocaretur; neque si Alex. 9, ut exemplo utar, trigesimae septimae mentio fit, triginta septem in illo bello legiones fuisse Caesari aut Romanis existimandum est.

et parte equitatus] auxiliarii, nisi fallor, non legionarii, quippe quem Caesar diversum ab auxiliis neque habuisse illo tempore, neque, si haberet, non integrum potius, quam partem adiuncturus fuisse legioni videtur. Cf. infra c. 11 §. 3.

ad summas Alpes] Cf. adn. ad 1, 22 §. 1.

§. 2. patefieri] Sic Pompeius in epistola ad senatum in fragm. Salust. p. 230 Gerl. de Alpibus: *per eas iter aliud atque Hannibal nobis opportunius patefeci.* Adhuc tamen iter illud erat impeditum et paene interclusum. Magis proprie discissa nive viae *patefactae* dicuntur 7, 8.

§. 4. expugnatis, missis] Simili participiorum concursu 4, 18 *fuga comparata, hortantibus his* et ib. 24 *consilio Romanorum*

Digitized by Google

ad eum undique legatis obsidibusque datis et pace facta constituit cohortes duas in Nantuatibus collocare, et ipse
5 cum reliquis eius legionis cohortibus in vico Veragrorum, qui appellatur Octodurus, hiemare; qui vicus positus
6 in valle non magna adiecta planitie altissimis montibus undique continetur. Cum hic in duas partes flumine di-

§. 4. cohortes] *cohortis* Oud. secundum Voss. A.

Nantuatibus] *nantuantibus* Gu. Bonn. *mantuatibus* Egm. Vrat. A. *mantuantibus* Vrat. B. *antuatibus* Voss. A. Bong. A. Vind. CDI. edd. ante Iu. *atuatibus* Vind. A.

et ipse] *ipse* duo codd. Vrsini, ed. Scal. etc. ante Oud., quae quidem ratio Caesari usitatissima est. Cf. 1, 10 §. 3. 18 §. 3. Tamen ut hic, ita 7, 18: *Vercingetorigem consumpto pabulo castra movisse propius Avaricum atque ipsum cum equitatu expeditisque — eo profectum, quo* etc.

Octodurus] Bong. A. Iu. et seqq. *Ottodorus* Hamb. Bonn. *octodoius* Dr. B. *Octodorus* reliqui cum edd. ante Iu. (Pet. Gott. Voss. A. Egm. sec. Fabr.) Scripturam Bongarsiani libri tuetur Orosii 6, 8 in. codex antiquissimus. Etiam Plin. Hist. nat. 3, 24 *Octodurenses* et in Itiner. *Octodurum* accusativo legitur. Praeterea Salodurum, Marcodurum, Antissiodurum et alia eiusmodi sunt, item Durobriva, Duromellum et similia, quibus *aquam* ex vetere Britannorum lingua significari statuit Bochartus T. 1 p. 1297. Quamquam illorum quoque nonnulla interdum in *dorum* exeuntia faciunt librarii. De quantitate paenultimae eadem mihi, quae in nomine *Curiosolitum* 2, 34, dubitatio, an perperam producat eam Baumstarkius. Certe *Ernodurum* abiit in *Ernotrum*.

§. 5. planitie] Vind. A. Rom. a. Med. a. Ven. bf. Gr. b. Turr. non — *cie*. *planiciae* Bong. A.

§. 6. Cum hic in duas partes flumine divideretur] Oudendorpio ex codicum vestigiis legendum videbatur *Cum hunc in duas partes flumen divideret*. Etenim pro *hic* in Bong. A. Leid. A. S. Pet. Lov. Egm. et duobus aliis Oud. *hinc* legitur, quod etiam Dr. A. Vrat. AB. Bonn. Gu. Hamb. Vind. B. exhibent: *huic* in ed. inc., *hac* in Dorv. Pal. Goth. B. Vrat. C., *is* in Bong. C., ipsum vero *hunc* et *divideret* in And. Voss. C. Gott. atque in hoc etiam *flumen* exstat, quod praeterea Bong. A. Pet. Lov. Egm. et tres alii Oud. et Pal. Goth. B. Vind. E. Gu. Hamb. Bonn. Vrat. B. et ante corr. Ald. habent. In Bong. C. *fluminis*, in Dr. A. *flumine* correctis duabus posterioribus syllabis scriptum, denique *divideretur* in Vind. A. ante *flumine*, in Vind. C. *videretur* pro eo positum est. Sed nihil horum non errori librariorum acceptum referri potest, et commodiorem vulgata, quam quae Oudendorpio placebat, scriptura verborum posituram habet. Non magis ego in *flumine* haereo, cui Oud. vix videbat quomodo locus esset in vico, qui undique altissimis contineretur montibus, cuiusque idem alibi in tota hac historia non haberi rationem mirabatur, cum ab hac parte aliquo modo tutus esse potuerit Galba. Quidni per vallem,

cognito, *praemisso equitatu* legitur.

§. 6. in duas partes] Cf. adn. ad 1, 1 §. 1 secunda.

Digitized by Google

videretur, alteram partem eius vici Gallis ad hiemandum concessit, alteram vacuam ab illis relictam cohortibus attribuit. Eum locum vallo fossaque munivit. 2. Cum dies hibernorum complures transissent, frumentumque eo comportari iussisset, subito per exploratores certior factus est ex ea parte vici, quam Gallis concesserat, omnes noctu discessisse, montesque, qui inpenderent, a maxima multitudine Sedunorum et Veragrorum teneri. Id ali- 2

quae planitiem haberet, ferretur flumen exiguae, utpote in summis Alpibus, et latitudinis et altitudinis, quod angusto alveo montes perrumpens non impediret, quo minus vicus ille undique montibus contineretur, munimenti vero cohortibus nihil praeberet, cum ubique vado transiri posset?

alteram partem eius vici Gallis ad hiemandum concessit] om. Voss. A. sec. Fabr. Voss. C. Gott. ob homoeoarcton, ut videtur. *altam partem* etc. S. *alteram p. huius v.* etc. Vind. I. Verba *ad hiemandum* Hotomannus ex hoc loco, quem in omnibus codd. tenent, removenda et post *cohortibus* ponenda ostendit, cuius iudicium Scal. et seqq. probarunt; nonnulli cum Davisio longius progressi utrumque pro insiticio habuerunt. Equidem codices verum exhibere puto. Galli appropinquante Galba dimidio vico relicto, in quo ille hiemaret, alteram partem occupaverant eamque ut per hiemem sibi tenere liceret, ab eo petierant, id quod eis concessit.

Cap. 2. §. 1. frumentumque eo comportari iussisset] om. Vind. D. et edd. ante Ven. f. fortasse quod librarius a *transisset* ad *iussisset* aberraverat. Pro *frumentumque* veteres codd. Vrs. Leid. A. Vind. A. *et frumentum* habent, quod minus frequens altero, cum *et* ut 1, 8 §. 3. 18 §. 4. 44 §. 7 inter duo subiecta sub una coniunctione comprehensa positum ob praecedentis syllabae similitudinem excidisset, in illud mutatum esse potest. Cf. Civ. 1, 2 (non ante) *quam dilectus tota Italia habiti et exercitus conscripti essent*, ubi *exercitusque* in Leid. B. Goth. A. legitur, et Gall. 7, 24 *cum is* (agger) *murum hostium paene contingeret, et Caesar ad opus consuetudine excubaret*, ubi *et* in multis deest. Et copulae defectu natum videtur quod Pal. Confl. *iussit* pro *iussisset* exhibet. Per se vero vulgata nihil offensionis habet. Cf. 1, 4 §. 3. 2, 6 §. 2. 4, 13 §. 2, ut nonnulla e multis afferam.

noctu] *nocte* Dr. A. Vind. B. ut 2, 17 *nocte ad Nervios pervenerunt*. Alterum frequentius est et praeter tempus fere occasionem significat: 5, 37 (*illi aegre ad noctem oppugnationem sustinent: noctu ad unum omnes — se ipsi interficiunt*) et 6, 7 (*Labienus noctu tribunis militum primisque ordinibus coactis*) quibus locis ea significatio aliena est, codices non omnino consentiunt.

inpenderent] Bong. A. Vind. A., non *imp.*

Cap. 2. §. 1. hibernorum] h. e. temporis in castris hibernis transigendi; quo modo Hirtius 8, 50 *hibernis peractis* dixit. Quod autem sequitur *eo*, ita positum est, ut si castra ipsa essent.

§. 2. Id] Usus scriptoris et iuncturae ratio suadent, ut pro-

quot de causis acciderat, ut subito Galli belli renovandi
3 legionisque opprimendae consilium caperent: primum,
quod legionem neque eam plenissimam detractis cohor-
tibus duabus et compluribus singillatim, qui commeatus
petendi causa missi erant, absentibus propter paucitatem
4 despiciebant; tum etiam, quod propter iniquitatem lo-
ci, cum ipsi ex montibus in vallem decurrerent et tela

§. 3. neque eam] „antea aliud fuit pro eis vocibus in Petau.“ Fabr. *neque tam* „Bong. Voss. A. Lov. Egm. cum sex aliis“ Bong. C. et Pal. sec. Confl. Bong. A. Dr. AB. Vrat. ABC. Goth. AB. Hamb. Bonn. Vind. BDF. inc. et reliquae ante Ald. Errorem ab Aldo secundum codices, quales Leid. A. Hav. A. Vind. A. sunt, correctum et vel sine librorum auctoritate corrigendum propagavit ignoratio pronominis post negationem non minus, quam post *et* et *atque* in obiter augenda nominis notione inferri soliti, de quo cf. Zumptius gramm. §. 699. Similiter Quintilianus 4. 2, 27: *erunt quaedam causae, neque id raro, crimine quidem — faciles ad diluendum.* In reliquis locis fere *nec* est.

singillatim] Bong. A. Pet. Lov. Ox. Egm. Dorv. „pluresque“ cod. Brant. *sigillatim* Bong. C. Confl. Dr. AB. Vrat. B. Bonn. Gu. Hamb. Vind. D. Rom. a. Ald. nep. etc. ante Oud. *singulatim* Voss. A. Duk. vet. cod. Vrs. Vind. I. Ven. c. Vasc. Gr. b. Id analogiae magis convenit et apud Terentium Phorm. 5. 9, 43 in optimo cod. Bembino, apud Cic. Phil. 2 §. 92 in Vaticano, Verrinarum locis aliquot item in optimis (v. Zumpt. ad Divin. §. 50 p. 36) apud Salust. Cat. 49 et apud Suetonium (v. Oud. ad Octav. 9) saepe legitur. Alterum tamen Lucilii versu apud Nonium c. 2 n. 320 *Sic singillatim nostrum unusquisque movetur* satis firmatum secundum codices tum h. l. tum 5, 4 et 52 Caesari placuisse existimandum est.

absentibus] om. Bong. A. Lov. Egm. et „tres alii,“ Gott. Vrat. A. Hamb. Bonn. inc. et a m. pr. Pet. Dr. A. Vrat. B. Id casu vel negligentia librarii, non consilio et quod post *detractis* inutile aut vitiosum hoc alterum participium visum esset, factum existimo.

nomen ad superiora referamus et sequentia *ut — caperent* epexegesin facere statuamus. Eadem interpretatione utendum censeo 6, 14 *neque eos, qui disount, litteris confisos minus memoriae studere; quod fere plerisque accidit, ut praesidio litterarum diligentiam in perdiscendo ac memoriam remittant.* in quibus *quod*, cum possit coniunctio esse, tamen pronomen videtur.

neque eam plenissimam] utpote proeliis superioribus attenuatam. Eo respici superlativus iubet. Iam vero duae cohortes et complures singillatim aberant; quo magis eam despiciebant.

singillatim] Iunge cum *absentibus* et *singillatim absentes* eos intellige, qui non coniuncti, ut cohortium duarum milites, sed singuli, alius alio commeatus petendi causa missi, a legione discesserant. Sic *publice, privatim abesse* dicuntur qui publico, privato consilio profecti absunt.

§. 4. ipsi] Oppositos cogita hostes.

Digitized by Google

coniicerent, ne primum quidem posse impetum suum sustineri existimabant. Accedebat quod suos ab se liberos abstractos obsidum nomine dolebant et Romanos non solum itinerum causa, sed etiam perpetuae possessionis culmina Alpium occupare conari et ea loca finitimae provinciae adiungere sibi persuasum habebant. 3. His nuntiis acceptis Galba, cum neque opus hibernorum 5

§. 4. quod] *qui* Vind. B. *cum* a m. pr. Voss. A. sec. Fabr. om. Cu. Leid. A. S. Bong. C. Conl. Dr. B. Vind. AC. qua de re idem sentio, quod de vocabuli *absentibus* praetermissione; quamquam hoc *quod* ab ipso scriptore praetermitti potuit. Sed vide locum simillime conformatum 2, 1.

posse impetum suum] *i. s. p.* Vind. A. In Vrat. C. *posse* in margine est. *i. p.* veteres codd. Vrs. in Not. „Vocem *suum* reiiciebat Faernus, quae et a veteribus quoque libris abest." Vrs. in Emend. *p. i.* Lips. et segq. usque ad Oud. Sic oratio similis fit illi 6, 37 *vix primum impetum cohors in statione sustinet.* Sed plerumque additus est genitivus, *hostium*, *militum* vel similis, cuius hic pronomen locum obtinet, quod codices eiici non patiuntur.

sustineri] „Bong. Pet. Ox. Leid. A. S. Egm. et alii multi." *sustinere* „MSS. et Edd. Vett." Clarkius. Voss. A. sec. Fabr. Bong. C. et Pal. Conl. Dr. B. et a m. s. A. Vrat. BC. Goth. AB. Hamb. Bonn. Gu. Vind. ACDFI. edd. ante Ald. corr. et Cl. (*subst.* Vrat. C. Goth. A. Hamb. Vind. FI. Rom. a. Med. a.). Similiter discrepant codices 1, 31 §. 13, ubi activum praetulimus, et infra c. 13 §. 6, ubi passivum necessarium est: h. l. activum ferri et *legionem* subaudiri potest. Sed aptius videtur passivum, quod maiorem illorum spem fuisse ostendit: propter iniquitatem loci a nemine, nedum a paucis cohortibus impetum suum sustineri posse existimabant.

§. 5. finitimae etc.] *finitima provinciae, adiungere sibi* coniiciebat D. Vossius dictione *sibi persuasum habebant* offensus. Cf. Interpr.

Cap. 3. §. 1. opus] *tempus* veteres codd. Vrs. vetus cod. Ciacc. Ox. Vind. A. et pro v. l. margo Voss. A. quod qui primus posuit, calami errore posuisse videtur: posteriores ob c. 2 initium tolerabile putaverint.

§. 5. obsidum nomine] als Geißeln. Cf. 6, 19 *quantas pecunias ab uxoribus dotis nomine acceperunt.* 7, 89 *toto exercitu capita singula praedae nomine distribuit.*

non solum itinerum causa] quae causa mittendi Galbae fuerat, quamque is in pace facienda ostendisse putandus est.

sibi persuasum habebant] Singularis dictio, cuius alii aliam rationem reddere conati sunt. Mihi e sermone vulgari petita videtur, a quo pleonasmus non abhorret. Similes hae sunt: Hisp. 2 *neque, ut ipse voluit, equitatum sibi praesidio habuit.* Caelii ad Cic. Fam. 8, 8 extr. *eos tibi et rem, de qua misi, velim curae habeas.*

Cap. 3. §. 1. opus hibernorum munitionesque] Cum *opus* iam per se munitiones significet, ut 1, 49 *opus perficere*, 5, 40 *quae dees-*

munitionesque plene essent perfectae, neque de frumento reliquoque commeatu satis esset provisum, quod deditione facta obsidibusque acceptis nihil de bello timendum existimaverat, consilio celeriter convocato sententias ex-
2 quirere coepit. Quo in consilio, cum tantum repentini periculi praeter opinionem accidisset, ac iam omnia fere superiora loca multitudine armatorum completa conspicerentur, neque subsidio veniri neque commeatus subportari interclusis itineribus possent, prope iam desperata salute nonnullae huiusmodi sententiae dicebantur, ut impedimentis relictis eruptione facta isdem itineribus, qui-

munitionesque] *munitiones* Ald. nep. Lips. Cf. interpr.

plene] *plenae* Bong. A. Voss. A. Leid. B. Dorv. Goth. B. Med. a. Ven. Edd. Ber., quarum Ven. de. Ber. deinde *perfecte* exhibent. *plane* Hamb. quod etiam Ciceronis loco de Div. 2 §. 3 *quae* (quaestio) *ut plene esset cumulateque perfecta* in codicibus quibusdam legitur.

consilio] „hic et paulo post recte Bong. A. Lov. Ox. Egm. et tres quatuorve alii cum Edd. primis.“ etiam Bong. C. et Pal. Confl. Gu. Hav. A. *concilio* Bonn. Vind. A. Rom. a. Ald. et seqq. usque ad Dav. item Cl. et Oud. 2. Cf. adn. crit. ad 2, 10 §. 4. Paulo post (§. 2) etiam Gu. et Vrat. C. cum Bonn. et Vind. A. editionesque exceptâ Rom. a. eaedem *concilio* exhibent.

§. 2. subportari] Vind. AC. Voss. A. non *supp.*

possent] „Gott. Voss. A. Egm.“ Fabr. „codices plerique.“ Clark. *posset* Aldinae (prima corr.) Gr. ab. Turr. Cl. Cf. adn. crit. ad 2, 5 §. 5.

isdem] Egm. sec. Fabr. Vrat. A. Vind. A. *eisdem* a m. pr. Dr. A. *hisdem* idem a m. s. cum Bong. A. Dr. B. Vind. B. et Pet. Gott. Voss. A. sec. Fabr. *hiisdem* Vrat. BC. Bonn. *iisdem* Goth. B. (in Goth. A. totum caput truncato folio deest.) Hamb. et edd. a me visae omnes. „MSS. et Edd. qdd. *hisdem*, *isdem*. et semper.“ Cf. 2, 7 §. 1.

se operi videbantur, perficiuntur, addi *munitionesque* necesse non fuisse intelligitur. Sed quia *opus hibernorum* etiam de labore in hibernis muniendis occupatorum militum dici potérat, ut *in opere versari* 7, 27 et 77, epexegesis modo illud additum est. Cf. *exempla cruciatusque* 1, 31 §. 12 ibique notata, et infra c. 12, 1 *lingulis promontoriisque* et c. 25 §. 1 *vallo munitionibusque*. Oudendorpius, dum Claccomium verba corrupta putantem refelli maxime simili loco Civ. 1, 20 *opera munitionesque prope esse perfectas* ostendit, pleonasmum infert, quo Caesar interdum utitur, ut 6, 43 *alias regiones partesque* et Civ. 2, 16 *diu longoque spatio*, hic vero remota necessitate non statuendus est usus esse.

§. 2. praeter opinionem] quemadmodum in rebus repentinis usu venire solet; quamquam minime omnia, quae repente fiunt, praeter opinionem omnium, et multa quae quis non opinatus est, minime repente fiunt. Cf. adn. ad c. 8 §. 3.

sententiae dicebantur, ut] Cf. Civ. 1, 3 *dicuntur etiam a non-*

Digitized by Google

bus eo pervenissent, ad salutem contenderent. Maiori tamen parti placuit hoc reservato ad extremum consilio interim rei eventum experiri et castra defendere. 4. Brevi spatio interiecto, vix ut his rebus, quas constituissent, collocandis atque administrandis tempus daretur, hostes

Cap. 4. §. 1. his] *hiis* Vrat. C. *iis* Voss. A. sec. Fabr. *bis* Ven. cde. *omnibus* Vind. C. „deest *his* sive *iis* a B. c. Pet. Lov. Egm. et 3 aliis cum Ed. Inc.“ om. Gott. Bong. A. Dr. A. Vrat. AB. Gu. Hamb. Bonn. Cf. 1, 44 §. 13. 47 §. 1. 2, 35 §. 1.

collocandis] „In VV. CC. legitur quoque *colloquendis*, quod Hotomanno impense placet.“ D. Voss. „*colloquendis*. Sic omnes quos vidi; praeter Romanum, in quo legitur *collocandis*, nullo sensu. Rara est et notanda locutio.“ Hotom. „pro *colloquendis* Faernus legebat *collocandis*; quam scripturam retinuit Manutius.“ Vrsin. in Emend. „Bene defendunt hanc lectionem (*collocandis*) contra MSStos aliquot, in quibus et Bong. A. cum Edd. quibusd., et viros doctos Vossius et Davisius.“ Oud. In Bong. A. teste Plüschkio *conloqundis* cum puncto sub *u* legitur. Reliqui mei

nullis sententiae, ut legati ad Caesarem mittantur.

ad salutem contenderent] Similiter Hisp. 29 *ut tali conditione contenderent ad victoriam.* Cic. Phil. 14 §. 32 *quis esset tam amens, qui maximis laboribus et periculis ad summam laudem gloriamque contenderet?* Post verba tamen *isdem itineribus*, quae haud dubie proprie dicta sunt, fatendum est praeter opinionem inferri metaphoricam dictionem, magisque exspectari potuisse *fuga salutem peterent*, cuius verbi turpitudinem nescio an istos, quorum haec sententia fuit, sic evitantes fecerit scriptor.

§. 3. rei eventum experiri] h. e. manendo cognoscere, quem eventum concursus et impetus barbarorum habiturus esset. Alias *experiri* aggrediendo magis, quam resistendo cognoscere, quale quid sit qualemque vim habeat, significat, ut cum *fortunam* (1, 31 §. 14 et Civ. 2, 30) vel *auxilium* (infra c. 5 §. 2) vel *omnia* (4, 4. 7, 26. 78) experiri aliquis dicitur: ad solam cognoscendi voluntatem *exspectare* verbum pertinet, cognituri moram significans et secundum cognitum acturi, quod ipsum alibi ad *eventum* relatum (7, 49 *ipse paulum ex eo loco cum legione progressus, ubi constiterat, eventum pugnae exspectabat.* Civ. 3, 94 *se in praetorium contulit, summae rei diffidens et tamen eventum exspectans.*) hoc loco minus aptum erat propterea, quod illorum mansio minime otiosa futura erat. Itaque scriptor *experiri eventum* posuit, quietis notionem excludens et tamen actionem non sponte progressam in animo habens. Germanice diceres versuchen, wie die Sache ablaufen wird. Cf. 2, 16 *nam his utrisque persuaserant, uti eandem belli fortunam experirentur.*

Cap. 4. §. 1. vix ut] Cf. adn. ad 1, 6 §. 1.

quas constituissent] quaeque ob id ipsum, quod eas constituerant, collocandae eis et administrandae erant. Hunc enim nexum rerum, non secus similem causali, quam cui significando *cum* coniunctio respondens illa Germanicae als inservit, scriptori ob animum versatum esse coniunctivus declarat.

Digitized by Google

ex omnibus partibus signo dato decurrere, lapides gaesa-
2 que in vallum coniicere. Nostri primo integris viribus

praeter Hamb., in quo est *locandis*, cum vulg. consentiunt, neque ego D. Vossium in codicibus, Oudendorpiumve in pluribus, quam uno in Bong. invenisse *colloquendis*, sed *omnes*, quos Hotomannus narrat, qui libri editi sunt, pro manu scriptis habuisse puto. *colloquendis* ediderunt Ald. Gr. ab. Vasc. Turr. Lips. perperam, ut mihi quoque quamvis consensui Bong. A. et Ald. aliquid tribuenti videtur. Sed facile erat errare, et *colloqui* tam inusitatam tamque ineptam dictionem facit, quam exquisitam et aptam *collocare*, quod respondens Germanico anordnen simili modo positum est ab Hirtio Alex. 33 *sic rebus omnibus confectis et collocatis ipse itinere terrestri profectus est in Syriam.*

gaesaque] Ita primus edidit Lipsius, ut in VV. CC. scriptum esse testatus erat Vrsinus in Not. (in suo et in Faerni libro in Emend.) nec aliter Vrat. C. Reliquorum qui diphthongum habent, iidem *c* pro *g* habent; *caesaque* Bong. A. Voss. A. Lov. et pro v. l. Goth. A.; qui *g* tenent, fere *e* et *ss* exhibent: *gessaque* duo Oud. Vind. DI. Rom. a. Med. a. Ven. bcf. Aldinae, Gr. a. Vasc. St. *gesaque* cod. Brant. Gr. b. Turr. *gestaque* Ven. de Ber. *i esaque* Pet. sec. Fabr. (*ies.* sec. Oud.) *cesaque* Pal. sec. Confl. Goth. B. Hamb. Sed maior pars codicum cum inc. et Orosio, ut videtur (cf. adn. sq.) *telaque* habent, „plurimi" Oud. Egm. Gott. Ort. sec. Fabr. Bong. C. sec.) Confl. Dr. AB. Vrat. AB. Goth. A. Bonn. Vind. CEF. et, qui *tellaque*, B. Gu. et pro v. l. a. m. s. Hamb. *tela* Vind. A. *hastas tela* Leid. A. *Gaesaque* vel *gess.* (illud apud Livium quoque aliosque Latinos, quorum locos vide in interpr., fere vulgatum Graecorum maxime, Diodori, Athenaei, Pollucis aliorumque grammaticorum, quibus γαῖσον seu γαισός est, hoc Virgiliani codicis Medicei Aen. 8, 661 *gessa* exhibentis auctoritate nititur) quin a Caesare profectum sit, dubitari vix potest. Quis enim sua sponte id nominis inferret? Sed *telaque* per se non minus probabile est et in Ephemeridibus positum in Commentario cum altero magis proprio permutari, aut hoc in Ephemeridibus, illud in Commentario scribi a Caesare potuit. Tamen codicum ratio eo ducit, ut *tela* ex glossemate ortum statuamus, cum non tantum in eis, qui alterius utrius generis sunt, sed in diversarum familiarum libris nec iis omnino consentientibus exstet.

gaesaque] Gaesa Caesar his unis tribuens Alpinorum propria existimasse, eiusque auctoritatem Virgilius secutus videtur Aen. 8, 661 *duo quisque Alpina coruscant Gessa manu*, et Virgilium Silius 1, 629 *Alpinaque gaesa* dicens. Secundum alios, ut Varronem apud Nonium p. 555 Merc. et Servium ad Aen. 7, 664, omnino Gallorum erant. Itaque de Gallorum exercitu Claudianus in Eutrop. 2, 250 *Gesaque*, inquit, *deposuit iam Graio mitis amictu*, et de Gallia idem de laud. Stil. 2, 242 *Binaque gesa tenens*, et de Virdumaro Belga Propertius 4, 10, 42 *Nobilis e tectis fundere gaesa rotis.* Atque Celticam vocem esse *gess* Bulletus ab Heynio ad Virg. Aen. 8 citatus in *Mémoires sur la langue Celtique* T. II. ostendit. Aliis Italicum telum videbatur. Antiatticistes Bekkeri Anecd. p. 88, 2: γαῖσον· τὸ ὅπλον, δοκοῦν εἶναι Ἰταλικόν. His suf-

Digitized by Google

fortiter repugnare neque ullum frustra telum ex loco su-

§. 2. repugnare] *propugnare* Vind. A. St. et fortasse Orosius 6, 8 hoc ita referens: *raros per ultum propugnatores saxis telisque onerant.*

fragatur Livius 8, 8 de vetere militia Romanorum eadem atque Latinorum: *leves autem qui hastam tantum gaesaque gererent, vocabantur*, et 9, 36 de Romanis speculatoribus in Etruscis: *iere pastorali habitu, agrestibus telis, falcibus gaesisque binis armati.* Ad Romanos tamen ab Iberis ea pervenisse Athenaeus auctor est l. 6 p. 273 F: παρὰ Ζαννιτῶν δὲ ἔμαθον Ῥωμαῖοι χρῆσιν, παρὰ δὲ Ἰβήρων γαίσων. et nunc quoque lingua Bascorum *gesi* hastam, iaculum, verutum significare docet Adelungius in Mithridate T. 1 p. 60 a Schweighaeusero ad Polyb. 2, 22, 1 laudatus. Sed longius etiam originem gaesi petit Pollux 7, 157: δορύξοις, δόρυ ὁλοσίδηρον· καλεῖται δὲ γαισὸς καὶ ἔστι Λιβυκόν. Nec desunt auctores. Idem Livius, qui Italis tribuerat, 26, 6 *Poenorum* in pugna Appii Claudii pectus gaeso ictum tradit. Diodorus Sic. 13, 57 de *Carthaginiensibus* Selinunte grassantibus haec habet: τινὲς δὲ κεφαλὰς ἐπὶ τῶν γαισῶν καὶ τῶν σάυνίων ἀναπείροντες ἔφερον. Ai Silio 2, 444 Poeno pastori *Gaesaque latratorque Cydon* assignantur. Quibus vestigiis insistens Bochartus T. 1 p. 669 in nomine Chaldaico גיסא *gisa* iaculum vel sagittam significante ultimam Latini originem deprehendisse sibi videbatur. Nescio, an vere: peregrinum quidem vocabulum esse et a barbaris ad Latinos, a Latinis ad Graecos transisse ex ipsius tenore et e testimoniis atque exemplis, quae proposita sunt, apparere puto; neque Statii auctoritate adducor, ut veteribus Graecis, quorum in scriptis frustra quaeratur, usurpatum credam ideo, quod Theb. 4, 64 dicit: *Haec manus Aurastum numero ter mille secuti Exultant, pars gesa manu, pars robora flammis* etc. et Achill. 2, 418 *quo Paeones arma rotatu, Quo Macetae sua gesa vitent.* Sed Caesaris aetate Romae vulgo notum et usu receptum fuisse hic ipse locus nos docet. Quod ad formam modumque gaesorum attinet, tenuiora ea et hastis quam pilis similiora fuisse necesse est, si bina a singulis gestabantur, quod etiam Varro apud Nonium l. c. testatur: *qui gladiis cincti sine scuto cum binis gessis essent.* Graviora tamen iaculis ostendit Festi glossa: *Gesum grave iaculum*, eodemque Pollucis verba supra relata ducunt et Hesychii glossa γαισός· ἐμβόλιον ὁλοσίδηρον, *iaculum totum ex ferro.* Apud Suidam duplex et scriptura et declaratio exstat, una in γίσοι: ἔστι δὲ ὅπλον, ἢ κοντὸς, μακρόθεν κοντοῦν, *eminus pungens*, altera haec: γαῖσα καὶ γαισόν· κοντός, εἶδος ἀμυντηρίου, οἷον δόρατος· δόρυ autem est pilum potius quam hasta. Ad priorem declarationem accommodata itemque scripturae diversitate notabilis est glossa Lexici MS. Vratisl. γαισσός· κοντάριον. (γησσός in alio Lexico inventum a se memorat Alberti ad Hesychii l. c.)

§. 2. ex loco superiore] Recte vallum interpretantur et ad planitiem c. 1 §. 5 commemoratam referunt; sed simul monendum est Caesarem significare non prius, quam in planitiem descendissent et inferiore in loco versarentur hostes, tela a militibus in eos mitti coepta esse, quae si in decurrentes de montibus missa essent, licet ex vallo mitterentur,

Digitized by Google

periore mittere, ut quaeque pars castrorum nudata defensoribus premi videbatur, eo occurrere et auxilium ferre, sed hoc superari, quod diuturnitate pugnae hostes

ut quaeque] *ut quaque* Egm. Vrat. A. *ut quoque* a m. pr. Dr. A. *utque* Dr. B. Vind. E. *et quaecunque* V.V. CC. Ves. in Not. Cu. And. Leid. A. S. Vind. A. St. Cf. 4, 26 *atque alius alia ex navi quibuscunque signis occurrerat, se adgregabat.* 5, 41 *licere illis incolumibus per se ex hibernis discedere et quascunque in partes velint, sine metu proficisci.* Horum exemplo illud tueri se potest: tamen cum altero comparatum correctori tribuendum videtur, qui hoc sequentibus parum convenire putaret. Scilicet post *ut* exspectabatur *ita*, ut pro ratione periculi promptum animum exseruisse et ita, ut quaeque pars castrorum egere auxilio videretur, tulisse auxilium milites dicerentur. Sic 6, 15 *eorum ut quisque est genere copiisque amplissimus, ita plurimos circum se ambactos clientesque habet.* Sed hoc ipsum *ita* scriptor subaudiendum reliquit, ut 7, 48 *eorum ut quisque primus venerat, sub muro consistebat.* eoque omisso praepositoque deinde adverbio *eo* anacoluthо similem orationem fecit.

occurrere] *concurrere* Leid. AC. Dr. A. Vind. B. Vrat. B. Bonn. inc. quod etsi ferri potest, tamen casu natum in diversis libris videtur. Ad *occurrere* cogitatione addas *hostibus*, quod, quia *eo* magis necessarium erat, scriptor omisit. Cf. 7, 24 *ut quo primum occurreretur, aut cui rei ferretur auxilium, vix ratio iniri posset*, quamquam ibi magis dubia scriptura est.

tamen *ex loco superiore* missa dici vix potuissent, neque vero non frustra essent missa. Quod autem *loci superioris* interpretationi illi praesidium ex 1, 26 §. 3 petunt, minus recte faciunt. Nam quaecunque ex *vallo*, h. e. opere continuo et in terrae solum ita instructo, ut pars soli esse videatur, sive tela sive alia in locum inferiorem mittuntur, ea recte ex *superiore loco* missa dici ne opus quidem est ut exemplis probetur; illic vero *superior locus* aliter atque illi putant, intelligendus videtur.

superari] inferiores esse, im Nachtheil seyn. Similiter infra c. 14 §. 8 *reliquum erat certamen positum in virtute, qua nostri milites facile superabant*, h. e, κρείττονες ἦσαν, nulla ratione singularis alicuius pugnae habita, sed omnino, ita ut status describatur, non actio. Atque illo loco Sincerus verum vidit, hoc nostro aberravit: aber dadurch sind sie übermannet worden. Ex eo autem, quod infinitivum historicum scriptor etiam ad hoc extremum adhibuit, tuto colligas non hanc, quam nonnulli perhibent, eius esse vim, ut subito aut praeter opinionem facta significet, quippe quorum nihil hic potuerit significari. Genus loquendi ellipticum esse cum res ipsa docet, tum Quinctilianus 9, 3 §. 58 confirmat. Supplementum vero, quo is utitur, non sufficere et praeter *coeperunt* requiri *et perrexerunt* videtur, ut finiti temporis praesentis atque imperfecti vi in unum infinitivum collata initium simul et continuatio rei vel actionis demonstretur. Certe Caesaris in scriptis (locos infra ad c. 21 §. 1 monstravi) hanc fere vim habere et hunc in usum ab inculto sermone imitatione et arte adscita esse ellipsis videtur. Quae si praeter exspectationem orationis filum rumpit, nonnun-

Digitized by Google

defessi proelio excedebant, alii integris viribus succedebant; quarum rerum a nostris propter paucitatem fieri 3
nihil poterat, ac non modo defesso ex pugna excedendi, sed ne saucio quidem eius loci, ubi constiterat, relinquendi ac sui recipiendi facultas dabatur. 5. Cum iam amplius horis sex continenter pugnaretur, ac non solum vires, sed etiam tela nostris deficerent, atque hostes acrius instarent languidioribusque nostris vallum scindere et fossas complere coepissent, resque esset iam ad extremum perducta casum, Publius Sextius Bacu- 2

Cap. 5. §. 1. sex] Bong. A. Dr. AB. Vrat. ABC. Goth. AB. Bonn. Hamb. Vind. E. edd. ante Ald. nep. et Turr. non VI. In Vind. A. St. numerale ante substantivum positum est, minus ante. Cf. adn. crit. secunda ad 1, 1 §. 1.

et] *ac* Vind. A. om. Hamb.

fossas] *fossam* Bong. A., quod propter illa c. 1 extr. *cum locum vallo, fossaque munivit* praeferendum videri potest. Sed non ab uno tantum castrorum latere fossa obducta erat, et pluribus in partibus hostes aditum expediebant. Similiter 5, 51 *ut — alii vallum manu scindere, alii fossas complere inciperent.*

perducta] *deducta perducta* Vrat. A. cum duobus punctis sub priore. *deducta* ed. Scal. Iu. Elz. Graev. Dav. Cl. ex Ciacconii coniectura. *producta* margo ed. Plantin. sec. Oud. Cf. 5, 31 *res disputatione ad mediam noctem perducitur.* Ib. 45 *res ad paucitatem defensorum pervenerat.* quibus in locis significatio praestituti termini, quae praepositionis *per* in his compositis esse solet, minus etiam conspicitur.

casum] *cassum* Ven. b.

quam fortasse rerum oratione enuntiatarum similitudinem refert, per se vero nihil aliud nec plus nec minus efficit, quam quod brevis et concisus sermo efficere solet.

§. 3. non modo] Cf. adn. crit. ad 2, 17 §. 4 paenultima.

ubi constiterat] Huius plusquamperfecti vulgarem et diversam ab illa, quam in adn. crit. ad 2, 6 §. 4 demonstravimus, significationem esse facile senties, si verbi *consistere* esse reputaveris.

Cap. 5. §. 1. amplius horis sex] Cf. 4, 37 *amplius horis IIII. fortissime pugnaverunt.* Vtroque loco ablativus ex comparativo pendere videtur, cuius si nullam scriptor rationem habuisset, *horas* posuisset, qui casus legitimus erat. Sic 2, 16 *Sabim flumen ab castris suis non amplius milia passuum x. abesse.*

vallum scindere et fossas complere] Haec ita nexa sunt, quasi iidem utrumque et prius posterioris causa fecerint, materia, qua vallum constabat, detracta fossas ante vallum compleverint; et fieri ita potuit, si, id quod propter c. 3 §. 1 sumere licet, fossae nondum in eam, quae humanam staturam superaret, altitudinem depressae erant. Sed tamen vallum scidisse non minus oppugnantium intererat, quam fossas complesse, et alias hoc illius potius, quam illud huius gratia institutum legimus, e. c. apud Livium 7, 37 *fremere omnis acies: complendas esse fossas scindendumque*

Digitized by Google

Ius, primi pili centurio, quem Nervico proelio compluribus confectum vulneribus diximus, et item Gaius Volusenus, tribunus militum, vir et consilii magni et virtutis, ad Galbam adcurrunt atque unam esse spem salutis docent, si eruptione facta extremum auxilium experirentur.
3 Itaque convocatis centurionibus celeriter milites certiores facit, paulisper intermitterent proelium ac tantummodo

§. 2. primi pili] Vrat. BC. Hamb. Bonn. Rom. a. Ven. cde. Ber. non *primipili*, quemadmodum in reliquis edd. est. Cf. adn. crit. quarta ad 2, 25 §. 1. In Pal. Conf. est *principali*.

vulneribus] *voln.* Bong. C. Conf. Cf. 2, 23 §. 1.

Gaius] Pet. Egm. Gott. Voss. A. sec. Fabr. Bong. A. Dr. AB. Vrat. AB. Bonn. Vind. BEI. Petrarch. Hist. 8, 2. *G.* Hamb. Goth. A. Med. a. Ven. b. *Caius* Vind. F. *C.* vulgo et Oud., qui MSS. et Edd. pp. *Gaius* vel *G.* exhibere testatur. Cf. 1, 40 §. 5 et 53 §. 5.

vir] *viri* S. *consultissimi duo fortissimique viri* Petr. Hist. 8, 2. qui si sua sponte consilii laudem cum Baculo communicavit (codices quidem Petrarchae diversi a Scal. generis fuerunt) invito Caesare fecit, qui et 2, 25 nihil nisi fortitudinem eius praedicat et h. l. ita verba posuit, ut propriam Voluseno laudem consilii attribuere videatur.

adcurrunt] Bong. A. Voss. A. Hamb., non *acc.*, quod etiam Oud. habet.

vallum et in castra irrumpendum, et a Caesare in adn. crit. vidimus 5, 51 aliis hoc, aliis illud assignari. Itaque etiam hos vallum scindentes et fossas complentes hostes quidem omnes fuisse, sed alios aliud alia in parte eodem tempore facientes significari statuamus.

ad extremum — casum] h. e. eo, ut quod extremum et gravissimum accidere oppugnatis potest, iamiam instare videretur.

§. 2. diximus] 2, 25 §. 1.

Gaius Volusenus] Eius mentio iterum fit 4, 21, tum 6, 41 et, ubi Quadratus cognomine appellatur, 8, 23. Ib. 48 et Civ. 3, 60 praefectus equitum audit.

et virtutis] sc. magnae. Eodem modo accipi potest illud 4, 33 *usu quotidiano et exercitatione.*

unam esse spem] Haec Oud. in sec. ed. colon pro commate post *docent* ponens ita intellexisse videtur, ut si Germanice dicas es gebe nur eine Hoffnung. Nos comma servantes intelligimus die einzige Hoffnung sey, idque lenius et usui linguae pariter atque huius periodi clausulae convenientius existimamus. Cf. 5, 29 *unam esse in celeritate positam salutem.* Civ. 2, 42 *unam, ut miseris in rebus, spem reliquam salutis esse arbitratus* — dieß für die einzige noch übrige Hoffnung haltend.

§. 3. certiores facit — intermitterent] Rei ipsius, de qua certiores eos fecerit, quam rem in facto positam esse necesse erat, significatio omissa et pro ea re id, quo illa spectaverit, significatum est ita, ut de illa dubitari nequeat quin *voluntas* fuerit eius, qui certiores fecerit. Itaque *certiores facit* non idem est, quod *imperat* aut *hortatur*, sed quod ubique, *facit, ut scirent*, sciendi autem obiectum, h. e voluntas facientis, ex eius voluntatis obiecto *inter-*

Digitized by Google

tela missa exciperent seque ex labore reficerent, post dato signo e castris erumperent atque omnem spem salutis in virtute ponerent. 6. Quod iussi sunt, faciunt ac subito omnibus portis eruptione facta neque cognoscendi, quid fieret, neque sui colligendi hostibus facultatem relinquunt. Ita commutata fortuna eos, qui in spem po-

§. 3. dato signo] „MSS. plerique." (etiam Bong. A.) Pet. Gott. Egm. sec. Fabr. Hav. A. Goth. A. a m. pr. Ven. f. St. *s. d.* Dr. B. Vrat. C. Goth. B. Hamb. Vind. BD. Goth. A. a m. s. edd. rell. ante Oud. et Oud. 2. quo ordine supra c. 4 §. 1 et 1, 52 §. 2 et 8, 26 §. 4 sine varietate scriptum et 7, 3 §. 1 secundum codices scribendum est. Sed *dato signo* item sine varietate legitur 4, 23 §. 6 et in melioribus libris 7, 46 §. 4.

e castris] Dr. A. Vind. AB. Ven. f. et seqq. usque ad Oud., qui *ex e* dedit. In edd. ante Ven. f. tantum *castris* legitur. „MSS. plerique," quos Oud. eosdem in mutanda praepositione atque in ordinandis duobus proximis vocabulis secutum se ostendit, numero fortasse pares fuerunt, ceterum neque eosdem neque pares auctoritate fuisse meorum comparatio et exemplar Fabr. docet, *ex* non Petaviano, sed Vossiano A. cum Gott. et Egm. tribuens. In Confl. tamen non solum Bong. C. et Pal., sed etiam Pet. *ex* habere traditur, quod et meorum in plerisque et secundum Plüschkii silentium etiam in Bong. A. exstat et omnino multo frequentius altero est. Sed eo minus alterum a bonis libris et diversorum generum oblatum sperni debebat, et 1, 27 §. 4 *e castris* potiores, 7, 58 §. 2 omnes exhibent.

Cap. 6. §. 1. fieret] *facerent* Leid. A.

mitterent colligendum. Eadem ellipsi Hisp. 2 *legatos — de suo adventu facit certiores, utque sibi equitatus, qui ex provincia fuisset, praesidio esset.* Nam ita haec legenda sunt. Cf. 5, 36 *ille cum Cotta saucio communicat, si videatur, pugna ut excedant.* Civ. 2, 31 *ut etiam ut media nocte proficiscamur, addunt.* Quod si Germanice interpreteris aber sie fügen auch noch hinzu, daß wir mitten in der Nacht aufbrechen sollen, ita demum adaequare Latino scito, si daß explendae ellipsis, sollen coniunctionis *ut* et coniunctivi causa positum putes. Ceterum Galba non per se coram, sed per centuriones ob id ipsum convocatos certiores de sua voluntate milites fecisse existimandus est.

dato signo] Cf. adn. ad 2, 20 §. 1 extr.

Cap. 6. §. 1. sui colligendi] Proprie dictum puta, ut 5, 17 *magnoque eorum numero interfecto neque sui colligendi neque consistendi aut ex essedis desiliendi facultatem dederunt.* et 7, 80 *item ex reliquis partibus nostri cedentes usque ad castra insecuti sui colligendi facultatem non dederunt.* De constructione minus legitima, cum aut *sui colligendorum*, aut *se colligendi* dici deberet, cf. Zumptii §. 660 sq. Eiusdem generis est 4, 13 *sui purgandi causa*, ib. 34 *sui liberandi facultas*, 5, 38 *sui in perpetuum liberandi occasionem*, 6, 37 *recipiendi sui facultatem* et 7, 50 *sui fallendi causa.*

§. 2. in spem — venerant] Cf.

Digitized by Google

tiundorum castrorum venerant, undique circumventos interficiunt et ex hominum milibus amplius XXX., quem numerum barbarorum ad castra venisse constabat, plus tertia parte interfecta reliquos perterritos in fugam coniiciunt ac ne in locis quidem superioribus consistere patiun-
§ tur. Sic omnibus hostium copiis fusis armisque exutis
4 se in castra munitionesque suas recipiunt. Quo proelio facto, quod saepius fortunam tentare Galba nolebat atque alio se in hiberna consilio venisse meminerat, aliis occurrisse rebus viderat, maxime frumenti commeatus-

§. 3. exutis] *exustis* Voss. A. *exsutis* Ald. nep. Lips. Iu. Oud. Idem 5, 51 extr. omnes armis *exsuit*, sed 7, 14 impedimentisne *exuant* et ib. 42 omnibus inpedimentis *exuunt* scribit, idque rectius. Est enim *ex — duo*, non *ex — suo*, quod Caecilius p. 2315 Putsch. putabat, contrarium *insuere* faciens. Cf. Cellarii orth. p. 231 Harl. ubi verjora traduntur, quam in Orthogr. Noris. ib. II. p. 211. Neque a *suo* ductum *s* requireret.

in castra munitionesque] *in castra munitiones* Voss. B. *intra munitiones* Ox. Vind. A. *in munitiones* And. Horum utrumvis verum esse potest. Cf. 5, 44 *summa cum laude sese intra munitiones recipiunt*. Afr. 31 *iubet milites omnes intra munitiones se recipere*. et Civ. 3, 54 *se in antiquas munitiones recepit*. Aliquid tamen interesse, addatnne *castra*, an absit, inprimis manifestum fit 5, 44, ubi additum ineptum esset. Hic vero ineptum non est, quippe quo omisso Galba non tam necessarium et suum, quam tutum locum repetisse videretur. Neque *munitiones* addere supervacaneum erat, quo et integras eas mansisse et nonnihil tamen cautionis a Galba adhibitum esse doceremur.

§. 4. se] „MSS. longe plurimi" VV. CC. Vrs. in Not. Pet. Gott. Egm. Lov. sec. Fabr. *sese* Dr. B. Vrat. C. Gott. AB. Vind. AC. edd. ante Oud. et Oud. 2. *quam* Leid. A. Cum *alio* loco et gravitate praecedat, eam formam pronominis, qua enclitico propius est, praeferre debemus.

viderat] *videbat* VV. CC. Vrs. in Not. „quam lectionem Faernus retinuit." Vrs. ib. „*videbat* Faernus." Idem in Emend. Faernum secuti sunt Lips. Scal. Iu. Graev. Dav. Cl. Sed plusquam perfectum ad concinnitatem elegantius nec per se deterius est: semel illud vidisse satis erat. Cf. 2, 24 §. 3. 26 §. 1.

adn. ad 1, 18 §. 5 et dictiones *in amicitiam*, *consuetudinem*, *contemptionem*, *cruciatum venire*, atque ipsum verbum *invenire*.

§. 4. alio se in hiberna consilio venisse] Quo consilio Galba in hiberna venerit, quamquam disertis verbis a scriptore indicatum non est (nam quae Caesari secundum c. 1 §. 2 mittendi Galbae causa fuerat, eo denique omnia Galbae consilia spectare debebant: ubi hiemandum esset, ipsius consilium esse Caesar voluerat ib. §. 3) ex tota narratione, inprimis ex eo, quod rebus occurrisse *aliis*, i. e. a suo consilio diversis dicitur, pace eum in hibernis et amicitia barbarorum uti et suos reficere voluisse apparet. Ceterum imperite faciunt qui asyndeton h. l. comminiscuntur, cui simile sit

Digitized by Google

que inopia permotus postero die omnibus eius vici aedificiis incensis in provinciam reverti contendit ac nullo hoste prohibente aut iter demorante incolumem legionem in Nantuatis, inde in Allobroges perduxit ibique hiemavit.

7. His rebus gestis, cum omnibus de causis Caesar pacatam Galliam existimaret, superatis Belgis, expulsis Germanis, victis in Alpibus Sedunis, atque ita inita hieme Illyricum profectus esset, quod eas quoque nationes

Nantuatis] „Sic per *i* Bong. A. Leid. A. et 4 alii cum Ed. inc.“ Pet. sec. Confl. Gott. Dr. A. Vrat. B. Bonn. quorum tamen Pet. sec. Fabr. et Gott. a m. pr. littera prima carent, Vrat. B. Bonn. pro ea *m* habent. In Bong. A. praepositio item ut c. 1 §. 1 nomini coniuncta est. *mantuates* Egm. Vrat. A. *Nantuates* Dr. B. Iu. Graev. Dav. Cl. *nantuanos* Bong. C. Confl. *Antuatos* Voss. AB. Ven. f. Ald. ante corr. *Antuates* Vrat. C. Goth. AB. Vind. CDFI. Hamb. edd. rell. ante Oud. *atuates* Vind. A. Cf. adn. crit. ad c. 1 §. 1.

Allobroges] „MSS. plerique et Edd. Vett.“ Voss. A. Lov. sec. Fabr. Pet. Pal. Bong. C. sec. Confl. Bong. A. Dr. A. Vrat. AB. Goth. AB. Hamb. Bonn. Gu. Vind. ABCEFI. Rom. a. Med. a. Ven. bf. *allogobres* Dr. B. *allobrogos* Voss. B. Vrat. C. *Allobrogas* Ven. c. et rell. Cf. adn. crit. ad 1, 14 §. 2.

Cap. 7. §. 1. ita] om. Cu. Leid. A. Dr. AB. Hamb. et sec. Fabr. Pet., in quo Oud. non hoc, sed *inita*, de quo Fabr. tacet, omissum esse refert.

inita] *in* Vind. A. Cf. adnot. crit. ad 2, 2 §. 1.

Illyricum] Bong. A. Leid. A. Vind. A. Hav. A. Oud. 2. *in Ill.* reliqui codd. et edd. quod cum aliorum, tum Caesaris consuetu-

illud 7, 33 *alio loco, alio tempore atque oportuerit.*

eius vici] Cf. adn. ad 1, 1 §. 4.

demorante] Civ. 1, 81 *ut quam maxime repentinas eorum eruptiones demoretur.* et ib. 3, 75 *equitatumque praemisit ad novissimum agmen demorandum.* Vim ablativorum parum perspexit Sincerus: weil kein Feind verhinderlich war. Immo ohne daß ein Feind —. Incolumitatem quidem eruptione illa e castris facta pepererant.

Cap. 7. §. 1. expulsis Germanis] Nescio, utrum de Aduatucis, quos scriptor 2, 29 Cimbris Teutonisque oriundos dixerat, an de Germanis, qui 2, 4 extr. commemorati sunt, hoc dictum accipere praestet: de clade Ariovisti quidem nec temporis ratio nec locus inter Belgas et Sedunos medius cogitari patitur.

Sedunis] Horum auctoritatem amplissimam illarum regionum fuisse ex eo, quod soli nominantur, colligas.

atque ita] Aliter longius discessurus non fuisset. Cf. 1, 13 *pontem in Arare faciendum curat atque ita exercitum traducit.* 6, 27 *ad eas* (arbores) *se applicant* (alces) *atque ita paulum modo reclinatae quietem capiunt.* 7, 8 *discissa nive sex in altitudinem pedum atque ita viis patefactis.* Hinc apparet, quid proprie sit *itaque.*

inita] Ineunte hieme in Italiam profectus erat.

Digitized by Google

adire et regiones cognoscere volebat, subitum bellum in
2 Gallia coortum est. Eius belli haec fuit causa. Publius
Crassus adulescens cum legione septima proximus mare

dini accommodatum est. Et *in Illyricum proficiscitur* 5, 1 omnes libri exhibent. Nihilo minus tamen Civ. 3, 41 *Macedoniam pervenit* et 106 *iter Aegyptum habere* et Afr. 77 *transire Africam* et Hisp. 35 *Lusitaniam proficiscitur* secundum codices pro certis habenda sunt. Plura eiusdem generis Oud. ad h. l. et Garatonius ad Cic. Verr. 4, 12 et in Add. (p. 407, 19 Hal.) quamquam scriptorum non satis rationem habentes contulerunt, quorum iudicium ego in codicum illorum consensu sequendum putavi. Nam quod Kreyssigius *in* a librariis omissum putat ob sequens nomen, quod antiquitus *Inlyricum* scribi consueverit, quemadmodum Livii 42, 28 pro *in Illyrico* codex Vind. *inlyrico* exhibeat, ei propterea minus tribuerim, quod in Caesaris codicibus illius scripturae vestigia nulla extant.

et] om. Vind. A.

§. 2. adulescens] Ox. Egm. Vrat. A. et cum *o* super *u* Bong. A. Ald. Gr. a. *adol.* vulgo. Cf. 1, 47 §. 4, 52 §. 6.

septima] Bong. A. Dr. A. Vrat. AB. Goth. A. Hamb. Bonn. Vind. AF. edd. ante Ald. nep. et Turr. *VII* vulgo.

proximus] *proximis* Bonn. Ven. c. Aldinae, Gr. a. Turr. *proximius* Vind. B. *proximum* a m. pr. Dr. A. *propius* „alius liber" Vrs. in Not. *proprius* cum puncto sub altera *r* et vulgata in m. pro v. l. posita Goth. A.

mare Oceanum] „Bong. A. And. Leid. A. Pet. Voss. A. S. Egm. Lov. et quinque alii cum Ed. inc." Pet. Voss. A. Egm. Gott. sec. Fabr. Par. AB. Hav. A. *mari Oceano* (vel *Occ.*) unus MS. Vrs. in Not. „liber meus." id. in Emend. Pal. sec. Conf. Dr. B. Vrat. C. Goth. AB. Vind. CDEF. Hamb. edd. ante Iu. exceptis Ald. nep. et Turr. quae *Oceano*, omisso *mari*, exhibent. Accusativus, quem codices h. l. non minus tuentur, quam 1, 54 in verbis *qui proximi Rhenum incolunt*, repetendus ab adverbio *prope* videtur, cuius superlativus ita construitur Afr. 56 *castra, quae erant in campo proxime locum Vzittae locata.* Nam sic ibi legendum est. Itaque adverbii potissimum loco adhibito adiectivo idem casus iungitur, rarius praedicati vim habenti, ut 6, 31 secundum And. et Ox. *qui proximi Oceanum fuerunt* (in reliquis libris est *Oceano*) et Liv. 35, 10 *propior invidiam gloria*, ubi Petrarcha de viris ill. p. 86 MS. Vratisl. *invidiae* legit. De nominum coniunctione, quorum prius perperam a nonnullis praeeunte Ciacconio deletum est, dixit Davisius, Catulli locum ep. paenult. 6 *usque ad Hyperboreos et mare ad Oceanum* et recentiores citans. Etiam Taciti Hist. 4, 12 *mare Oceanum* nominativo legebatur usque ad Ernestium, qui *mare Oceanus* secundum duos codices scripsit, quia adiective nusquam dicatur. Id secus habere Oud. ad Gall. 1, 1 docuit. Sed Caesar et Catullus sic, an substantive dictum voluerint, dubium est. Fortasse Caesar nec *mare Oceanum* nec

adire] Cf. adnot. crit. ad 2, 7 §. 3.

§. 2. Publius Crassus] de quo 1, 52 et 2, 34 sermo fuit.

Digitized by Google

Oceanum in Andibus hiemarat. Is, quod in his locis inopia frumenti erat, praefectos tribunosque militum complures in finitimas civitates frumenti causa dimisit; 3

mare Oceanus nominativo dixisset: Catullus ut poeta illud, hoc Tacitus admiserit. Cf. Orelli ad Cic. Somn. Scip. c. 6 §. 21 p. 490; quamquam is Ciceronis in verbis si *quod* legatur, *Oceanum* adiectivum esse idque non repugnare sequenti *qui* censens errare mihi videtur.

in Andibus] *qui in A.* VV. CC. Vrs. in Not. Leid. A. Voss. A. sec. Oud. *qui andibis* Vind. A. *in Audibus* Bonn. *in andelibus* cum punctis sub *el* Goth. A. *in andegavis* And. *Andibus* ed. Scal. Iu. Graev. Dav. Scaliger, si consulto *in* omisit, Andes pro oppido habuit.

hiemarat] Bong. A. S. cod. Steph. sec. Hotom. Hav. A. Vind. A. *hiemaverat* reliqui Oud. Pet. Gott. Voss. A. Egm. Lov. Lb. sec. Fabr. Pet. Pal. Bong. C. sec. Confl. Dr. AB. Vrat. ABC. Goth. AB. Gu. Hamb. Bonn. Vind. BDF. edd. ante Ald. *hiemabat* VV. CC. Vrs. in Not. et Faernus sec. Vrs. in Emend. Vind. C. Ald. et seqq. usque ad Oud. De plusquamperfecto dictum est in adnot. crit. ad 2, 6 §. 4. Haud dubie Crassus tum, cum illos dimisit, iam aliquantum temporis in hibernis fuerat. De syncope codices nonnihil dubitationis iniiciunt, ita tamen ut admisisse eam scriptor videatur.

§. 3. inopia] *copia* Hamb.

frumenti causa] Post *frumenti* Clarkius secundum Faernum *petendi*, Aldus vero et seqq. uno Lipsio excepto *commeatusque petendi* inserunt, quae verba sane in And. Ox. Cu. S. Leid. A. Hav. A. Vind. A. inserta hic leguntur et, si in omnibus legerentur, genuina habenda essent. Certe quod propter frumenti inopiam Crassus eos dimisisse dicitur, non obstat, quo minus etiam de reliquo commeatu suppeditando mandata eis ad finitimas civitates dedisse existimetur, quam sententiam verborum illorum esse statuendum esset. Per se tamen spectata negari non potest de militibus potius frumentum reliquumque commeatum comportare iussis, quam de legatis, quo nomine infra c. 9 §. 3 vocantur, rei frumentariae expediendae causa missis dicta videri. Cf. c. 2 §. 3 *compluribus singillatim, qui commeatus petendi causa missi erant, absentibus.* Itaque non abest suspicio, quin ex Ephemeridibus huc translata sint, in quibus plura de huius belli causa scripta et item singillatim milites dimissi in finitimas civitates commeatus petendi causa dicti essent, cum in Commentario Caesar legatorum tantum mentionem faciendam putasset. Confirmant suspicionem quae c. 8 §. 2 post *Silii atque Velanii* eodem pertinentia in eiusdem generis codicibus addita sunt, et quae Dio Cassius 39, 40 narrat, qui *milites* appellat quos frumentatum missos ceperint Veneti, quorum deinde repetendorum causa venientes a Crasso legates iidem retinuerint, ut pro iis obsides suos reciperent.

proximus mare Oceanum] Cf. adnot. crit. ad 2, 35 §. 3.

§. 3. praefectos] Cf. adnot. ad 1, 39 §. 2.

Digitized by Google

4 quo in numero erat Titus Terrasidius, missus in Sesuvios, Marcus Trebius Gallus in Curiosolitas, Quintus Velanius cum Tito Silio in Venetos. 8. Huius est civitatis longe amplissima auctoritas omnis orae maritimae regionum earum, quod et naves habent Veneti plurimas,

§. 4. erat] *erant* Lov. sec. Fabr. *est* „MSS. et Edd. qdd." Pet. Pal. sec. Conſl. Dr. AB. Vrat. ABC. Goth. B. et a m. s. A. Gu. Hamb. Vind. ABCDFI. edd. ante Ven. f. *et* Pet. Voss. A. Gott. Egm. sec. Fabr. *in* Bonn. om. Bong. C. sec. Conſl. Goth. A a m. pr. et, quae infra *missus est*, Ven. f. Secundum haec Caesarem *est* scripsisse et *quo in numero* pro *in quibus* posuisse crederem, nisi magis verisimile fieret inter *ero* et *t* propter litterarum similitudinem omissi *erat* in locum *est* ex coniectura receptum esse. Nec nihil auctoritatis Aldus habet, quamquam h. l. vereor ne et ipse coniecturam, sed per se multo probabiliorem secutus sit.

Sesuvios] „Habent MSS. *Esubios*, *Esobios*, *Eusebios*, *Esbios*, *Subios*, *Sesuvias*. Sed *Esubios* optimi, ut interim edidi." Cum Oud. facitunt Pet. et Pal. sec. Conſl. Pet. Voss. A. Egm. Lov. sec. Fabr. Bong. A. secundum Plüschkii silentium, Vrat. AC. Hamb. Vind. I. Goth. B. et, qui *esos* cum punctis praepositum et *u* a m. s. super *Es* habet, A. *Eusubios* cod. Turrisani, Vind. D. Rom. a. Med. a. Ven. bcde. Ber. Iu. et sqq. ante Oud. *Eusebios* Gott. Ort. sec. Fabr. Bong. C. sec. Conſl. N. Dr. AB. Vrat. B. Bonn. Gu. Vind. BCF. „reponendum *Eusebios* ex lib. Faerni et meo." Vrs. in Emend. *Vnellos* Ald. et seqq. usque ad Iu. *numellos sesuivos*, omisso *in*, Hav. A. *Sessuvios* Flor. *sesuvios* Ven. f. margo Frell. Denique in Vind. A. haec leguntur: *quo in numero est in Sesuuios T. Terrasidius missus. in Vnellos Trebius Gallus in* etc. Ex duobus nominibus, quae hic liber et Hav. A. exhibent, id recepi, quod a ceterorum codicum scriptura non nimis discrepare et iis, quae ad 2, 34 significata sunt, commendari videretur; ceterum fortasse ne alterum quidem, quod recepit Aldus, sine auctoritate a librariis interpolatum, sed *Vnellos* in Ephemeridibus ab ipso Caesare positum, deinde monitu alicuius, qui rebus ipsis interfuisset, ab eo correctum est. Simile quid accidisse c. 9 §. 8 et c. 27 §. 1 videtur.

Curiosolitas] „*Carios*. MSS. qdd." *corios*. Vind. A. Cf. adnot. crit. ad 2, 34. — De *Silio* et *Velanio* v. adn. crit. ad c. 8 §. 2.

Cap. 8. §. 1. Huius est civitatis] Pro *est* codices tres Oud. Vrat. B. Bonn. inc. *enim*, Gott. Gu. *rei* habent: in Dr. B. Vind. CF. Bong. C. sec. Conſl. Aldinis, Gr. ab. et sqq. usque ad Oud. *est* post *civ.* legitur, quam collocationem Oud. cum in ed. 1 repugnare codicibus ostendisset, in ed. 2 repetiit, fortasse quod per alteram iusto maius verbo pondus addi putaret. Sed cf. 4, 3 *quorum fuit civitas ampla atque florens.* 5, 12 *hominum est infinita multitudo.* 6, 27 *harum est consimilis capris figura et varietas pellium:* quibus locis verbum non graviorem, quam hoc, sonum habens tamen praecedit.

maritimae] om. Vind. A. *maritumae* Ox. Oud. 2. Cf. adn. crit. ad 2, 32 §. 2.

Digitized by Google

quibus in Britanniam navigare consuerunt, et scientia atque usu nauticarum rerum reliquos antecedunt et in ma-

Britanniam] *Brittanniam* Voss. A. sec. Fabr. Vind. A. *Brittaniam* Egm. sec. Fabr. *Brithaniam* Hamb. *Britaniam* Dr. A. Vrat. A. Goth. A. Bonn. Gr. a. In Vind. A fere ubique hoc nomen ab eoque derivata *tt* habent, raro uno et altero meorum (Oud. de suis tacet) asseptiente, ceterum non sine auctoritate. Cf. G. Dindorfius in Stephani Thes. Paris. in v. *Βρεττανοί*. Etiam Lucretius 6, 1104 versum incipit *Nam quid Britannis*. Ceteri primam syllabam corripiunt. Nec non ambigitur de secunda, in qua simplex *n* apud Graecos una cum duplici *t* obtinuit. Sed inscriptiones Romanae pleraeque et vetustiores omnes *Britanniam* tuentur.

nauticarum rerum reliquos] Horum medium ab Oud. auctoritate S. Leid. A. Ox. munitum omittunt Bong. A. Lov. Voss. ABC. Egm. Gott. Leid. BC. Dorv. Lbb. Dr. A. Vrat. ABC. Goth. A. Gu. Hamb. Bonn. Vind. BE. et a m. pr. Pet. Duk. cum ed. inc. Porro *nauticarum* in Vind. A. omissum, in ed. St. post *rerum* positum, in Dr. A. correctionem in duabus posterioribus syllabis expertum, in Egm. Vrat. A. in *nautarum*, in Hamb. in *naute eorum* mutatum est. Itaque non male Oud. coniici posse putabat olim *nauticorum* scriptum fuisse „quomodo passim vocantur illi, qui navem gubernant.“ V. Alex. c. 12 et 16. Sed probabiliter idem nomen substantivum „ob repetitas easdem syllabas“ *rerum* et *reliquos* omissum statuit, cum in eodem genere codicum, quod *rerum* servavit, *ceteros* pro *reliquos* legatur, ut in Leid. A. Ox. Pet. sec. Oud. (sec. Conf. Pet. cum Pal. et Bong. C. *reliquos* habet, quod in Fabr. tantum ex Gott. Voss. A. Egm. relatum est) Vind. A. Hav. A., unde ab Aldo receptum usque ad Oud. obtinuit. Et aptum id ad diversitatem significandam. Sed ea tamen verbo *antecedere* satis demonstratur, cui ob id ipsum *reliquos*, quod etiam VV. CC. Vrs. in Not. et Faernus tuentur, iungere scriptor maluerit, quam *ceteros*. Cf. 1, 1 §. 3 *Helvetii reliquos Gallos virtute praecedunt*. ib. 32 §. 4 *hoc esse miseriorem et graviorem fortunam Sequanorum, quam reliquorum*. cll. cum §. 2 *Sequanos nihil earum rerum facere, quas ceteri facerent*.

Cap. 8. §. 1. omnis orae maritimae] Cf. adn. ad 1, 3 §. 5.

nauticarum rerum] Etiam Cicero *propter nauticarum rerum scientiam* dixit de nat. de. 2, 60 sub fin.

in magno impetu maris atque aperto] Praepositio rerum conditionem, qua hoc, de quo sermo est, effectum sit, significat. De postpositis *atque aperto* cf. adn. ad 1, 2 §. 1. Sed hoc insolentius, quod qui proprie *aperti maris* impetus dicendus erat, eum ipsum *apertum* dixit, quasi Germanice dicas bei dem großen und offenen Ungestüm des Meeres. Nam de mari potius, quam de eius impetu illo adiectivo utentem cogitavisse scriptorem vel inde colligas, quod infra c. 9 *in vastissimo atque apertissimo Oceano* et, quo loco lectio non dubia est, c. 12 *vasto atque aperto mari* posuit. Itaque metaphora usus est, cui similes apud poetas multae reperiuntur, simillima apud Lucretium 5, 201, ubi *coeli* dicitur *impetus ingens* tegere terras; quem locum Forcellinus in Lexico huic nostro comparans in eo errare videtur, quod a Caesare quoque non

Digitized by Google

gno impetu maris atque aperto paucis portibus interiectis, quos tenent ipsi, omnes fere, qui eo mari uti consuerunt,
2 habent vectigales. Ab his fit initium retinendi Silii at-

portibus] „Bong. A. Leid. A. Voss. A. Lov. Egm. et alii multi.“ Voss. A. Egm. sec. Fabr. Hav. A. *portis* Voss. B. et a m. pr. Goth. A. *portubus* Vind. C et corr. A. Goth. A item corr. Gr. b et tacentibus Confl. a. St. Turr. Dav. Cl. qua forma Caesar usus non videtur. Cf. v. l. infra c. 12 §. 5. Civ. 1, 35. 3, 15. 25. 73. Afr. 98. Schneideri Gramm. 3 p. 339. Ruddiman. p. 140. n. 50 ed. Stalib. Garaton. ad Cic. Manil. c. 18 p. 248 (p. 620, 5 Hal.)

eo] *in eo* Dr. A. Vrat. B. *eodem* Leid. A. Egm. sec. Oud. Vind. A. Ald. corr. et sqq. usque ad Oud., qui recte *eo* restituit. Nam Venetos quoque eo mari uti consuevisse significandum non erat, maris ipsius natura erat demonstranda. Etiam VV. CC. Vrs. in Not. cum Faerno *eo* tenent. Ceterum pro Egm. alium, fortasse Ox. vel S., nominandum Oudendorpio fuisse ex. Fabr. docet, quod *eo* in Pet. Gott. Voss. A. *Egm.* et Lov. extare testatur; cui testimonio fidem facit Vrat. A.

§. 2. his] Voss. A. Egm. sec. Fabr. Bong. A. Vrat. A. Goth. A. Dr. B. Vind. ABCFI. Ven. c. et sqq. usque ad Ald. nep. *eis* Ald. ante corr. *hiis* Gott. sec. Fabr. Vrat. BC. Hamb. Bonn. *is* Dr. A. *iis* Goth. B. Rom. a. Med. a. Ven. b. Ald. nep. et sqq.

fit] Cu. Pet. Egm. sec. Fabr. Pet. sec. Confl. cod. Turrisani, Parisienses, Bong. A. Hav. A. Vrat. A. Goth. A. Vind. AI. Vasc. St. margo Gr. a. *fuit* „MSS. et Edd. qdd.“ cod. Brant. Dr. AB. Vrat. BC. Goth. B. Hamb. Bonn. Vind. C. edd. ante St. cum Ald. nep. Turr. Lips. Iu. Graev. et Oud. 2. Cf. 2, 9 *si ab illis initium transeundi fieret.* atque ita saepe initium rei *fieri* dicitur: *esse* ab aliquo initium durius et insolens genus loquendi videtur. Accedit quod etiam in sqq. tempus praesens est: *retinent* etc.

Silii atque Velanii] Pro *Silii* legitur *Sillii* in Pet. Gott. Voss. A. Egm. Lov. sec. Fabr. item in Bong. A. Vrat. AB. Goth. B.

modo metaphoram, sed etiam metonymiam adhibitam et impetum maris apertum spatium et latitudinem maris, ubi libere feratur impetu suo atque agitetur mare, dictum esse putat, abstractum, quod vocant, pro concreto positum existimans; qua interpretatione admissa verendum est, ne scriptor etiam praepositioni propriam loci significationem tribuisse et plane poetica licentia id dixisse videatur, quod Germanice sonet auf dem großen und offenen Ungestüm des Meeres.

interiectis] inter longissimos, qui portibus carent, tractus.

§. 2. Ab his fit initium retinendi Silii atque Velanii] Silium quidem et Velanium retinere post Venetos nemo potuit; nihilo tamen minus non ita haec interpretanda sunt, ut vult Herzogius: sie machten den Anfang damit, daß sie den S. und V. festhielten, quibus verbis initium significatur eorum, quae postea hostiliter fecerint Veneti, quod nec linguae usui genitivique naturae nec sequentibus convenit; sed brevitati studens scriptor communi legatorum nomine omisso propria posuit eorum, quibus retinendis initium retinendorum omnium factum est: sie waren die ersten, welche (die Gesandten) den S. und V. festhielten.

Digitized by Google

que Velanii, quod per eos suos se obsides, quos Crasso dedissent, recuperaturos existimabant. Horum aucto- 5

Gu. Bonn. Vind. AD. Rom. a. Med. a. Ald. *Syllii* in Vrat. C. *Silli* in Vind. C. Ven. f. *filii* in Hamb. (Oud. h. l. tacet, sed in fine cap. 7 *Sillio* „MSS. plurimos" exhibere testatur, quo loco ex. Fabr. Voss. A. Lov. et cum Confl. Pet. eius scripturae auctores citat, quibus Bong. A. Hamb. Vind. ACD. cum Rom. a. Ven. f. Ald. accedunt. In Goth. A. alterum *l* a m. s. additum, in Bong. C. sec. Confl. *Sylio*, in Egm. Fabr. Pal. Confl. Goth. B. Bonn. Vind. E. *filio* scriptum est.) Pro *atque* Dr. B. *ac* habet. Pro *Velanii* Oud., qui c. 7 *Velonius* (ita Bong. A. in quo h. l. Pliischkius incertum *Velanii* an *Velonii* scriptum esse refert) *Velinius*, *Vellanius* (ita Hamb. — *Valanus* Vind. I.) „MSS. qdd." habere ostendit, *Vellani* in Leid. A. Duk. invenit, (Vind. A. *Velanii* altero *i* ab eadem manu, sed post primam scriptionem addito habet) *Vellanii* Gott. Voss. A. Egm. Lov. sec. Fabr. Dr. A. Vrat. ABC. Goth. AB. Gu. Bonn. Vind. CD. Rom. a. Med. a., *Vellami* Hamb. exhibet, *Vennii* Lipsius in ex. Fabr. nescio utrum alicubi invenisse an coniecisse significatur. Secundum haec suspicari licet Caesarem *Sili atque Velani*, vel si forte trisyllaborum alia atque longiorum nominum ratio erat, *Silii atque Velani* scripsisse, ut 1, 47 *Valeri*; sed nullo ab altera parte codicum suffragio accedente neutrum recipiendum putavi. Praeterea memorabile est post haec nomina in VV. CC. Vrs. in Not. Cu. Leid. A. Par. B. Vind. A. Hav. A. et marg. Pet. addita esse verba *et si quos intercipere potuerunt*, quae Oudendorpio non indigna Caesare visa, sed a nullo editore recepta ego unde ducta putem, in adn. crit. ad c. 7 §. 3 significavi. Nempe in hac, quam Commentarius noster exhibet, rerum narratione, cum neque in superioribus ulla aliquorum, qui praeter Silium atque Velanium intercipi a Venetis potuerint, neque in sequentibus interceptorum mentio fiat, locum iis verbis non esse ideoque nec interpolata amplificandi aut explicandi causa, ut alia, videri posse apparet. Quid igitur superest, nisi ut ex alia narratione earundem rerum et ea uberiore petita videantur? Praesertim cum eiusmodi narrationis vestigia et apud Dionem Cassium et in ipso hoc Commentario iisdem in codicibus c. 7 extent. Ac Dio quidem sua ex Livio aliove scriptore hauserit, an Caesaris ex Commentariis secundum Ephemeridas correctis et auctis, non definio: in codices illos ex Ephemeridibus potius, quam aliunde haec derivata ut statuam, eo adducor, quod illi haud pauca correctis ab ipso multo, quam ab alio variatis similiora continent, origines autem varietatis in codicibus conspicuae sine necessitate multiplicandae non videntur.

recuperaturos] *r. essé* Ven. b. *recepturos esse* Ven. cde. Ber. *reciperaturos* Bong. A. et Hav. A., uterque cum *u* super *i*. Id a Daehnio et Elberlingio praelatum non satis tutum mihi videtur.

obsides, quos Crasso dedissent] Hic locus certum praebet supplementi, quale cum alibi, tum 2, 33 §. 3 statuendum videbatur, exemplum. Nam quod 2, 34 Veneti cum reliquis civitatibus maritimis *in deditionem potestatemque populi Romani redacti* dicuntur, ex eo non necessario sequi ut obsides quoque ab iis datos

Digitized by Google

ritate finitimi adducti (ut sunt Gallorum subita et repentina consilia) eadem de causa Trebium Terrasidiumque retinent et celeriter missis legatis per suos principes inter se coniurant nihil, nisi communi consilio acturos eundem-
4 que omnis fortunae exitum esse laturos, reliquasque civitates sollicitant, ut in ea libertate, quam a maioribus acceperant, permanere, quam Romanorum servitutem
5 perferre mallent. Omni ora maritima celeriter ad suam

Etiam 5, 27. 7, 1. 43. 76. 89. *recup.* certum est: 7, 15 *recuperaturos* praeferri potest.

§. 3. eundemque omnis — laturos] om. Vind. A. *eund. omnes* etc. Hamb., quemadmodum Ciacconio scribendum videbatur.

§. 4. acceperant — mallent] *exceperant — mallent* Dr. A. *acceperint — malint* Vind. A. posterius cum Ox. Hav. A. Gr. ab. Vasc. St. Turr. probantibus Moro et Heldio. Quidni scriptor suo assensu orationem illorum comprobet? ea enim indicativi significatione, c. 10 §. 2 docet: *rebellio facta post deditionem, defectio datis obsidibus.*

§. 3. ut sunt Gallorum] Sic 6, 30 *ut sunt fere domicilia Gallorum.* 7, 22 *ut est summae genus sollertiae.* Civ. 2, 8 *ut est rerum omnium magister usus.* Nostrum locum imitatus videri potest Fronto ep. 3 de feriis Als. p. 189 *ut sunt ingenia hominum inquieta, agitandi ac turbandi cupida.*

subita et repentina] *Subita* Caesar omnino ea dicere videtur, quae celerius, *repentina*, quae non solum celerius, sed etiam aliter, quam fieri solet exspectarique poterat, fiunt. Itaque consilia Gallorum et celeritate, qua caperentur, et rerum, quas agendas susciperent, indole et natura ita comparata fuisse docet, ut reliquorum opinionem et exspectationem hominum facile fallere potuerint. Atque ad opinionem *subita* pariter atque *repentina* pertinere etiam Ciceronis locus Tuscul. 3, 22 demonstrat, ubi *repentem* adventum *exspectato*, *subitam* tempestatem opponit *provisae.* Porro quaecunque *repentina* sunt, eadem necessario *subita* esse, *subita* vero non omnia esse *repentina*, et recte hoc illi addi, *repentina et subita* vero vix recte potuisse dici intelligitur. Denique cum fieri possit, ut aliquid celeritate eveniendi et indole sua idoneum ad opinionem hominum fallendam sit et tamen nonnullorum inprimis prudentium et cautorum vel stolidorum et sensu carentium opinionem non fallat, eiusmodi orationem, qualis supra c. 3 §. 2 est, tautologia non magis quam hanc laborare apparet. Cf. 6, 23 *simul hoc se fore tutiores arbitrantur, repentinae incursionis timore sublato.* quo loco obiectiva, quam dicunt, vocabuli significatio in oculos incurrit.

omnis fortunae] adversae pariter atque secundae, vel, ut 1, 31 §. 14 loquitur, quaecunque accideret. Cf. 2, 16 §. 3. Aliter Livius 22, 41 *omnem fortunam publicam privatamque* dixit. — Quibus *omnis* h. l. accusativus videtur, non sententiam illi deteriorem, sed dictionem a Caesaris perspicuitate abhorrentem faciunt, qui si de *omnibus* cogitari voluisset, certa terminatione et qua plerumque utitur, usus esset.

Digitized by Google

sententiam perducta communem legationem ad P. Crassum mittunt: si velit suos recipere, obsides sibi remittat. 9. Quibus de rebus Caesar ab Crasso certior factus, quod ipse aberat longius, naves interim longas aedificari in flumine Ligere, quod influit in Oceanum,

catio est. Neque imperfectum post praesens historicum offensionem habet; qua de re dixit Oud. *acceperant* etiam Parisienses tuentur: *mallent* ab Hotomanno in suo et Steph. et Rom. repertum ex. Fabr. tantum ex Gott. Voss. A. Egm. refert, unde nata Oudendorpio dubitatio de Pet. videtur, an cum Ox. consentiat. Sed in ex. Confl. *mallent* ex Pet. et Pal. relatum, de Bong. C. dubitatio relicta est.

§. 5. recipere] om. Bong. A. *reciperare* V. C. Vrs. in Not. ed. Scal. Iu. *recuperare* Leid. A. Ox. Cu. Pet. sec. Oud. Vind. A. Hav. A. Aldinae, Gr. a. Turr. Lips. Vulgatum, quamquam optimi codicis auctoritate destitutum, tamen cum reliquis, in his codice Brantii, Turrisani et sec. Fabr. Gott. Voss. A. Egm. Lb., sec. Confl. Pet. Pal. Bong. C., retinendum; praesertim cum in eo codicum genere, quod Aldus et Scaliger secuti sunt, pluscula h. l. minus probabilia extent. Eodem pertinet quod in proximis *sibi* in V. C. Vrs. Cu. sec. Oud. Leid. A. Vind. A. omissum est.

Cap. 9. §. 1. ab Crasso] Sic MSS. et Ed. Inc.“ Gott. Voss. A. Egm. Lov. sec. Fabr. etiam Vind. C. Gu. *a Crasso* Dr. B. Vrat. C. Goth. B et a m. pr. A. Hamb. Vind. AD. edd. ante Oud. excepta Ven. f. Horum auctoritati minus tribuendum esse in adn. crit. ad 2, 14 §. 3 ostendi.

aedificari] *ex aedificari* Med. a. Ven. b.

Ligere] „Bong. A. Lov. Pet. et 4 alii.“ Pet. Gott. Egm. Lov. sec. Fabr. Dr. A. Vrat. ABC. Goth. B. Gu. Hamb. Bonn. edd. ante Ven. f. *Ligerae* Pet. Bong. C. Confl. *Liggere* Petrarcha Hist. 8, 7 sec. cod. Hamb. *Ligeris* S. Leid. A. *Leigeri* Dr. B. *Ligeri* Goth. A. (sup. a m. s. *e* super *ri*) Vind. A. Ven. f. et sqq., inter quos Oud. non tam codicum auctoritatem, quippe quae aut *Ligere* aut *Ligeris* praescriberet, quam idem illud, quod in *Arari* 1, 13 §. 1 secutus videtur, quod 7, 5 *Ligerim* a Caesare positum videret. Idem 7, 59 in simili librorum discrepantia *Ligeri* praetulit. Sed nominativus est *Liger* 7, 55, Graece *Λείγηρ* (quamquam Latini poetae utramque syllabam corripiunt) et 7, 11 secundum idem genus librorum, quod h. l. *Ligere* tuetur, *Ligerem* Caesar scripsit.

influit in Oceanum] *fluit in O.* Hamb. *influit O.* VV. CC. Vrs. in Not. Leid. A. Ox. S. Parisienses, Vind. A. Hav. A. Iu. Dav. Cl. Ex comparatione locorum, quibus Caesar *influere* posuit (1, 8 §. 1 *in flumen Rhodanum influit.* ib. 12 §. 1 *in Rhodanum influit.* 4, 10 §. 1 *in Rhenum influit.* ib. §. 5 *in Oceanum in-*

§. 5. mittunt: si] Cf. adn. crit. prima ad 2, 3 §. 2.

Cap. 9. §. 1. quod influit in Oceanum] Cum de flumine hic primum commemorato praeter nomen nonnihil demonstrandum esset, commode scriptor id demonstravit, quod simul ad consilium de longis navibus illustrandum pertineret.

Digitized by Google

remiges ex provincia institui, nautas gubernatoresque
2 comparari iubet. His rebus celeriter administratis ipse,
cum primum per anni tempus potuit, ad exercitum con-
3 tendit. Veneti reliquaeque item civitates cognito Cae-
saris adventu certiores facti, simul quod quantum in se

fluit. 6, 33 §. 3 *influit in Mosam.* 7, 57 §. 4 *paludem, quae influeret in Sequanam.* cl. Alex. 29, 1 *flumen — quod in Nilum influebat.*) vix dubium esse potest, utrum h. l. ab ipso profectum sit. Semel tamen praepositione non est usus: *non longe a mari, quo Rhenus influit* 4, 1 §. 1.

ex provincia] ante *remiges* posita habent Gott. Gu. et, qui cum Leid. C. inc. *nostra* addunt, Vrat. B. Bonn.

institui] *instituit* Leid. A. Vind. A. Hamb. *constitui* Gu. Vind. D. edd. ante Ald. excepta inc.

§. 2. cum primum] *quam pr.* „Scaliger et sqq." ed. Elzevir. a. 1635, Graev. Dav. Oud. 2. De Scaligeri editione Oudendorpium falsum referre in eaque ut in Iu. *quum pr.* extare docuit Elberlingius in adn. ad h. l. cl. eius Observ. p. 38. *Cum primum* 2, 2 §. 2 simili in re coniunctivum additum habet, qui ne ab hoc quidem loco alienus erat; sed solum tempus significatum, quod hic sufficiebat, cum indicativo etiam praeteriti poni debuit non minus, quam solum *cum* 6, 12: *cum Caesar in Galliam venit, alterius factionis principes erant Haedui, alterius Sequani.*

§. 3. certiores facti] *sert. f.* Bonn. uncis inclusit Flor. om. Ald. et sqq. repugnantibus libris ab Oud. et a me inspectis omnibus et sec. ex. Fabr. Cu. Pet. Pal. Bong. ABC. (de quorum tamen primo Plüschkius tacet) Gott. Voss. A. Lov. Egm. Lbb., sec. ex. Confl. Bong. C. Pal., item Vind. BDF. Gu. Hav. A. et sec. Achaintrium Parisiensibus antiquioribus; quorum consensu silentium Vrsini, Brantii, Hotomanni, Ciacconii, Davisii, Clarkii et eorum, qui And. Ox. Vind. CE. Lb. Ort. et si qui reliqui codices sunt, contulerunt, admodum suspectum et Aldum nihil nisi iudicium editoris Florentini aliusve viri docti secutum esse verisimile fit. Id ipsum tamen iudicium mihi veri simile non videtur, cum eorum, quae Aldus edidit, sic interpolandorum non modo occasio, sed ne facultas quidem daretur, et discrepans participii a proximo nomine genus, de quo Oud. dixit, et ipsa horum verborum obscuritas

remiges ex provincia institui] Hoc verbum, cuius interponendi causa haec fuit, quod remiges Caesar unde peti vellet, nominatim indicaverat, nautas gubernatoresque simpliciter comparari iusserat, respondet Germanico veranstalten et plerumque dicitur de rebus, velut de ipsis navibus 5, 11 *ut quam plurimas posset, naves instituat.* Remiges autem non multum a rebus differebant. Similiter Cicero Fam. 14, 18 *certos tabellarios institui* iubet, nulla personarum habita ratione.

§. 2. cum primum per anni tempus potuit] Nuntiis quidem iter iam antea patuerat, sed imperatori sarcinae paulo maiores erant.

§. 3. in se] Cf. Civ. 1, 74 *ne quod in se scelus concepisse neu suos prodidisse videantur.* Errant qui *se* ad Caesarem referunt, nec non quibus *in* inimici animi significationem habere h. l. videtur.

Digitized by Google

facinus admisissent, intellegebant, legatos, quod nomen ad omnes nationes sanctum inviolatumque semper fuisset, retentos a se et in vincula coniectos, pro magnitudine pe-

suspicionem istam adeo non adiuvent, ut excidisse potius aliquid, quam superesse in codicum scriptura videri possit. Quaeritur autem, qua de re illi cognito Caesaris adventu certiores facti sint. Nam quo minus *certiores* cum Daehnio *fortiores*, *animo magis confirmatos* interpretemur, linguae usus et res ipsa prohibet. Neque de Caesaris adventu ab aliis cognito certiores factos dici Venetos credibile est, quippe quod neque opus esset dici et, si opus videretur, *de* praepositione pro *cognito* posita multo simplicius certiusque dici posset. Sed aliud erat de quo priusquam Caesar venisset, non constaret Venetis: utrum nullum, an cum Crasso, an ipso cum Caesare bellum sibi gerendum foret. Quae dubitatio cum Caesaris adventu sublata esset, cognito illo *certiores facti* sic dicuntur, ut Germanice dicitur sie erfuhren, woran sie waren. Simul de consiliis Caesaris, de navium, remigum, nautarum gubernatorum comparatione aliquid iis innotuisse ex sequentibus (*pro magnitudine periculi* et §. 7 *ubi Caesarem primum esse bellum gesturum constabat*) colligas, quo item respexisse scriptorem a vero non abhorret. Nam ita magis etiam efficiebatur, ut scirent, quo sibi in statu res esset.

ad omnes nationes] VV. CC. Vrs. in Not. cod. Brant. Gott. Voss. A. Egm. sec. Fabr. Voss. ABC. Lov. Duk. Dorv. Leid. BC. et Gruteriani (h. e. Bongarsiani, de quorum primo disertum extat Plüschkii testimonium, cum Pet. et Pal.) sec. Oud. Pet. Pal. Bong. C. sec. Confl. et a me visi omnes praeter Vind. A., qui cum Hav. A. et edd. Aldinis, Gr. ab. Vasc. Turr. Graev. Dav. Cl. *apud o. n.* exhibet, quod etiam in Goth. B. a m. s. interpositis litteris *pu* effectum est. *apud* satis bonum, sed *ad* elegantius et significatione, quam in adn. ad 1, 31 §. 1 ostendi, non minus probabile videtur.

a se] Bong. C. Pal. sec. Confl. Dr. AB. Vrat. C. Goth. AB. Vind. ABCDEF. edd. ante Ven. f. *ab se* Ven. f. et sqq. usque ad Lipsium, qui *abs se* scripsit. Id a sqq. editoribus servatum Oud. utpote „contra MSS. et Edd. Vett.“ positum in *ab se* mutavit, quod a Plüschkio in Bong. A. inventum videtur, ego tantum in Vrat. AB. Bonn. inveni, cod. Turris. et Vind. I. post *coniectos*

legatos — retentos] Accusativus ex iterando verbo *intellegentes* pendet, non per oppositionem ad *facinus* additus est, quemadmodum Oud. statuisse videtur, qui Davisii coniecturam (*legatis — retentis — coniectis*) his impugnat: „MSS. nihil mutant, neque mutandi caussam video. *admisisse scelus* erat, *legatos ab iis fuisse retentos.*“ Quam rationem probans etiam haec probet necesse est: *magnum in nos facinus admisimus, legatos a nobis retentos.*

inviolatumque] Hoc ab eo, cuius nomen est, ad ipsum nomen translatum est metaphora simili illi, qua c. 8 §. 1 *impetus* maris *apertus* dicitur. Eodem modo Ciceronis Verr. 1, 33, quem locum Brantius adhibuit: *etenim nomen legati eiusmodi esse debet, quod non modo inter sociorum iura, sed etiam inter hostium tela incolume versetur.*

Digitized by Google

riculi bellum parare et maxime ea, quae ad usum navium pertinent, providere instituunt, hoc maiore spe, quod
4 multum natura loci confidebant. Pedestria esse itinera concisa aestuariis, navigationem impeditam propter inscientiam locorum paucitatemque portuum sciebant, neque nostros exercitus propter frumenti inopiam diutius
5 apud se morari posse confidebant; ac iam ut omnia contra opinionem acciderent, tamen se plurimum navibus posse, Romanos neque ullam facultatem habere navium

habent. In Hamb. *ad se* legitur. Secundum codices, qui hac in re soli respiciendi sunt, *ab se* ut firmius, quam *abs se*, ita minus tutum, quam *a se* videtur.

§. 5. tamen] om. Vind. A. *tamen multo* Vind. D. edd. ante Ven. f. *multo* in m. a m. s. additum habet Vrat. B.

posse] *plus posse* Hamb.

Romanos] *quam R.* „Bong. ABC. Leid. ABC. Voss. ABC. S. Egm. et alii plures cum ed. inc.“ Pet. (cuius nota *quam* significante deceptus, ut opinor, Oud. *que R.* in eo esse putabat) Gott. Voss. A. Egm. Lov. sec. Fabr. Dr. AB. Vrat. ABC. Goth. AB. Hamb. Bonn. Gu. Vind. ACEF. *quoniam R.* Vind. B. *R. quos* Ald. ante corr., quo additamento aliquem, qui et ipse *quam* ante *R.* legeret idque ad *plurimum* Graecorum licentia (qua e. c. Herodotus 2, 35 de Aegypto dixit *πλεῖστα θαυμάσια ἔχει, ἢ ἄλλη πᾶσα χώρη*) pro *plus* positum referret, succurrere laboranti ora-

ad usum navium] h. e. ad navigationem. Nam hoc est navibus uti, navigare. Similiter navium longarum motus *ad usum* expeditior dicitur 4, 25, et infra c. 14 *omnis usus navium* eripi, cum amplius navigari nequit, et c. 13 *lini usus inscientia* eorum, qui uti lino nesciunt.

§. 4. concisa aestuariis] cf. ad 2, 28 §. 1 notata. Iis *concisa* itinera sunt crebro interrupta et in partes multas easque minutas divisa, qualia inprimis secundum litus esse necesse erat.

nostros exercitus] Hic pluralis, qui raro in Comm. belli Gall. (1, 40 §. 9), in b. civ. frequens apparet, fortasse eo pertinet, ut fiducia illorum significetur, qui non uni tantum exercitui Romanorum pares esse ac resistere posse sibi viderentur.

§. 5. ac iam ut] *ut* concedentis est, quemadmodum Civ. 3, 17 *nihilo minus tamen agi posse de compositione, ut haec non remitterentur*, pendetque ex ipso verbo *concesso* cogitatione supplendo; quod si enuntiare velis, quidni inter *iam* et *ut* ponas? Et tamen Walchius Emend. Liv. p. 87 vulgatam interpunctionem reprehendens incidi ante *iam* iubet, perinde ac si propterea, quod Germanice recte dicitur und gesetzt, daß nun auch, reprehendendus sit qui dicat und gesetzt nun auch, daß. Confert inter alia Curt. 3, 5 §. 7 *iam ut ad Hellespontum fuga penetrarent, classem, qua transeant, quem praeparaturum?* quo loco non magis, quam hoc nostro, *iam ut*, ut *vix ut* supra c. 4 §. 1, pro *ut iam* posita statuere necesse est. Ceterum utrolibet modo interpretere, cum dictio elliptica sit, rectius incisione abstinebis.

facultatem] Cf. adn. ad 1, 38 §. 3.

Digitized by Google

neque eorum locorum, ubi bellum gesturi essent, vada, portus, insulas novisse; ac longe aliam esse navigationem in concluso mari atque in vastissimo atque apertissi- 6

tioni voluisse suspicor. Sed Graecismo hic non erat locus; nec probabiliter Oud. pro *quam* scriptorem *namque* dedisse coniecit. Propius a vero abesse videtur *quom* seu *cum* (cf. adn. crit. ad 2, 23 §. 4) cui coniunctioni succedens ut in oratione obliqua accusativus cum infinitivo librarios fefellerit; nisi forte non *tamen*, sed *tam* se plurimum navibus posse, *quam R.* etc. a Caesare scriptum est, quod simile esset Terentiano Eun. 4, 4, 51: *Parmenonis tam scio esse hanc technam, quam me vivere.* In re dubia vulgatam editionum praeter inc. omnium scripturam tenui: post *novisse* maiore, quam post *posse* interpunctione usus sum, quia etiam in vulgata haec duo inter se magis quam cum sequentibus cohaerent.

ullam] om. Bong. A. a m. pr. sec. Oud. — Pl. tacet.

§. 6. in concluso] *in cluso* Leid. AC. S. *intercluso* cod. Turris. *in intercluso* Ald. marg. Goth. B. et marg. Gr. a. Idem Oud. ex ed. Bas. nescio qua refert.

mari] *vastissimo mari* S. And. Vind. A.

atque] a m. s. deletum in Vrat. B.

in] om. Dr. A. Vind. A. Hamb.

vastissimo atque apertissimo] *vastissimo* Bong. A. cod. Steph. sec. Hotom. *apertissimo* And. Ox. Vind. AD. Hav. A. (cuius tamen in m. a m. pr. *iustissimo* pro v. l. positum est) cum edd. ante Ven. f. *aperto* Leid. A. *in paratissimo* S. *vast. atque amplissimo* Carr. cod. Turris. *v. atque in aperto* Vrat. C. *v. atque in a.* Goth. B. Dorv. et „alius" *v. et a.* Dr. B. Vind. F. *v. ac a.* „MSS. et Edd. qdd." Aldinae, Gr. ab. St. Turr. Vniversam huius loci varietatem consideranti et initiorum atque terminationum similitudinem reputanti, denique rationem habenti codicum ipsorum dubium esse non potest, quin vulgatae scripturae, quae inde a Lipsio obtinuit, acquiescere, quam cum Oud. aut *vastissimo atque* aut *atque apertissimo* pro insiticiis habere praestet. *Conclusi* maris neque ambitus tantus neque tam simplex et uniformis facies esse solet. Recte igitur ei *vastissimus atque apertissimus* opponitur Oceanus. Quorum verborum si tamen partem recidere opus sit, equidem posteriore facilius, quam priore caruerim.

neque eorum locorum — novisse] Haec illa iam supra commemorata Romanorum inscientia locorum est, cuius repetita mentio nullam offensionem habet, si coniunctionis vinculo aliquo ita, ut in adn. crit. dictum est, nexa fuisse enuntiata *se posse* et *Romanos — novisse* statuimus. Ceterum infinitivos *posse*, *habere*, *novisse* scriptorem non tam ad ipsum, quod sequitur, verbum *perspiciebant*, cuius significatio rebus nullam plane intentionem animi requirentibus parum convenit, quam ad sentiendi verbum in illo contentum et zeugmate soluto inde petendum retulisse arbitror; nisi eos prorsus ab illo separari et ad idem sentiendi verbum ut in oratione obliqua omissum referri voluit.

§. 6. atque in vastissimo atque] Cf. 7, 12 *quem simul atque oppidani conspexerunt atque in spem auxilii venerunt*. et non multo maioribus intervallis ter

Digitized by Google

7 mo Oceano perspiciebant. His initis consiliis oppida muniunt, frumenta ex agris in oppida comportant, naves in Venetiam, ubi Caesarem primum esse bellum gestu-
8 rum constabat, quam plurimas possunt, cogunt. Socios sibi ad id bellum Osismos, Lexovios, Nannetes, Ambilia-

§. 7. primum esse bellum gesturum] Voss. A. Egm. sec. Fabr. Bong. A. Dr. A. Vrat. A. Goth. A. Gu. Vind. B. Idem, vel *p. b. esse g.* vel *p. b. g. esse* Oud. in MSS. plurimis et Edd. vett. extare testatur, ipse cum Scal. et sqq. secundum VV. CC. Vrs. in Not. Cu. Leid. A. Ox. Duk. *esse* omisit. Ex meis Vind. A. item omittit, Vrat. B. Bonn. ante *primum*, Dr. B. Vrat. C. Goth. B. Hamb. cum edd. ante Ald. et St. Gr. b. ante *gesturum*, Aldinae, Gr. a. Turr. Lips. post *gesturum* collocant; quae sedis inconstantia eorum fere vocabulorum est, quae in margine primum scripta deinde locum in contextu ceperunt. Sed non omnia, quae in margine posita fuerant, interpolationi debentur, neque codices illi, quos secuti sumus, sic interpolati esse solent, et ad concursum homoeoteleutorum evitandum non inutile verbum auxiliare videtur. Cf. Alex. 24, 2 *splendidius atque honestius se contra regem, quam contra convenarum et fugitivorum manum bellum esse gesturum.*

§. 8. Osismos] Bong. A. Dr. A. Bonn. Vind. ABDEI. Lips. *Ossismos* Pet. Cu. Dr. B. Vrat. A. Vind. F. *Ofismos* Vind. C. *Osuismos* Bong. C. sec. Confl. *Osisinos* Vrat. B. Goth. B. edd. ante Lips. exceptis Ven. f. *Ofisinos* et Turr. *Osissinos* exhibentibus. *Ossisinos* Goth. A. Lov. sec. Fabr. *Ossissinos* Hamb. *Osismios* Vrat. C. In. et sqq. cum Oud., qui de codicibus nihil nisi easdem hic atque 2, 34 in eis lectiones esse doceat. Cf. ibi adn.

Ambiliatos] om. Vind. E. *Amhiliatos* Cu. Pet. sec. Fabr. *Ambiliates* Vind. D. edd. ante Scal., qui *Ambialites* per incuriam, nisi fallor, edidit, quod usque ad Clarkium obtinuit. *Ambururitos* Ort. Id proxime accedit ad *Ambivaritos*, quos Orosius 6, 8 et Dionys. Vossio memorante Freculphus (Chronicorum scriptor sec. noni) in his nationibus hoc loco recensent. Sed Caesar 4, 9 eos trans Mosam locat. Denique *Ambianos* exhibent duo codd. Dion. Vossii, unus Ciacc., unus Vrsini in Emend. And. Ox. Leid. A. Par. B. Hav. A. Vind. A. et sec. Fabr. pro v. l. Cu. et Pet. idque recepit Clarkius. Oud. ab altero codicum genere oblatos *Ambiliatos* praetulit,

deinceps positum *atque* Civ. 2, 15 §. 1.

§. 7. His initis consiliis] Cum in proxime antecedentibus non ipsa consilia a Venetis inita, sed rationes ineundorum expositae sint, *his* ad longius remota §. 3 spectare existimandum est ita, ut proxima consultantium sermonibus iactata et consilia secundum ea inita esse putentur. Aliter enim res illae §. 3 commemoratae non tamquam praesentes monstrari potuissent.

oppida — in oppida] Vide adn. crit. ad 1, 38 §. 4.

constabat] In exemplaris Fabriciani margine *Vnde constabat?* addita littera L, quae Lipsius significare existimatur, scriptum est. Nec sine causa ille mentionem eius rei in superioribus factam requirebat; quam nos quasi adumbratam damus restitutis §. 3 verbis *certiores facti.*

Digitized by Google

tos, Morinos, Diablintres, Menapios adsciscunt: auxilia ex Britannia, quae contra eas regiones posita est, arcessunt. 10. Erant hae difficultates belli gerendi, quas supra ostendimus, sed multa Caesarem tamen ad id bellum incitabant: iniuriae retentorum equitum Romano- 2

fortasse quod librarios *Ambianos*, qui satis noti sunt et a Caesare 2, 15 inter Belgas recensentur, in *Ambiliatos* aliis omnibus indictos depravataros fuisse non crederet. Sequor Oudendorpium, sed *Ambianos*, ut in adn. crit. ad c. 7 §. 4 ostendi, ex Ephemeridibus originem ducere suspicor.

Diablintres] Bong. A. Dr. AB. Vrat. AC. Goth. AB. Vind. CDFI. Rom. a. Med. a. Ven. bf. Aldinae, Gr. ab. St. Turr. Graev. *Diablitres* Ven. cde. Ber. *Diabrintres* Gott. sec. Fabr. Vrat. B. Gu. *Dialintres* Voss. A. sec. Fabr. *Viabrintres* Bonn. *Diablinties* cod. Ciacc. „ut Orosius," ex quo tamen *Diablintes* affert. *Diablitites* Hamb. *Diablindes* Leid. A. S. *Diablintes* cod. Vrs. in Emend. Vind. A. Lips. Iu. Dav. Cl. et Oud., qui *Diabrintres*, *Diablintres* in MSS. plurimis et Edd. vett. legi perhibens rationem imminutae syllabae ultimae non reddit. Neque ego video, cur quos in Ambiliatis secuti sumus codices, in his deseramus.

Cap. 10. §. 1. belli gerendi] *belligerandi* Leid. A. „et alibi." *belli gerundi* Oud. 2. temere, si sciens.

sed multa Caesarem tamen] *sed tamen multa C.* VV. CC. Vrs. in Not. Iu. Graev. Dav. Cl. *sit tamen multa C.* Vind. A. *sed tamen C. multa* Pet. Gott. Voss. A. Egm. sec. Fabr. *sed multa tamen C.* Dr. B. Vrat. AC. Goth. B. Hamb. Vind. E. edd. ante Iu. excepta Ven. f., in qua verborum ordo is est, quem Oud. tacite restituit; qui nobis quoque, cum codices optionem darent, praeferendus videbatur. Non enim sine causa *tamen*, quod fere coniungi adversativae particulae solet (cf. 5, 43. Civ. 1, 9. 62. 2, 24. 32. 3, 47. 67. Hirt. 8, 22. Alex. 76) ab ea remotum et verbis praedicatum continentibus interpositum est, ut sententiarum ratio haec sit: non deerant difficultates belli gerendi, sed multa erant, quae Caesarem tamen ad gerendum bellum incitarent. Alibi alia de causa *tamen* insolentiori loco conspicitur, ut 7, 10 *praestare visum est tamen omnes difficultates perpeti*, *quam* etc. Sed Ciceronianum Amer. 3 a nonnullis huic nostro comparatum: *quamobrem videantur illi nonnihil tamen in deferendo nomine secuti* — non magis huc pertinet, quam quod supra 1, 32 §. 5 legimus: *propterea quod reliquis tamen fugae facultas daretur.*

§. 2. iniuriae] *iniuria* „MSS. duo" Lov. sec. Fabr. Vind. A. Hamb.

equitum] *militum* Carr. cod. Turris. Duk. Vind. I.

§. 8. quae contra eas regiones posita est] Non aberravit a vero Britanniae situ Caesar, si *eas regiones* sociorum intelligi voluit, quorum maxima pars oppositum meridionali Britanniae latus Galliae incolebant: sin, id quod verisimilius est, de arcessentibus ex Britannia auxilia, hoc est, de Venetis cogitavit, eundem, quem 5, 13 errorem erravit.

Cap. 10. §. 1. quas supra ostendimus] quae c. 9 §. 4, 5 et 6 ex ipsorum Venetorum consultationibus relatae sunt.

§. 2. iniuriae retentorum equi-

Digitized by Google

rum, rebellio facta post deditionem, defectio datis obsidibus, tot civitatum coniuratio, in primis ne hac parte neglecta reliquae nationes sibi idem licere arbitrarentur.
3 Itaque cum intellegeret omnes fere Gallos novis rebus studere et ad bellum mobiliter celeriterque excitari, omnes autem homines natura libertati studere et conditionem

sibi idem] *i. s.* Dr. B. Vrat. C. Goth. B. Hamb. edd. ante Oud. excepta Ald. Scripturam Aldinam ab Oud. non sine auctoritate, sed sine admonitione restitutam Morus et recentiores nonnulli immerito deseruerunt.

§. 3. libertati studere] *libertate st.* Vrat. B. Gu. „*libertatis studiose* vel *studio incitari* codd. Vrs. Pet. Cu. Leid. A. S. And. Ox.“ — *studiose* — Vind. A. et sec. Confl. Pet., qui sec. Fabr. *libertatis studiose incitari* in m. uncis inclusa habet. — *studio se* — V. C. Vrs. in Emend. Cu. sec. Fabr. Hav. A. *libertatis stu-*

tum Romanorum] Possunt haec de iniuriis post retentionem illatis, velut de *vinculis* c. 9 §. 3 commemoratis vel de aliis contumeliis, quibus illi affecti fuerint, dicta videri, sed rei natura et praepositum verbum *retentorum* persuadent, ut ipsam retentionem eaque illatam rei publicae iniuriam intelligamus, quemadmodum Livius loco ab Heldio adhibito 4, 32 *scelus legatorum contra ius gentium interfectorum* dixit. Pluralis autem (*iniuriae*) eo referri potest, quod alii ab alia gente retenti erant; cum etiam singulari homini semel illatam a pluribus iniuriam plurali numero dictam videamus 1, 12 §. 7 *qua in re Caesar non solum publicas, sed etiam privatas iniurias ultus est, quod eius soceri L. Pisonis avum — interfecerant.* Sed tamen equites Romanos, non legatos, ut antea, retentos dicens scriptor augere iniuriae significationem et pro simplici duplicem factam innuere voluisse et ideo maxime usus esse plurali videtur. Ordinis autem equestris Silium et reliquos fuisse nunc demum indicat, neque opus erat ut tribunorum dignitatis equestri paris mentionem facerent interpretes, de eo, opinor, solliciti, ne novi quid praeter exspectationem afferri videretur. Cf. ad c. 8 §. 2 dictum.

hac parte] Ex oppositis apparet hoc proprie dictum nec satis commode a Brantio comparatum esse cum eo, quod Caesar in versibus illis de Terentio posuit: *neque in hac despectus parte iacere.* Ceterum alia etiam causa Caesarem id bellum gerendum suscepisse Strabo ostendit l. 4 p. 52 Tz. Venetos navigationem eius in Britanniam, quo ipsi emporio uterentur impedire paratos fuisse demonstrans: *μετὰ δὲ τὰ λεχθέντα ἔθνη τὰ λοιπὰ Βελγῶν ἐστιν ἔθνη τῶν παρωκεανιτῶν, ὧν Οὐένετοι μέν εἰσιν οἱ ναυμαχήσαντες πρὸς Καίσαρα· ἕτοιμοι γὰρ ἦσαν κωλύειν τὸν εἰς τὴν Βρεττανικὴν πλοῦν, χρώμενοι τῷ ἐμπορίῳ.*

§. 3. mobiliter] Id h. l. non abest a reprehensione levitatis, quam eisdem Gallis exprobratam legimus 2, 1 §. 3 *qui mobilitate et levitate animi novis imperiis studebant.* Aliter et cum laude Hirtius Alex. 16 *scaphis navibusque longis v. mobiliter et scienter angustias loci tuebantur.*

omnes autem homines etc.] Hoc ad iudicium de moribus Caesaris adhibitum vide, si lubet, in Philomathiae a Wachlero editae Vol. 1 p. 188.

Digitized by Google

servitutis odisse, priusquam plures civitates conspirarent, partiendum sibi ac latius distribuendum exercitum putavit. 11. Itaque Titum Labienum legatum in Treviros, qui proximi flumini Rheno sunt, cum equitatu mittit. Huic mandat, Remos reliquosque Belgas adeat atque in 2
officio contineat Germanosque, qui auxilio a Belgis arces-

dio incitari VV. CC. Vrs. in Not. et Oud. 2, qui in 1 hoc fere explicationem alterius locutionis se putare, nisi *incitare se* et *incitari studio* locutiones essent Caesari adamatae, ostenderat. Sed explicatione haec ipsa locutio multo magis quam altera egebat, neque dubium est, quin si alterutram eo nomine damnari oportet, in Oud. 1 posita cedere alteri debeat. At enim ornandae variandaeque orationis causa simplicissimum illud *libertati studere*, cum paulo ante *novis rebus studere* dictum esset, alicui amplificandum mutandumque videri et ibidem conspectum verbum *excitari* dictionis *se incitare* ab ipso Caesare paulo post c. 12 §. 1 et 4, 17 (*quo maior vis aquae se incitavisset*) et Civ. 3, 24 (*ex omnibus partibus subito Antonianae scaphae signo dato se in hostes incitaverunt*) usurpatae admonere indeque primum variatio *libertatis studio se incitare*, deinde paulo melior *libertatis studio incitari* exsistere potuit, quas vitiose coniunctas in iisdem codicibus videmus, qui 2, 6 §. 3 et alibi similiter interpolati sunt visi. Itaque vulgatam tenendam putavi.

Cap. 11. §. 1. flumini Rheno] In Vind. A. *flumini* omissum, in Dr. B. Vrat. C. Goth. B. Hamb. et edd. ante Oud. exceptis Ven. f. St. Gr. b. post *Rheno* positum est, quem ei locum Oud. 2 restituit, cum in 1 secundum codices potiores (Bong. A., in quo a m. pr. *fl. Rhono* erat, Pet. Gott. Voss. A. Egm. sec. Fabr. Vind. B. Gu. etc.) *fl. Rh.* tacite exhibuisset, quod idem usitatius est. Sic 4, 1 *flumen Rhenum transierunt*. 5, 3 *a flumine Rheno ad initium Remorum*. 1, 2 *flumine Rhodano*. 2, 5 *flumen Axonam* et saepius. Sed *Garumna flumen* 1, 1 et *Sabim flumen* 2, 16 legitur. Et ad aures minus suaviter accidere *proximi flumini* fatendum.

§. 2. auxilio] *in aux.* Pet. a m. pr., quod placebat Oudendorpio, quia inter auxilia vel auxiliares copias significaret. Recte dissentit Handius Tursell. 3 p. 299. A Caesaris quidem loquendi usu prorsus abhorret.

a Belgis] *ab Belgis* Bong. A. sec. Oud. Gott. et inter versus posito *b* vel *ab* Voss. A. *abbellis* Bong. A. sec. Plüschk. *ab* ante *b* Caesar nusquam videtur posuisse. *Gallis* Vind. A. Nempe qui

Cap. 11. §. 1. in Treviros — cum equitatu mittit.] Treviri in partibus erant Romanorum (v. 1, 37 et 2, 24) et finitimi hinc Remis (5, 24), illinc Germanis; quae causae in eos primum et cum his mandatis mittendi Labieni fuerunt. Quod autem cum equitatu sine legionibus missus est, negotiorum ei mandatorum rationem talem fuisse apparet, ut celeritate et terrore magis, quam stabilitate et robore conficienda viderentur. Accedebat quod Treviri pedestribus quoque copiis valebant (6, 7), equites vero eorum superiori aestate exspectationem Caesaris fefellerant (2, 24.).

Digitized by Google

siti dicebantur, si per vim navibus flumen transire conen-
3 tur, prohibeat. P. Crassum cum cohortibus legionariis
XII. et magno numero equitatus in Aquitaniam proficisci
iubet, ne his ex nationibus auxilia in Galliam mittantur, ac
4 tantae nationes coniungantur. Quintum Titurium Sabi-
num legatum cum legionibus tribus in Vnellos, Curioso-
lites Lexoviosque mittit, qui eam manum distinendam

auxilio arcessuntur, ferè iis, a quibus arcessuntur, ferre auxilium iubentur: hi vero a Belgis arcessiti non Belgis, sed Gallis auxilio futuri erant. Hinc non inutile natum glossema *Gallis*, quod postea genuinae scripturae loco receptum videtur ab aliquo, qui *a Belgis* arcessitos Germanos esse non crederet propterea, quod qui *contineri* in officio iuberentur, eos esse adhuc in officio necesse esset, qui vero auxilia contra Romanos arcesserent, officium iam deseruissent. Sed Belgae *dicebantur* illud fecisse necdum aperte rebellaverant.

§. 4. tribus] Bong. A. Dr. AB. Vrat. ABC. Goth. AB. Hamb. Vind. A. edd. ante Ald. nep. Turr., non III.

Curiosolites] Bong. A. Pet. sec. Confl. Goth. A. Vind. BCDE. Rom. a. Med. a. Ven. f. *Coriosolites* „MSS. plerique et ed. inc.“ Voss. A. Egm. Lov. sec. Fabr. Dr. AB. Goth. B. Hamb. Gu. *Curiosolitos* Vrat. A. *Curiosolotos* Duk. *Coriosobites* Vrat. B. *Coriosolitas* Vrat. C. Vind. A. *Curirosolitas* Ven. de. Ber. *Curiosolitas* rell. edd., ut supra c. 7 §. 4 et 2, 34, quorum locorum causa deseruisse Oudendorpium codices h. l. suspicor. Sed Caesarem in his terminationibus sibi non constare in adn. cr. ad 1, 14 §. 2 vidimus.

qui eam manum] *e. q. m.* Ven. e. Ber. *qui copiam navium* Dr. B. Vind. C.

§. 2. flumen transire] Id quod tertio anno ante eadem in parte facere Suevi conati erant. Vide 1, 37.

§. 3. P. Crassum] Hunc, quia paulo ante aliquoties commemoratus eiusque legatorum causa totum hoc bellum exortum est, nomine solum designat.

legionariis] Hoc propterea additum videtur, quod equites una missi non legionarii, sed auxiliarii essent. Cf. adn. ad c. 1 §. 1.

tantae nationes] Aquitani et Galli. Quomodo autem coniunctionem eorum impedire iussus sit Crassus, ex c. 20 §. 1 petere licet.

§. 4. in Vnellos] Vnellos 2, 34 secundo loco inter eos, qui Crasso se dediderant, post Venetos commemorari vidimus, eorumque ducem infra c. 17 summam imperii tenere omnium civitatum, quae defecerant, accipimus. Hinc intelligi potest, cur primos eos adire iussae sint legiones, quamquam in sociorum numero c. 9 §. 8 relati non sunt.

eam manum] Non aliter hoc dictum est ac paulo ante *ex his nationibus*. Sed quia Vnellorum etc. nomine *manus* cogitatio non tam necessario efficitur, quam *nationum* audito Aquitaniae nomine, *eam* dicere maluit, quod sonum in *manum* transferri pateretur, quam *hanc*, quod sibi sonum posceret. Eodem discrimine 1, 12 §. 4 *is pagus* primum, deinde *hic pagus* dicitur. Praeterea confer 7, 4 *in agris habet dilectum egentium ac perditorum.*

Digitized by Google

curet. Decimum Brutum adulescentem classi Gallicis- 5
que navibus, quas ex Pictonibus et Santonis reliquis-
que pacatis regionibus convenire iusserat, praeficit et
cum primum posset, in Venetos proficisci iubet. Ipse
eo pedestribus copiis contendit. 12. Erant eiusmodi
fere situs oppidorum, ut posita in extremis lingulis

§. 5. Decimum] Lov. sec. Fabr. Bong. A. Dr. AB. Vrat. ABC. Goth. B. Hamb. Vind. CEF. Rom. a. *Decumum* Pal. Sec. Confl. *Decium* Vind. BI et, qui *ecium* a m. s. int. vers. habet, A. Med. a. et sqq. ante Ald. nep. et Turr. *D.* Ald. nep. et rell.

adulescentem] Ox. Egm. sec. Oud. Vrat. A. et cum *o* super *u* Bong. A. *adolosc.* Hamb. Ven. d. *adolescentes* Vrat. C. *adol.* vulgo. Cf. adn. cr. ad 1, 47 §. 4.

Santonis] *Sanctonis* „MSS. qdd." Voss. A. Dr. A. Vrat. C. Goth. A. Vind. E. *Santoniis* Vind. A. *Santonibus* Vind. D. quemadmodum Glareanus scribendum putabat. Sed v. adn. ad 1, 10 §. 1.

iusserat] *fecerat* Vind. A., quod speciem habet vetustatis, sed a Caesaris oratione alienum et fortasse ex sequente *praefecit* ortum est, quod in eodem libro, ut in Oud. MSS. et Edd. quibusdam, in Dr. B. Vrat. C. Goth. AB. Hamb. edd. ante St., in Ald. nep. Eps. Iu. extat et pro vero haberi potest. In ex. Fabr. *praeficit* Gott. Voss. A. Egm. auctoritate firmatur.

eo] *cum* Vind. A.

Cap. 12. §. 1. oppidorum] *obpidorum* Bong. A. teste Pl.

lingulis] *linguris*, in m. *Lingurum*, Hav. A. *langulis* Hamb. *linguis* Reg. Voss. Clarkii, Goth. A. Vind. C. Vascos. St. Gr. b. Lips. Iu. Cl. Meliores libros, quos Ciacconius *linguis* habere affirmat, Oud. nescire se fatetur, ego edd. Vascos. St. et Gr. b. fuisse suspicor. De Carr. et Flor., quibus Oud. *linguis* tribuit, Brutus nihil tale ostendit, sed *linguis* ex Gr. b. et St. referens in Carr. et Flor. vulgatam, h. e. *lingulis* legisse putandus est, quod ipsum in cod. Turris. extare dicitur et extat in Ven. f. In ex. Fabr. vero *lingulis* ex uno Lov., praeterea nihil affertur. Itaque quod Oud. tantummodo ex Gott. Egm. nihil adnotatum esse dicit, de reliquorum illius ex. codicum lectione vel ex schedis Gruteri ineditis vel ex apographo Drakenborchiano vel denique suis ipse oculis certior factus dicere videtur. Ceterum *lingulis* quin a Caesare scriptum sit, per codices dubitari non potest.

Hac coacta manu quoscunque adit ex civitate, ad suam sententiam perducit.

§. 5. Decimum Brutum adulescentem] Eo nomine iterum vocatur 7, 9 et 87. Praeter hunc et P. Crassum e Romanis C. Volcatius Tullus 6, 29 *adulescens* dicitur, qui Civ. 3, 52 simpliciter Volcatius Tullus audit, e Gallis vero plures, C. Valerius Procillus, Mandubratius, Vercingetorix, Eporedorix, Viridomarus, Convictolitanes. Atque in his praeter aetatem nihil, in illis hoc simul significari videtur, nullum eos certum in exercitu locum tenuisse, sed alias aliis negotiis praefici consuesse.

pedestribus copiis] Ablativum explicatum vide, si opus est, in adn. ad 2, 7 §. 3.

Cap. 12. §. 1. lingulis promuntoriisque] De epexegesi cf. adn.

Digitized by Google

promuntoriisque neque pedibus aditum haberent, cum ex alto se aestus incitavisset, quod his accidit semper horarum XII. spatio, neque navibus, quod rursus minuen-

promuntoriisque] Vrat. C. Goth. B. Hamb. Vind. F. „MSS. plerique de more." *promuntur*. Voss. A. et cum *o* super *mu* Bong. A. (qui praeterea enclitico diphthongum *ae* impertit. — In Goth. A. id a m. pr. omissum est.) *promunctor*. Egm. Lov. sec. Fabr. Vrat. A. Vind. A. et unus (Pet. ut opinor) Conf. *promirator*. Vrat. B. *promontor*. Dr. AB. Goth. A. cum edd. Praetuli scripturam Turnebo, Is. Vossio, Gronovio ad Liv. 21, 35 probatam partim codicum causa, qui etiam Civ. 2, 23 et Afr. 62 eam tuentur, partim quod vulgata falsae opinioni de origine vocabuli conceptae deberi videtur. Nempe a *monte* ductum putabant, ut nostrum Vorgebürge; quod ut ipsorum veterum nonnullis placuerit, qui proinde *promont.* scripserint, Caesari quidem non placuisse vel hic locus testimonio esse potest. Haec enim plana et porrecta in mare fuisse necesse est. Itaque sive a *prominendo*, sive, quod probabilius videtur, a Graeco *προμύσσειν* (unde *προμυκτὴρ* et ex Glossario relatum a Gesnero *προμυκτήριον*, *promunctorium*) vel ex communi cum hoc radice originem ducere putaverit, *promunt.* potius, quam *promont.* scripsisse existimandus est.

his] Hav. A. Vind. E. Ven. d. Turr. *hic* pro v. l. a s. sup. in Goth. A. Idem Dähnius in ed. Elzevir. a. 1670 invenit. om. Ox. *bis* rell. codd. et edd.

accidit semper] *s. a.* Vrat. B. Ald. etc. ante Oud. exc. St. *accedit s.* Egm. Vrat. A. et sec. Fabr. Voss. A. et sec. Pl. Bong. A.

horarum] *omni* int. vers. a m. s. additum in Goth. A.

XII.] post *spatio* Vrat. B. *duodecim* Vrat. AC. Goth. AB. Hamb. Vind. D. edd. ante Ald. nep. Turr. Hunc numerum cum antecedentium scriptura salva veritate consistere non posse intelligentes fuerunt qui duplicarent, non animadvertentes illi certae et legitimae vicissitudinis fluxus ac refluxus, quam Caesarem ignorasse credibile non est, significationem ista mutatione adhibita tolli. Nam XXIV. horis bis accidere id demum recte dicitur, quod accuratiorem minoris spatii definitionem non recipit: quod omnibus XII. horis semel accidit, id nulla causa est cur XXIV. bis acci-

ad c. 3 §. 1. *Lingulas* h. l. esse parvas seu tenues *linguas* eadem significatione, qua *tenuem linguam* posuit Lucanus 2, 614, cuius in scholiis *terra angusta* est, *quae se in mare extendens paulatim deficit*, (nos Landzunge dicimus) addito *promuntoriis* declaratur, quod nomen fere ut nostrum Vorsprung latius patet. Cf. Pacuvii locus a Gellio 4, 17 extr. citatus, in quo promuntorium a lingua ut totum a parte distinguitur: *promuntorium, cuius lingua in altum proiicit.*

cum ex alto se aestus incitavisset] Verbi sic constructi exempla v. in adn. cr. ad c. 10 extr. Coniunctivus autem, qui alibi rem crebrius fieri solitam, sed fortuitam et certum tempus non habentem designat, ut c. 13 §. 9 *cum saevire ventus coepisset*, h. l. cum temporis definitione coniunctam causae atque efficientiae et consequentiae notionem indicat, ut 1, 25 §. 3 *cum ferrum se inflexisset*. Germanice dicas nämlich jedes Mal wenn.

Digitized by Google

te aestu naves in vadis afflictarentur. Ita utraque re 2
oppidorum oppugnatio impediebatur; ac si quando 3
magnitudine operis forte superati, extruso mari aggere ac molibus atque his oppidi moenibus adaequatis,

fere dicatur. Atque hoc argumentum sufficit, ut, nisi forte *cotidie* interpolare malumus, quod inscii fieri iubent qui interpunctione vulgatae succurrendum censent, vitium residere in *bis* putemus. Quod cum aliqua tamen auctoritate vel omitti vel mutari posse videretur, mutavimus ita, ut quam proxime vulgatam sequeremur. *his* ad Gallos spectat qui Oceanum accolunt. Nam maris mediterranei accolis nulla magnopere aestus incitatio accidit. Cf. Klügelii Encyclopaediae partis tertiae a. 1807 tertium editae p. 412.

§. 3. extruso mari] *exstructo* (hoc corr.) *pro mari* Vind. A. *extruso pro m.* S. *extr. m. pro* Leid. A.

his oppidi] *his fere* Ox. *his ferme* Ald. Gr. a. Ald. nep. et sqq. usque ad Oud. *is ferme* P. Man. *his ferme oppidi* Oud. cum codice Brantii, ut putabat. Sed Brantius ad vulgatam *atque his ferme moenibus adaequatis* in suo MS. et in edd. Ven. Ber. Vascos. *atque his opidi ferme* extare adnotans haud dubie erravit et *moenibus* pro *ferme* ponere aut voluit aut debuit. Itaque *oppidi* (vel *opidi*, ut in Goth. A.) in codicibus, qui quidem collati sint, omnibus uno Ox. excepto (in Leid. A. tamen et sec. Oud. in Cu., quem ex. Fabr. a reliquis non separat, post *moenibus*) *ferme* in uno alterove Aldino, *ferme oppidi* in nullo scriptum videtur. Porro pro *his* cod. Turris. *hic*, Ven. bcde. *bis*, Vrat. BC. *hiis*, Cu. sec. Fabr. Hav. A. et a m. s. Vind. A. *hisdem*,

minuente] Vt *desinere* nonnunquam transitive, sic *minuere* h. l. intransitive dictum, neque ex superioribus *se* supplendum est. Recentiores ita *minuente luna*, sed etiam Lucretius simili modo 2, 1028 *Nil adeo magnum nec tam mirabile quicquam Principio, quod non minuant mirarier omnes Paulatim.*

afflictarentur] Heldius proxime originem interpretatur: auf den Boden aufgestoßen werden. Id tamen nec unum nec maximum in vadis et minuente aestu extimescendum periculum fuisse c. 13 extr. docet. Itaque non aliter hoc interpretandum videtur atque illud 4, 29, ubi luna cum plena esset et maritimos aestus maximos effecisset, onerarias naves ad ancoras deligatas tempestas *afflictare* dicitur, h. e. vehementius *affligere*, quod verbum omnino incommodo et detrimento navium significando adhiberi Heldium minime fugit. Cf. 4, 31. 5, 10. Civ. 3, 27. Idem vir doctus coniunctivi rationem hanc esse statuit, ut timendum fuisse, ne afflictarentur, demonstret. Scilicet afflictari naves re vera non solebant, quia rerum natura ea erat, ut navibus aditus non quaereretur. Sed si quaereretur, afflictarentur. Ea vero non tam timoris seu dubitationis, quam necessitatis significatio est, similis illi, qua 6, 11 secundum nonnullos legitur *neque aliter si faciant, ullam inter suos habeant auctoritatem.*

§. 3. atque his oppidi moenibus adaequatis] Dubitare licet aggerem et moles moenibus aequa facta, an moenium altitudinem oppugnantes illis assecutos intelligi

Digitized by Google

suis fortunis desperare coeperant, magno numero navium appulso, cuius rei summam facultatem habebant, sua deportabant omnia seque in proxima oppida recipiebant:
4 ibi se rursus isdem opportunitatibus loci defendebant.
5 Haec eo facilius magnam partem aestatis faciebant, quod nostrae naves tempestatibus detinebantur summaque erat

Leid. A. Cu. sec. Oud. et a m. pr. Vind. A. *isdem*, denique VV. CC. Vrs. in Not. *iisdem* exhibent. Id ambiguitati cuidam, quam ostendit adn. cr. ad c. 2 §. 3 verba *neque eam*, medendae inserviens (remedii auctor fortasse *his dein* voluit) cum prima praepositi (ut in Leid. A.) *menibus* syllaba coniunctum (*his demme* —) suppeditare alicui lectionem Aldinam potuit, cui pariter atque Oxoniensi reliquorum codicum auctoritas et praeterea hoc obstat, quod *ferme* nusquam a Caesare usurpatum est illaque aetate omnino usu frequentari desierat. Varro de Ling. Lat. 6, 5 *ferme dicitur quod nunc fere*. Cf. Handius Tursell. 2, 691.

§. 4. isdem] Voss. A. Gott. sec. Fabr. Bong. A. et a m. pr. Vind. A. *hisdem* idem a m. s. cum Dr. A. Goth. A. Vind. B. *hiisdem* Vrat. BC. *id est* Egm. sec. Fabr. Vrat. A. om. Goth. B. a m. pr. *iisdem* vulgo et int. vers. a m. s. Goth. B. Cf. c. 3 §. 2.

magnam partem aestatis faciebant] *magna parte satisfaciebant* Egm. Vrat. A. *magna parte* — Vind. CI. Gr. b. Frell. *per magnam estatis partem faciebant* Goth. A. quae interpretatio non incommoda est.

scriptor voluerit. Res eodem redit, sed tamen alibi in his libris *adaequare* ubi transitivum est, assequi significat, erreichen, ut 1, 48 extr. 2, 32 extr. et quibus locis etiam cum ablativo, qui instrumenti est, construitur, 5, 8 et 7, 22: ubi dativo iunctum, intransitivum est, gleich kommen, ut Civ. 2, 16. Hirt. 8, 41 et secundum codices Alex. 16. Itaque nescio an *his* seu per haec *moenia*, quam *moenibus haec* (ut alia *solo*) *adaequata* interpretari praestet. Accedit quod *his* commodius eadem ratione, qua *aggere* ac *molibus*, quam diversa positum videtur. — Quod *oppidi* moenibus dixit, cum *oppidorum* oppugnatio praecedat, in proximo *oppida* sequatur, post si *quando magnitudine operis* nullam offensionem habet. Haec enim ex pluribus, quibus idem acciderat, oppidis singulare aliquod electum in eoque defixum scriptoris animum significant.

suis fortunis desperare] *Fortunae* sunt res a fortuna datae, quibus salus et incolumitas constat, vel omnes omnino, quae ad statum et conditionem hominum pertinent, ut h. l. et 5, 3 extr. (*suas civitatisque fortunas eius fidei permissurum.*) 6, 7 (*sese suas exercitusque fortunas in dubium non devocaturum.*) 7, 8 (*obsecrant, ut suis fortunis consulat.*) et ib. 77 (*de exitu suarum fortunarum consultabant.*) vel quae proprie fortunae bona dicuntur, opes et facultates, ut 1, 11 extr. 5, 43 et 6, 35. — *Desperare* cum dativo sic, ut *confidere* et *timere*, constructum iterum exstat 7, 50 *a multitudine oppressus ac sibi desperans*.

facultatem] Cf. adn. ad 1, 38 §. 3.

§. 5. tempestatibus] Petrarcha

Digitized by Google

vasto atque aperto mari, magnis aestibus, raris ac prope nullis portibus, difficultas navigandi. 13. Namque ipsorum naves ad hunc modum factae armataeque erant: carinae aliquanto planiores, quam nostrarum navium, quo facilius vada ac decessum aestus excipere possent;

aestibus] *aestubus* Bong. C. sec. Confl.

portibus] Id Oud. „ex MSS. optimis duodecim pluribusve et multis editis" dedit. In ex. Fabr. tantum ex Gott. affertur. Ego *portubus* in Goth. A. Vind. A., sed in hoc correctione factam, et in Rom. a. Med. a. Ven. b. Gr. ab. St. Turr. Graev. Dav. Cl. inveni: Bong. A. Hav. A. et reliqui mei *portibus* habent. Cf. adn. cr. ad c. 8 §. 1.

Cap. 13. §. 1. vada] om. Vind. A.

ac decessum] Ita cum plerisque Parisienses et Hav. A. In Voss. A. sec. Fabr. c copulae inter versus additum est. *ac decessum decessus* Hamb. *ac discessum* Carr. cod. Turris. Dr. A. Vind. B. *ac excessum*, in m. *al. decessum*, Vind. F. (In Dr. B. *ad excessum* post *prorae* §. 2 additum est.) *ac cessum* interiecta litura Vind. A. *ac desessum* cod. Sambuci, quod plane insolitum est. *ad decessum* Pet. „sive cum aestus decedit. Recte quidem; ut *vada* sit Nominativus." Oud. Sed cf. int. Ceterum non *ad*, sed *sub* Caesarem, si id voluisset, quod putat Oud., scripturum fuisse arbitror.

excipere] *decipere* Leid. B.

Hist. 8, 11 *insolitis* addit neque id praeter rem. Haec enim difficultas fortuito obiecta Romanis est: altera proximis verbis significata necessaria magis et in illis partibus perpetua talibus quidem navibus, quales Romanorum erant. Namque ipsorum Gallorum naves facilius haec ferebant, ut capite sq. demonstratur.

Cap. 13. §. 1. vada ac decessum aestus excipere] Fortasse mare quibusdam locis etiam accedente aestu vadosum erat: si minus, per se tamen et omnino vada ab aestus decessu differunt, ideoque verba *ac decessum aestus* sine pleonasmo addita sunt accuratioris definitionis causa, de qua in adn. ad 2, 19 §. 1 dixi. Verbo autem *excipere* non video qui minus convenire *vada*, quam *decessum* existimaverit Oud. „*Decessum excipere* recte posse dici naves, ut omnia quae incurrant in nos, etiam metaphorice *excipere* dicamur: *vada excipere* hypallagen esse pro *vada excipiunt navem*. Sexcenties enim *excipere* aliquem dici loca, in quae se contulerit." An vero decedens aestus in navem incurrit? aut optandum est, ut quam facillime vada excipiant navem? Denique eo inclinat, ut zeugma statuat. „Vltimo substantivo iunctum esse verbum proprium, licet praecedat aliud, quod alius significationis verbum postulare videatur. Quomodo sexcenties veteres loqui notum sit." Non magis zeugmati, quam hypallagae hic locus est, neque aliter vada atque decessus aestus *excipi* a navibus dicuntur, sed quasi adversarii navium cogitandi sunt, quorum impetum hostilem carinae planiores facilius excipiunt et sustinent. Ceterum cf. Taciti Ann. 2, 6 *aliae breves angusta puppi proraque et lato utero, quo facilius fluctus tolerarent, quaedam planae carinis, ut*

Digitized by Google

2 prorae admodum erectae, atque item puppes ad magni-
3 tudinem fluctuum tempestatumque accommodatae; na-
ves totae factae ex robore ad quamvis vim et contumeliam
4 perferendam; transtra pedalibus in altitudinem trabibus

§. 2. tempestatumque] *tempestatum* Goth. B. a m. pr. *tempestatiumque* V. C. Vrs. in Not. Iu. Cf. adn. cr. ad 4, 3 §. 1.

§. 4. pedalibus] „Bong. A. Pet. Lov. Voss. A. Egm. Carr. et septem recentiores." Pet. Lov. Voss. A. Egm. Lb. et a m. pr. Gott. sec. Fabr. Bong. C. Pal. sec. Confl. cod. Turris. etiam Vind. Fl. Gu. cod. Brant. cum edd. ante Ald. *sexpedalibus* Vind. A. corr. *ex pedalibus* Hav. A. Ald. etc. usque ad Oud. Addita praepositione ratio inter transtra et trabes eadem, quae inter naves totas et robur, remota praepositione eadem, quae inter confixa et clavos intercessisse demonstratur, et ablativus is est, qui instrumenti dicitur. Nam qui ex antecedentibus *facta* suppleri iubent, vereor ne invito linguae genio faciant. Erat autem transtorum trabiumque ratio a navium et roboris ratione diversa eo, quod trabes iam confectae et in formam redactae erant, et ob id ipsum mutasse dictionem scriptor videtur.

in altitudinem] „MSS. et Edd. omnes ante Scal." *valitudinem* Pal. sec. Confl. *in latitudinem* V. C. Vrs. in Not. Iu. et sqq. etiam Oud. 1, qui alterum solemni confusione acceptum referebat.

sine noxa siderent. Strabo l. 4 p. 52 Tz. Caesaris locum respiciens Venetorum navigia πλατύπυγα vocat, mit breitem Gesäß.

§. 3. vim et contumeliam] Vt *iniuria* non ita raro de laesione rerum, quarum ius est nullum, dicitur, quibus rebus personarum dignitas vel graviter, ut aliquoties a Plinio maiore, vel ridicule, ut in comoedia (cf. Plauti Rud. 2. 4, 1 *quis est qui nostris tam proterve foribus facit iniuriam?*) tribuitur, ita *vim et contumeliam* perferentes naves faciens Caesar non solum iure, sed etiam dedecoris sensu praeditas et indignitatis dolore affectas facit, cum omnibus modis vexantur, propelluntur, repelluntur, saxis illiduntur, fluctibus, ventis ludibrio sunt, earumque rerum omnium luculentissimam paucis verbis exhibet imaginem. Quam ne iusto audaciorem et prosae orationi non satis accommodatam existimemus, recordandum est homines maritimos et nauticos, de quibus h. l. sermo fit, de navibus fere ut de personis et sentire et loqui solere, scriptorem autem ad insolentiorem utique *contumeliam* sibi et lectori quasi gradum fecisse per *vim*, quam et ipsam metaphorice dictam interpretari licet. Eodem pertinet verbum *excipere*, de quo paulo ante disputavimus.

§. 4. transtra] Metaphrastes κατασταλάγματα posuit, tabulata navium, Verbecke, quam interpretationem Heldius non iniuria neque ab origine vocabuli neque ab rei h. l. descriptae natura alienam censet. Sive enim a transeundo quasi *transitra* dicta, sive ab ipsa *trans* praepositione denominata sunt (minus probabiliter alii a Graeco θρᾶνος repetunt) tigna seu tabulas, quibus naves consternebantur seu tegebantur, ita vocari potuisse apparet. Nec repugnat Festus, quo auctore *transtra et tabulae navium dicuntur et tigna, quae ex pariete in parietem porriguntur.* Porro naves illas non apertas, sed con-

Digitized by Google

confixa clavis ferreis digiti pollicis crassitudine; anco- 5
rae pro funibus ferreis catenis revinctae; pelles pro ve- 6

Sed in ed. 2 merito codicum scripturam restituit. *Latitudo* enim ad firmitatem momentum non habet. *Altitudo* vero crassitudo est, quo nomine scriptor mox usurus hic abstinuit. Ceterum necessarium ne illud quidem erat. Cf. Civ. 2, 2 *pedalibus lignis contunctis inter se porticus integebantur*, h. e. pedem crassis. Et intra 4, 17 *bipedales* trabes item crassitudinis ratione habita dicuntur. Sed ad aequabilitatem membrorum aliquid interponi referebat.

§. 5. ancorae] „MSS. plerique hic et infra passim." Bong. A. Goth. AB. Vrat. C. Vind. I. Ven. bcdef. Ber. Ald. Gr. a. St. P. Man. *ancores* Dr. B. *anchorae* Dr. A. Vrat. AB. Vind. A. Hamb. Egm. sec. Fabr. Rom. a. Med. a. Gr. b. Ald. nep. et sqq. Aspirationem ab Oud. hic et ubique servatam Servius ad Aen. 1, 169 agnoscit mirabundus: *hoc nomen cum in Graeco, unde originem ducit, aspirationem non habeat, in Latino aspiratur; quod est contrarium. Nam magis Graecorum est aspiratio.* [*Sed hoc in paucis nominibus invenitur.* Idem ad Aen. 6, 3 apud maiores sine aspiratione prolatum dicit, contra atque *thus*, *orchus*, *lurcho*, quibus sequens aetas detraxerit aspirationem. Quod si verum est, *anchora* eidem aevo, cui *tus*, *orcus*, *lurco*, tribui debet. Denique Marius Victorinus p. 2466 *corona*, *ancora*, *sepulcrum* eadem formula complectitur, quem plerique hodie sequuntur. Ego in re dubia (nam Graecum nomen et recentius Homerica aetate et longa paenultima diversum est) Bongarsiani libri auctoritatem secutus sum, quem Pl., cum octies in b. Gall. ancorae nomen occurrat, uno loco (4, 23 §. 4) *c* pro *ch* exhibere non testatus est. Secundum reliquos codices meos et, nisi fallor, Oudendorpianos quoque *ch* in his et in reliquis Comm. praeferendum esset.

stratas fuisse admodum probabile est, et tabulatorum firmitatem inprimis magni momenti ideoque silentio non praetermittendam scriptori videri potuisse facile intelligitur. Sed tamen quicunque post Caesarem eo nomine in re navali usi sunt (nam ante eum qui usus sit, nemo extare videtur) illas significasse reperiuntur tabulas vel trabes, non quae summis impositae parietibus, sed mediis vel inferioribus affixae ab uno latere navis ad alterum pertinentes remigibus sedilia essent, quae Germanice Ruderbänke appellantur. Atque haec firmitatem quoque navi non parvam fecisse vere observat Meibomius *de fabrica triremium* (Amst. 1671. 4.) p. 11. At enimvero remiges nullos omnino in navibus Venetorum fuisse ex §. 7 huius et sequentis capitis et ex 15 §. 3 clare perspicitur, neque aliter nisi vento incitatas impetum eas dedisse Strabo loco ad §. 1 citato docet. Quae cum ita sint, *transtra* h. l. ne remigum quidem sedilia esse videntur, sed omnino tigna transversaria, qualia in aedificiis Vitruvius 4, 2 §. 1 et alibi *transtra* nominat, eaque plura inter se confixa et compacta, quibus latera navium cum lateribus continerentur; cuiusmodi vinculis moles istae haud dubie egebant.

digiti pollicis] Sic Cato de re rust. c. 20 *tunicas latas digitum pollicem*, ib. 19 *digitum pollicem*

Digitized by Google

lis alutaeque tenuiter confectae, hae sive propter lini inopiam atque eius usus inscientiam, sive eo, quod est magis verisimile, quod tantas tempestates Oceani tantosque impetus ventorum sustineri ac tanta onera navium
7 regi velis non satis commode posse arbitrabantur. Cum

§. 6. confectae] *consectae* Dr. A. corr. Iu.

hae] Bong. A. And. Pet. Lov. Voss. A. Leid. A. Egm. „cum quinque aliis" Gott. Pariss. Hav. A. ed. inc. Ven. f. Ald. ante corr. Oud. 1 *hee* Vrat. BC. *hec* vel *haec* Carr. cod. Turris. Duk. Goth. A. Hamb. Vind. I. *haec faciebant* Leid. B. Bong. C. sec. Confl. Dr. B. Vind. CF. et *faciebant* Goth. A. in margine habet. om. reliquae ante Oud. edd. et Oud. 2. Non videtur a librariis intrusum *hae*, sed a scriptore positum sic, ut plerumque cum copula poni solet, ut 5, 15 *duabus missis subsidio cohortibus a Caesare, atque his primis legionum duarum.* Nam reliquarum rerum ratio in promptu erat: pellium usus et alutarum minus videri poterat. Hae igitur cur adhibitae fuerint, demonstrat.

eo] „MSS. quatuordecim" Pet. Gott. Voss. A. Egm. Lov. Lbb. sec. Fabr. Bong. C. Pal. sec. Confl. etiam Carr. cod. Turris. Pariss. Gu. Vind. FI. om. „vulgo" Vind. A. Hav. A. Ald. et sqq. usque ad Oud., qui merito a tot codicibus oblatum ex loco simili 1, 23 §. 3 commendatum recepit, quamquam abesse sane poterat.

posse] om. And. Ox. Cu. S. Hav. A. Vind. A. et a m. pr. Leid. A. Par. B. Ald. corr. Gr. a. Ald. nep. Lips. Iu. Graev. Oud. Hu-

laxamenti dixit, quasi *pollex* adiectivum aut ipsum participium *pollens* esset, ex quo verbo ductum nomen putatur. Post Caesarem non reperio qui ita dixerit.

§. 6. alutaeque tenuiter confectae] Possunt haec definitionis causa sic ad *pelles*, ut paulo ante *decessum aestus* ad *vada* addita videri. Nam *alutae*, ab alumine (Vitriol) dictae, sunt pelles subactae et confectae, seu arte tales factae, quales usus requirit. Sed fortasse non omnibus navibus alutae pro velis erant, sed aliis pelles depilatae tantum, aliis confectae et conficiendo tenues factae, quae translato ab effectu ad causam epitheto *tenuiter confectae alutae* dici potuerunt, de quo adverbii usu cf. ad 4, 17 §. 4 nota. Quodsi argutius locutum scriptorem velis, de duplici confectione cogitare liceat, una, qua ex pellibus alutae, altera, qua alutae ex crassioribus tenues sint factae; quam interpretationem ad Plinii verba Hist. nat. 13 §. 13 *pelles candidae conficiuntur iis* (foliis rhois) adhibendam puto, ubi Harduinus *conficere* pro *inficere* positum statuit, inductus, opinor, iis, quae Salmasius ad Vopisci Aurel. 29 p. 368 F. de utroque verbo incredibilia et eorum constructioni repugnantia docet. Nempe confectio, quam Plinius dicit, efficit illa quidem, ut pelles candidae fuscum vel nigrum trahant colorem, at non propterea confici pelles dicuntur, sed quod iam tales fiunt, quales fieri debent. Sic igitur hae, quae Venetis pro velis futurae erant alutae, quia vere perfectae et confectae tum demum erant, cum tenues erant factae, huius postremae confectionis ratione habita *tenuiter confectae* dici potuerunt. Sed Caesarem non tam argute locutum existimo.

arbitrabantur] Hotomanni coniecturam *arbitrantur* primitus po-

Digitized by Google

his navibus nostrae classi eiusmodi congressus erat, ut una celeritate et pulsu remorum praestaret, reliqua pro loci natura, pro vi tempestatum illis essent aptiora et accommodatiora. Neque enim his nostrae rostro nocere 8
poterant (tanta in his erat firmitudo) neque propter altitudinem facile telum adiiciebatur, et eadem de causa minus commode copulis continebantur. Accedebat ut, 9

ius praetermissionis mihi similis atque adverbii *eo* in superioribus ratio videtur esse, ut per se probari possit et tamen propter codices a scriptore abiudicari et vel negligentiae librariorum vel castigandae orationis studio tribui debeat. Ipse Oud. alibi *posse* in uno alterove codice omissum esse observat, ubi nihilo minus ab omnibus pro genuino habetur. Accedit quod, quamquam ea, quae fieri negantur, ita comparata esse solent, ut fieri non posse videantur, tamen aliud est veritatem, aliud facultatem negare. Itaque remoto *posse* non satis cautum est, ne illas nationes interpretemur nosse aliquos, qui velis uterentur, eosque satis commode navigare negasse et minus commode, quam ipsos, rem nauticam suam institutam habere existimasse.

§. 8. in his] *in hiis* Vrat. BC. Hamb. *in eis* Leid. A. Goth. B. Oud. Quidni iterum velut praesentes illas exhiberi credamus? Cf. c. 14 §. 1 *neque his noceri posse.*

copulis] Pal. sec. Fabr. (Confl. tacet) ut voluerat Hotomannus. *scopulis* reliqui codices et edd. omnes; quod etiamsi pro *commode* cum P. Man. et sqq. usque ad Cl. *incommode* contra omnes codices scribatur, tolerari nequit. Post rostra enim et tela commemoratum tertium genus earum rerum esse necesse est, quibus solent naves oppugnari, illae vero propter altitudinem oppugnari minus commode poterant. Iam *scopulos* eius generis non esse apparet, neque si tamen huc referri eos scriptor voluisset, postea iterum saxa et cautes commemorasset. Vinculis vero locus erat in pugna navali, quibus iniectis continerentur coniunctaeque tenerentur naves hostiles, ut transcendi in eas et conserta manu pugnari posset idque Romani c. 15 fecisse dicuntur. Haec igitur vincula (quo nomine utitur Lucanus 3, 574) quae proprie *manus, manus ferreae, harpagones* vocabantur (cf. Schefferus de Mil. nav. 2, 7) Caesar h. l. *copulas* nomine communi et omnem illam formarum varietatem complectenti appellare potuit, et secundum codices, quorum scriptura lenius certiusque emendari posse non videtur, appellasse statuendus est. Idem cum Oud. recentiorum plerique sentiunt.

situm suspicantis Oud. ideo improbat, quod Caesar totam gentem deleverit. Et tamen ipse 7, 75 §. 4 Venetos iterum apparentes intactos reliquit. Neque vero de solis Venetis hic agitur, sed de omnibus Armoricis civitatibus. Itaque non hac ratione improbandum illud est, sed quod tempus illud respiciendum erat, quo omnia haec gerebantur, quod tum, cum Caesar scribebat, praeteritum erat. Cf. initium huius capitis.

§. 7. congressus] hostilis. Cf. adn. ad 1, 39 §. 1.

pulsu remorum] Cf. Cic. de Or. 1, 33 extr. *intermisso impetu pulsuque remorum.*

Digitized by Google

cum saevire ventus coepisset et se vento dedissent, et tempestatem ferrent facilius et in vadis consisterent tutius et ab aestu relictae nihil saxa et cautes timerent; quarum rerum omnium nostris navibus casus erat exti-

§. 9. cum] *cum se* Voss. A. Lov. Hamb.

saevire ventus coepisset] om. And. Ox. Vind. A. Hav. A. *scevire* etc. Hamb.

et se] om. Bong. A. Leid. C. Voss. C. Dorv. Gott. et sec. Oud. Pet. Pal. Lov. (quorum de duobus prioribus Fabr. et Conil. tacent, e postremo Fabr. *et* refert) Dr. A. Vrat. ABC. Goth. B. Gu. Hamb. Vind. BE. ed. inc. *se* And. Ox. Vind. A. Hav. A. Voss. AB. Duk. Leid. B. Egm. Dr. B. Goth. A. Vind. C.

vento] *v. se* Vrat. A. Egm. sec. Fabr. — Hanc omnem varietatem ex errore in hac initiorum ac terminationum similitudine facile committendo originem ducere et sine idonea causa Oud. in ed. 2 verba *et se vento dedissent* uncis inclusisse censeo. Certe quod in adnotatione ed. 1 dicit, neminem se, quando saevire ventus incipiat, vento dare, et haec poetis magis, quam historicis usurpata abundare omnino videri, ad suspicionem firmandam non sufficit. *Saevus* enim ventus secundus esse potest. Cf. Cic. Att. 5, 12 *inde Gyarum saevo vento, non adverso.* Et *dare se* a Cicerone etiam audacius dictum est Verr. 3, 19 *tamen ne putamus patronum tuum in hoc crimine cerviculam iactaturum et populo se ac coronae daturum?* ubi conferenda est Lipsii adnotatio. Neque insolentior paulo et supra cotidianum sermonem assurgens oratio ab universa huius loci indole aliena aut a falsario profecta iudicari debebat. Abundare vero hoc, quod plane contra vulgarem consuetudinem isti faciebant, ut saevienti vento se non subducerent, sed darent, omnium minime videtur.

relictae] V. C. Vrs. in Not. Gott. et a m. sec. Pet. (sic Oud. In margine ex. Fabr. leguntur haec, quae non satis intelligo: — *relictae Pet. a manu secunda G. diserte*) Voss. BC. Dr. A. Vind. AB. Goth. A. *rei relictae* Bong. A. Voss. A. Leid. AC. Lov. Egm. Vrat. AB. Gu. Hamb. inc. *derelictae* reliqui libri scripti et editi; quod ex eius, quam secundo loco posuimus, scripturae emendatione, secundam autem ex primae corruptione extitisse puto. Heinsius et Oud. *reiectae* a Caesare scriptum coniecerunt, quia *relictarum ab aestu* navium significatio iam facta sit verbis *in vadis consisterent.* Sed quod a vadis impendebat periculum eversionis, ab eo illae omnino carinarum planiorum beneficio tutae erant, naufragium autem, quod a saxis et cautibus aestus tempore et saeviente vento omnibus navibus timendum erat, ab aestu relictae hae quidem, utpote totae ex robore factae, nihil timebant, Romanorum vero naves nihilo minus timere cogebantur.

cautes] *cantes* Hamb. *cotes* Leid. A. S. Vind. A.

erat extimescendus] *erant extimescendi* V. C. Vrs. in Not. et

§. 9. tempestatem ferrent] Praeter Taciti locum in adn. ad §. 1 citatum cf. Cic. Att. 5, 12 *nosti ἄφραχτα Rhodiorum: nihil, quod minus fluctum ferre possit.*

nihil] Cf. adn. ad 2, 20 §. 4.

Digitized by Google

mescendus. 14. Compluribus expugnatis oppidis Caesar, ubi intellexit frustra tantum laborem sumi neque hostium fugam captis oppidis reprimi neque his noceri posse, statuit exspectandam classem. Quae ubi con- 2

Emend. Leid. A. S. Vind. A. Lips. et sqq. etiam Oud., qui tamen singularem, nescio quomodo, temere non mutatum malle profitetur. Pluralis si a codicibus satis firmus esset, haud dubie ferri et ita explicari deberet, ut has res omnes, ne forte acciderent, navibus Romanis timendas dixisse scriptor statueretur. Singularis vero, quem codices commendant, quorsum istae res, si accidissent, casurae et quem eventum fortuna moderante habiturae essent, timendum fuisse significat. Sic Cicero de Divin. 2, 56 de proelio Pharsalico: *casum proelii nemo nostrum erat quin timeret.* Atque id exquisitius videtur.

Cap. 14. §. 1. his] *hiis* Vrat. BC. Hamb. *iis* Bong. A. Vrat. A. Cf. c. 13 §. 8.

exspectandam] *exspectare* Dr. B. Vind. E et pro v. l. F. Vasc. St. Gr. b. *exspectari* cod. Turris. et sec. Oud. margo ed. Plantin. a. 1574. *exspectandum* Gott. Voss. C. Vind. B. Gu. et a m. pr. Vrat. B. ed. inc. probante Drakenborchio et ex uno Gott., quem satis exactum fert, recipi iubente in adnotatione ad Sil. 15, 105 (*Nec bona censendum quae Fors infida dedisse Atque eadem rapuisse valet.*) Cuius a sententia recte dissentit Oud. et istis libris tantum tribuendum negat. Neque mihi aliquanto maiore cum auctoritate discedere in Drakenborchii sententiam placuit. Dictio ipsa proba et satis cum ab aliis (v. *Haasii* additamenta ad *Reisigii* Scholas grammaticas p. 766) tum a Drakenborchio l. c. defensa, sed a Caesaris usu abhorrens. Cf. 2, 31 *si forte — statuisset Aduatucos esse conservandos.* 4, 16 *multis de causis Caesar statuit sibi Rhenum esse transeundum.* 7, 75 *non omnes — convocandos statuunt, sed certum numerum — imperandum.* Neque si Civ. 3, 110 *stipendia augendi causa* scripsisse statui potest, accusativorum concursum non vitasse existimandus est, quo etiam Cicero videtur abstinuisse.

Cap. 14. §. 1. Compluribus expugnatis oppidis] A descriptione redit ad narrationem, cuius tamen partem in descriptione inclusam habemus. Nam dum difficultatem expugnationis describit c. 12, simul expugnata esse oppida nonnulla significat, et naves Gallicas describens c. 13 suas cum iis pugnasse indicat. Similiter narrationi in hoc capite descriptionis aliquid immixtum et in sequenti demum legitimam rerum gestarum expositionem continuatam videmus.

tantum laborem] quantum suscipiendum fuisse initio c. 12 docuit. Cur frustra susciperetur, sequentia indicant. Si captis oppidis simul hostes capere et hominibus item ut aedificiis nocere potuissent, labor utilis et ad conficiendum bellum conducibilis fuisset. Sed res aliter se habebat, ut c. 12 §. 3 significatum est.

exspectandam classem] Non prorsus destitutos navibus in illa oppidorum oppugnatione fuisse Romanos credibile est. Singillatim nonnullae venerint et pugnarint: nunc omnes conveniunt.

Digitized by Google

venit ac primum ab hostibus visa est, circiter CCXX. naves eorum paratissimae atque omni genere armorum ornatissimae profectae ex portu nostris adversae constiterunt;
8 neque satis Bruto, qui classi praeerat, vel tribunis mili-

§. 2. CCXX.] *ducentas XX.* Bong. A. Gott. Voss. ABC. *ducentas viginti* Pet. Egm. Vrat. A. *ducente viginti* Goth. A. Hamb. *ducentae* Vrat. B. Caesari *circiter* etiam praepositionem visam esse verba 1, 50 §. 2 *circiter meridiem* demonstrant, atque 6, 36 (*ex quibus qui hoc spatio dierum convaluerant, circiter CCC. sub vexillo una mittuntur*) si in codicibus esset *trecentos*, fortasse ferri posset: hic vero subsequens *naves*, qui haud dubie nominativus est, miror dubitationem relinquere potuisse Oudendorpio, *ducentas* an *ducentae* legendum sit. Hoc tantum ex illa codicum scriptura colligi posse videtur, Caesarem non verbis numerum, sed siglis indicavisse.

profectae ex portu] *profecta ex p.* Bong. A. *profectu ex p.* Vind. E. *profectae exportet* Hamb. *profecte ex potu* Ven. e. Ber. *e portu profectae* Vind. A et fortasse I. Bong. C. cum Ald. et sqq. usque ad Oud., qui „MSS. et Edd. pp." secutus ordinem verborum et praepositionem mutavit. Apud Orosium 6, 8 est *progressae portu.*

§. 3. vel] *ullis* Gu. *neque* P. Man. Ald. nep. Lips. et sqq. ante Oud., quod in nullo codice repertum propter vulgatae insolentiam ex coniectura posuisse P. Manutius videtur. Insolens autem non hoc est, quod Oud. exemplis tuetur, quod antecedente *neque* non iterum *neque* aut *nec*, sed quod post negationem positum est *vel*, cum consuetudo *ve* vel *aut* requireret, quod hoc ipso loco post *quid agerent* et multis aliis locis in his Comm. legitur. Itaque unum est inter exempla ab Oud. collata quod huc pertineat, ex Appuleii Met. 3 p. 50 ed. Pric. (pag. 192 ed. Oud.) petitum: *neque tuae dignitatis vel etiam prosapiae tuorum ignari sumus*, quem ad locum Oud. ex eiusdem operis l. 11 p. 254 *nec me fefellit vel longi temporis prolatione cruciavit potentis dei benignitas*, et ex libro de dogm. Plat. p. 572 *rerum formas — nulla specie vel qualitatis significatione distinctas* affert. Duo alia exempla Lachmannus ad Propert. 4. 21, 25 ostendit, Tibulli 1. 9, 60 *Nec lasciva soror dicatur plura bibisse Pocula vel plures emeruisse viros*, et Propertii 1. 15 (14) 24 *non ulla verebor Regna vel Alcinoi munera despicere.* Sed horum omnium vel incerta est a codicibus fides vel nulla ad Caesaris constituendam scripturam auctoritas. Nihilo minus recte Oud. *vel* restituisse vi-

§. 2. armorum] Non solum vela, funes, ancorae, sed etiam tela et quaecunque ad pugnam navalem opus sunt, *armorum* nomine significari videntur. Tela quidem eis fuisse §. 4 diserte scriptor docet. Aliter sane Dio Cassius 39, 43 *οἱ γὰρ βάρβαροι μήτε τοξείᾳ χρώμενοι μήτε λίθους ὡς οὐδὲν αὐτῶν δεησόμενοι προπαρασκευάσαντες* etc. incertum qua auctoritate. Non magis quae de rostrorum usu, de remis Gallorum, de loco, unde classis cum Bruto venerit, tradit, cum iis, quae a Caesare tradita sunt, conciliari possunt.

Digitized by Google

tum centurionibusque, quibus singulae naves erant attributae, constabat, quid agerent, aut quam rationem pugnae insisterent. Rostro enim noceri non posse cognoverant; turribus autem excitatis tamen has altitudo pup- 4

detur. Tribuni enim et centuriones, quibus singulae naves attributae essent, quas ad Bruti imperium regerent, neque exspectari neque postulari poterat ut scirent, qua ratione proelium committendum esset. Hos igitur eorumque ignorantiam consentaneum erat non eodem atque Brutum et Bruti trepidationem numero haberi, quod fieri videretur, si *neque* vel *aut* positum esset. Neque vero silentio eos praetermitti par erat, sive quod ad consilium adhibiti a Bruto fuissent, sive quod interdum fit, ut unus ex inferioribus praefectis videat aliquid, quod imperatorem fugiat. Itaque *vel* aptissimum erat, utpote non necessariam, sed arbitrariam disiunctionem indicans, quam Germanice ita enuntiemus: und nicht wußte Brutus oder auch einer der Unterbefehlshaber.

quam rationem pugnae insisterent] Bong. A. Voss. A. Pet. Egm. sec. Oud. Vrat. A. Vind. A. Gr. ab. St. Turr. Lips. et sqq. *qua ratione p. i.* „MSS. plerique et Edd. Vett.“ cod. Brant. Gott. Lov. sec. Fabr. Bong. C. Pal. sec. Conſl. Carr. cod. Turr. Dr. B et, qui *institerent* habet, A. Vrat. BC. Goth. AB. Vind. CDFI. Hamb. edd. ante Gr. a et P. Man. Ald. nep., quod nisi codicum causa non erat repudiandum. *In bellum insistere* 6, 5 legitur, nec dubium est, quin actioni reive futurae pariter atque in eam insistere dici possit qui ei animum applicare operamque dare incepit. Sed non minus recte se habet vulgata, in qua *insistere* transitivum et ut significatione, ita constructione simile verbo *inire* est. Exempla collegerunt Dav. et Oud.

§. 4. cognoverant] Sincerus interpretatur sie hatten gehört; quam significationem verbum *cognoscere* nisi ad rem factam relatum non habet. Potius statuendum est nonnullas naves ita, ut venerant, congressas cum Gallis et rostra inutilia expertas esse. Vide quae ad verba *exspectandam classem* adscripsimus.

turribus autem excitatis] Ne hoc quidem recte declarat Sincerus: wenn sie aber auch schon Thürme hätten aufbauen wollen. Re vera excitatas in parte saltem navium turres fuisse sequentia docent, quae usum earum exiguum qui esset, non qui esse potuisset, demonstrant: *has altitudo puppium superabat, ut — possent et — acciderent.* Nec sine turribus videntur Romani funes et antemnas Gallorum attingere potuisse. Itaque sic potius declarandum erat: waren aber auch Thürme aufgeführt. Quod autem *turribus excitatis has* dicere maluit, quam *turres excitatas*, factum est ob rei gravitatem, quae excitatas esse turres per se poni postulabat, priusquam ostenderetur, quid excitatae passae essent. Ceterum cf. 5, 40 *turres admodum cxx. excitantur incredibili celeritate.* 8, 9 *imperat — turris excitari crebras in altitudinem trium tabulatorum.* Liv. 43, 18 *postquam vineas agi turresque excitari viderunt.* Curt. ed. Zumpt. 4, 13 *turres in medio excitatae.* quae omnia longe a poetica dictione remota verbi *excitare* proprium et vulgarem in his fabrilis artis operibus usum fuisse ostendunt. Ex parte simile est *exprimere* 7, 22.

Digitized by Google

pium ex barbaris navibus superabat, ut neque ex inferiore loco satis commode tela adiici possent et missa ab Gal-
5 lis gravius acciderent. Vna erat magno usui res praeparata a nostris, falces praeacutae, insertae adfixaeque
6 longuriis, non absimili forma muralium falcium. His

§. 4. ab Gallis] „Sic MSS. et Edd. Vett. non *a.*" De edd. fallitur Oud. Certe a me collatae omnes *a Gallis* exhibent cum Goth. B et a m. pr. A. Hamb. Vind. AB. In ex. Fabr. *ab* ex Gott. Voss. A. Egm. relatum est. Ceterum cf. adn. cr. ad c. 9 §. 1.

§. 5. adfixaeque] Bong. A. Voss. A. non *aff. affissaeque* Hamb. In Vind. A. enclitica et praecedens *insertae*, quod Goth. A. tantum in m. habet (*insitae* Pal. sec. Conf.) perperam omissa sunt.

ex barbaris navibus] Altitudo puppium erat propria navibus barbarorum et in contentione, quam verbum *superabat* significat, ex illis sicut turres ex Romanorum navibus quasi in certamen missa vincebat. Itaque praepositio magis illa quidem subiecto enuntiati, quam praedicato coniuncta neutiquam prorsus ab hoc seiungenda videtur, quemadmodum Handius facit Tursell. 2 p. 625 *ex leguminibus paleas* et *album ex ovo* cum hac dictione componens et *ex* pro genitivo, qui cuius rei aliquid sit, definiat, positum dicens. Quod qui probet, etiam *puppes ex navibus altas* vel *altitudinem puppium ex barbaris navibus mirificam esse* dicentem probet. Contra qui praepositionem ex praedicato suspensam volunt, simile hoc faciunt illis *ex vinculis causam dicere* (1, 4), *ex equis colloqui* (1, 43) et altitudinem puppium imponunt navibus desuperque pugnantem et superantem fingunt audacissime, ne dicam inepte, et tamen collocationem verbi adversariam habent, quod si illud voluisset scriptor, ante *ex barbaris navibus* posuisset.

§. 5. falces praeacutae] non acutissimae, quemadmodum Orosius sensisse videtur, qui hoc ipso superlativo utitur, sed anteriore in parte acutae. Non enim adiectivum, quorum significationem intendere *prae* solet, sed participium esse verbi *praeacuere*, cuius imperativo et futuro exacto Cato de re rust. c. 40 utitur, ex 7, 73 §. 3 apparet: *ramis abscissis atque horum delibratis ac praeacutis cacuminibus*. Nec aliter reliquis in locis, 2, 29. 4, 17. 7, 22. 73 §. 6 et Civ. 1, 27 §. 3 et 4 dictum videtur, quorum duobus in mediis (l. 7) cum *praeustus* coniunctum legitur, quod et ipsum participium est. Anterior autem pars falcis pariter ac trabis reliquarumque rerum, quae his septem locis *praeacutae* dicuntur, ea est, quae in opere faciendo praecedit seu prae ceteris admovetur iis, quibus tota admoveri debet ac solet. Quae cum in falce acies, in trabibus autem et reliquis acumen sit, illas, cum praeacutae dicuntur, Germanice vorn geschärfte, has vorn zugespitzte dicere debemus.

non absimili forma muralium falcium] Harum igitur formam vulgo satis notam fuisse consentaneum est. Atque *asseres falcatos* a. u. 565 a M. Fulvio consule Ambraciam oppugnante ad detergendas pinnas murorum adhibitos secundum Polybium 22, 10 §. 4 (qui δορυδρέπανα vocat, quo vocabulo Strabo et Dio has Bruti falces nuncupant) Livius 38, 5 memorat, quorum falces oppidani, ancoris ferreis iniectis in interio-

Digitized by Google

cum funes, qui antemnas ad malos destinabant, comprehensi adductique erant, navigio remis incitato praerumpebantur. Quibus abscisis antemnae necessario conci- 7
debant, ut, cum omnis Gallicis navibus spes in velis ar-

§. 6. ad malos] om. Vind. A.

destinabant] S. Leid. AC. Par. B. Vrat. B. ed. inc. *destinebant* Gott. sec. Fabr. Vrat. A. Vind. A. Hamb. *detinebant* Voss. A. „et recentiores" Carr. cod. Turris. Dr. B. Goth. A. Vind. CFI. *distinebant* „ceteri MSS. potiores cum edd. plerisque" Bong. A. Par. A. Hav. A. Dr. A. Vrat. C. Goth. B. edd. ante Iu. et Graev. Hanc omnem varietatem errantibus aliis aliter librariis, non generum diversitati codicum deberi manifestum est. Similem habes Civ. 1, 25 in verbis *has* (rates) *quaternis ancoris ex quattuor angulis destinabat*, paulo minorem 7, 22 *nam et laqueis falces avertebant, quas cum destinaverant, tormentis introrsus reducebant*, nullam vero Afr. 88 *quorum cum partem assentire, partem animum mentemque perterritam atque in fugam destinatam habere intellexisset*, quo loco *destinare* ut reliquis propriam, ita metaphoricam verbi *defigere* significationem habet.

praerumpebantur] *prorumpebantur* Leid. A. Vind. A. et quidam Parisienses. *perrump.* VV. CC. Vrs. in Not. Lov. Vind. E. alii Pariss. et sec. Oud. ed. Rom. Eadem erat secundum Vrsinum in Emend. Faerni emendatio. Sed optima est vulgata, eam rupturam significans, quae in adducta et protracta funis parte fieret.

§. 7. abscisis] *praecisis* VV. CC. Vrs. in Not. Leid. A. Vind. A. Hav. A. Sic paulo ante detractum scriptori redditur. *abscissis* St. Gr. b. Turr. Graev. Dav. Cl.

rem partem muri trahentes asserem, perfregerint. Aliter Vegetius 4, 14 testudinem intrinsecus accipere trabem docet, *quae adunco praefigitur ferro et falx vocatur ab eo, quod incurva est, ut de muro extrahat lapides.* Sed huius ac Livianae falcis differentia ad usum potius, quam ad formam et structuram pertinet, quae utriusque haud secus atque Caesarianae simillima fuisse videtur formae earum, quibus nos in reprimendis incendiis utimur, quae vulgo Feuerhaken vocantur. Nullo autem modo conciliari cum Caesaris verbis Orosii descriptio potest Bruto hoc auxilio fuisse tradentis (6, 8) *quod falces acutissimas non pertinaciter contis praefixas, funibus autem subnexas paraverat; quibus, cum opus esset, adprehensos eminus rudentes subductis hastilibus per funem falcem retrahendo succiderent.* Quae quasi ad illustrandum Caesaris locum non modo ab Hotomanno in comm., sed etiam a Scheffero de Mil. nav. 2, 7 p. 163 iuxta posita miror. Nec Lipsius Poliorc. 5, 8 p. 205 in hac re dilucidanda sua diligentia usus videtur. Funes quidem istos ne Vegetius quidem in falce navali novit, quam 5, 15 sic describit: *Falx autem dicitur acutissimum ferrum curvatum ad similitudinem falcis, quod contis longioribus inditum calatorios funes, quibus antenna suspenditur, repente praecidit collapsisque velis Liburnam pigriorem et inutilem reddit.*

§. 6. adductique] Cf. Lucani 3, 700 *Adductum quoties non senserat ancora funem.*

Digitized by Google

mamentisque consisteret, his ereptis omnis usus navium
8 uno tempore eriperetur. Reliquum erat certamen positum in virtute, qua nostri milites facile superabant, atque eo magis, quod in conspectu Caesaris atque omnis exercitus res gerebatur, ut nullum paulo fortius factum
9 latere posset; omnes enim colles ac loca superiora, unde erat propinquus despectus in mare, ab exercitu tenebantur. 15. Disiectis ut diximus antemnis, cum singulas binae ac ternae naves circumsteterant, milites summa vi

consisteret] *consisterent* Dr. A. et a m. pr. Goth. A. inc. *esset* Lov. Vind. D. et a m. s. Goth. B. edd. ante. Ven. f. *essent* Pal. sec. Confl. Dorv. Vrat. C. Hamb. et a m. pr. Goth. B. quòd genus varietatis in his libris non ita frequens est. Ceterum cf. adn. cr. ad 2, 33 §. 3.

Cap. 15. §. 1. Disiectis] *disiectisque* Pet. *disiectis igitur* Voss. A. *dissellis* Lbb. *desictis* Hamb. *deiectis* And. Par. B. ut Vrsinus in Not. coniecerat. Idem probabat Oud. receperuntque recentiores, maxime propter illa c. 14 §. 7 *antemnae necessario concidebant*, quorum admonere ipse scriptor verbis *ut diximus* videbatur. Sed respicias sequentia et diversis ex partibus *a binis ac ternis* in singulas impetu ita, *uti dictum est*, facto *disiici* antemnas necesse fuisse intelliges.

ac] „sic MSS. omnes, non *aut*.“ Pet. sec. Confl. Gott. Voss. A. Lov. sec. Fabr. Carr. cod. Turris. etiam Gu. Vind. Fl. Hav. A. *et* Egm. Vrat. C. *aut* Vrat. A. Vind. D. edd. ante Oud.

circumsteterant] *circumsisterant* Par. A. *circumstiterant* Vind. C. *circumsisterent* Carr. Leid. A. S. Vind. A. Hav. A. Gr. ab. Vasc. St. Turr. Lips. et sqq. usque ad Oud. Id rei saepius fieri solitae vel initio vel continuationi conveniens (v. 2, 20 *quod erat insigne, cum ad arma concurri oporteret.* 7, 16 *dispersosque, cum longius necessario procederent, adoriebatur.*) h. l. minus aptum, quam quod Oud. restituit, quo res semel facta, sed quo tempore milites *contendebant*, iam ad finem perducta, ut par erat, significatur. Eam vero rem saepius factam esse imperfectum *contendebant* et distributiva *binae ac ternae singulas* ostendunt, ut observavit Heldius. Similiter c. 14 §. 6 *his cum funes comprehensi erant, praerumpebantur.* 4, 17 *haec cum defixerat, statuebat.* 5, 35 *cum quaepiam cohors impetum fecerat, hostes velocissime refugiebant.* et: *cum in eum locum reverti coeperant, circumveniebantur.* 7, 22 *quas* (falces) *cum destinaverant, tormentis introrsus reducebant.* Ceterum *circumstiterant*, quod Vind. C. exhibet, per se non improbandum.

§. 8. superabant] Cf. adn. ad c. 4 §. 2.

in conspectu Caesaris] Hic iam apertus fit ad narrationem transitus. Supra dicta non rem gestam, sed fieri solitam exhibere unus ostendit Sincerus.

nullum paulo fortius factum] In his *fortius* adiectivum esse posse docuit Brantius.

§. 9. despectus] Cf. adn. ad 2, 29 §. 2.

Digitized by Google

transcendere in hostium naves contendebant. Quod post- 2
quam barbari fieri animadverterunt, expugnatis compluri-
bus navibus, cum ei rei nullum reperiretur auxilium, fuga
salutem petere contenderunt; ac iam conversis in eam 3
partem navibus, quo ventus ferebat, tanta subito malacia

Cf. Struve über die lat. Decl. und Conj. p. 303 sq. et cuius auctoritate usus est, Priscianus 10, 8 p. 506 et 8, 11 p. 402. Sed infra 4, 37 *circumsteterunt* et Cic. Att. 1, 16 §. 4 Orell. *circumsteterint* et Tac. Ann. 15, 15 *circumstetere*, Hist. 4, 79 *circumsteterat* librorum consensu tam certa sunt, quam alibi *constiti*, *restiti* etc. Itaque in hoc uno aliud atque in reliquis compositis usu receptum fuisse statuendum est.

§. 2. contenderunt] *contendebant* Leid. A. Ox. S. Vind. A. St. Turr. Id ex clausula superioris enuntiati originem ducere videtur.

§. 3. quo] *in quam* VV. CC. Vrs. in Not. („ita est in meo libro.“ idem in Emend.) Pet. sec. Oud. (In Fabr. repugnantia de Pet. traduntur. Nam in contextu super *quo* scriptum est: sic Pet. Egm.; in marg. vero: *in quam* Pet.) Ox. S. Vind. A. et a m. s. Leid. A. Cf. adn. crit. ad §. 4.

malacia] „MSS. et Edd. qdd. *malicia* et *malitia* inepte.“ *malicia* Voss. A. Egm. sec. Fabr. Dr. B. Vrat. A. Vind. F. et ante corr. Hamb. *malitia* Vind. E. *malina* Lov. sec. Fabr. *mallcia* cum *a* a m. s. post *ll* int. vers. et in m. item a m. s. *l'mollitia* Goth. A. *malatia* Bong. A. sec. Pl. *malachia* Med. a. Ven. bcdef. Ber. *malichia* corr. Bong. C. sec. Confl. *mollities* Leid. A. et corr. Vind. A. Sic Sulpicius Sev. Dial. 1. 4, 2 *maris mollitie attineri* dixit, et Aurel. Vict. de Vir. ill. c. 22. *per mollitiam maris* legitur. Sed unus ibi codex *maliciam* exhibet, ex quo Schottus probabiliter *malaciam* ab Aurelio positum coniicit. Idem secundum Erasmi coniecturam pro *malicia* merito receptum est in Senecae Epist. 67 p. 221 Schweigh. *Hoc loco mihi Demetrius noster occurrit, qui vitam securam et sine ullis fortunae occursionibus mare mortuum vocat. Nihil habere ad quod exciteris, ad quod te concites, cuius denuntiatione et incursu firmitatem animi tui tentes, sed in otio inconcusso iacere, non est tranquillitas: malacia est.* Etiam Plinio aliquoties (Hist. nat. 23 §. 56 et 57, 27 §. 28, 28 §. 21) morbi genus, quod Graeci μαλακίαν vocant, *malacia* dicitur, ubi alii item *malicia* legunt. Secundum haec varietatem codicum aestimantibus dubium esse nequit, quin Caesar *malacia* scripserit, quod nomen ut *malacus* et *malacissare* pro *mollis* et *mollire* Latinum ex Graeco factum est, Graecis autem summam maris tranquillitatem significasse testatur Festus p. 67 Lindem. *Flustra dicuntur, quum in mari fluctus non moventur, quam Graeci* μαλακίαν *vocant.* Quamquam ex Graecis auctoribus qui ita dixerit, a lexicographis indicatum non video: νηνεμία et γαλήνη apud eos leguntur, et γαλήνη etiam Fe-

Cap. 15. §. 3. quo] Cf. 2, 16 §. 5 *in eum locum coniecisse, quo propter paludes exercitui aditus non esset.*

malacia ac tranquillitas] Suo more Caesar vocabulum minus usu tritum declarat usitato.

Digitized by Google

ac tranquillitas exstitit, ut se ex loco commovere non pos-
4 sent. Quae quidem res ad negotium conficiendum ma-
5 xime fuit opportuna; nam singulas nostri consectati
expugnaverunt, ut perpaucae ex omni numero noctis in-

sti codex Berol. pro *μαλαχίαν* exhibet. Nec deerat Latinum nomen *pellacia*, quod usurpavit Lucretius 2, 559 et 5, 1002 (*placidi pellacia ponti*) a *pelliciendo*, ut ipse l. 5 ostendit, dictum. Sed huic codices nostri obstant, et Festi testimonio, quale supra posuimus, verba *μαλακιᾶν* et *μαλχᾶν torporem* gelu effectum significantia suffragantur. Denique veteres Latinos scimus et alia Graeca sua fecisse: *quippe illi dixerunt et pausam et machaeram et asotian* (al. *acaciam*) *et malacen et alia similia*, ut est apud Macrobium Saturn. 6, 4.

se ex loco commovere] Praepositionem ab Aldo primum, deinde a sqq. editoribus omnibus omissam Oud. secundum suos codices omnes restituit, neque meorum ullus est, qui eam non habeat. Itaque quamquam Civ. 3, 92 *neve se loco moverent* a Caesare scriptum est et *ex* facile interpolari potuit, hac in parte Oudendorpium sequor. Sed *movere*, quod idem Oud. ab Aldo in Corrigendis propositum et a sqq. ascitum secundum Pet. Cu. Leid. AB. Ox. S. tenuit, horum librorum auctoritate, quibus ex meis tantum Dr. B. et, qui *se movere ex loco* habet, Vind. A. accedunt, et locis Civ. 2, 17 §. 2 et 3 et Afr. 61 §. 2, ubi *se movere* certum est, non satis mihi tutum videbatur, quin *commovere*, quod Cicero aliique ita dixerunt, ex altera eaque maiori parte codicum restituendum putarem.

§. 4. maxime fuit opportuna] *maximae fuit opportunitati* V. C. Vrs. in Not. („in meo libro" id. in Emend.) Cu. (hic sec. Fabr. *maxime*) And. Ox. Leid. A. S. Vind. A. (hic *oportunitati*, ut *oportuna* Gott. Egm. sec. Fabr. Bong. A. sec. Pl. Goth. AB.) Hav. A. Eam lectionem non spernendam censet Oud. et fraudi librariis, ut *opportuna* scriberent, hoc fuisse suspicatur, quod *maxime* scriptum invenerint. Ego quemadmodum *opportunitatem maximam habere* res non minus recte, quam *utilitatem*, *usum*, similia dicitur, ita eandem *maximae opportunitati*, ut *usui*, *esse* recte dici arbitror, neque a Caesare id, quod And. etc. exhibent, proficisci potuisse nego, sed corruptam vulgatam non puto: immo si alterutram fraudis damnari oporteat, vulgatam Caesaris, alteram ornandi studio vel mutandi libidine invectam dixerim. Idem de *in quam* et *quo* §. 3 sentio, quorum prius idemque asperius ab eisdem fere codicibus exhibetur, qui h. l. minus usitatum habent. Nam pro Pet. videtur Cu. in margine ex. Fabr. nominandus fuisse.

§. 5. singulas nostri] Nulla causa est, cur *singuli*, quod Lippertus putabat, subaudiatur, vel potius *nostri* pro *singulae nostrae* positum statuatur. Neque 7, 60, quem ille locum ad sententiam suam declarandam adhibet, cum *naves singulas equitibus* attributas dicit scriptor, *singulis* equitibus potius, quam binis ternisve attributas significat. Cf. supra c. 14 §. 3. Fortasse singulares nonnullae totidem hostiles expugnaverunt: verba ipsa nihil docent nisi hostiles omnes singulatim esse expugnatas.

Digitized by Google

terventu ad terram pervenerint, cum ab hora fere quarta usque ad solis occasum pugnaretur. 16. Quo proelio bellum Venetorum totiusque orae maritimae confectum est. Nam cum omnis iuventus, omnes etiam gravioris 2 aetatis, in quibus aliquid consilii aut dignitatis fuit, eo convenerant, tum navium quod ubique fuerat, in unum locum coegerant; quibus amissis reliqui neque quo se 3 reciperent, neque quemadmodum oppida defenderent, habebant. Itaque se suaque omnia Caesari dediderunt. In 4 quos eo gravius Caesar vindicandum statuit, quo diligentius in reliquum tempus a barbaris ius legatorum conservaretur. Itaque omni senatu necato reliquos sub corona vendidit.

§. 5. pervenerint] *pervenerunt* Vrat. B. *pervenere* Vind. D. edd. ante Ven. f. *pervenirent* Leid. A. Vind. A. Cf. adn. ad 2, 21 §. 4.

quarta] Bong. A. Dr. AB. Vrat. ABC. Goth. AB. Hamb. Vind. BCDEF. edd. ante Ald. nep. et Turr. *IIII.* sup. *a* Vind. A. *IV.* Ald. nep. Lips. et sqq.

occasum] *occassum* Ven. c.

Cap. 16. §. 2. gravioris] *graviores* Vrat. B. ante corr. ed. inc. Ven. c. et, qui super *aetatis* a m. s. *etate* habet, Bong. A. sec. Pl., quod et ipsum ferri posset. Cf. Oud. ad Lucani 2, 65.

in unum locum] *unum in l.* Vind. A. Ald. et sqq. ante Oud., qui in ed. 1 tacite codices secutus in ed. 2 ordinem verborum ab Aldo institutum praetulit, quo *unum* maiorem vim habere significatur. Sic 4, 19 *omnes qui arma ferre possent, unum in locum convenirent.* Nec ineptum id h. l. Sed codices (sec. Fabr. Voss. A. Lov. Gott. Egm.) alterum ordinem minus argutum illum scriptori hic quoque, ut plerumque, placuisse persuadent. Cf. 1, 34 §. 3. 6, 17 §. 3. 7, 9 §. 5. Civ. 1, 71 §. 3. 73 §. 1. Eodem usus est Hirtius 8, 1 §. 2. 6 §. 2. 7 §. 3. Alex. 48 §. 4. 52 §. 1. 69 §. 1.

Cap. 16. §. 2. navium quod ubique fuerat] Cf. Civ. 2, 20 *quod ubique habeat frumenti ac navium, ostendit.* Gall. 5, 2 *huic rei quod satis esse visum est militum, reliquit.* 7, 55 *frumenti quod subito potuerunt, navibus avexerunt.* Civ. 1, 86 *frumenti quod inventum est, in publicum conferunt.* 3, 42 *omnibus castellis quod esset frumenti, conquiri iussit.* 73 *quod esset acceptum detrimenti.* 87 *attamen quod fuit roboris, duobus proeliis Dyrrhachinis interiit.* Vide praeterea Gall. 4, 22 §. 3.

§. 4. eo gravius — quo diligentius] Haec si ita dicta essent, ut vulgo loquebantur, non *conservaretur*, sed *conservari volebat* sequeretur. Nunc *eo* pro *ideo* et *quo* pro *ut eo* accipiendum. Similiter Cic. Att. 8, 9 *tamen eo scripsi, quo in suadendo plus auctoritatis haberem.* Cf. id. Fam. 13, 69 *haec ad te eo pluribus scripsi, ut intelligeres* etc. ubi secundum Caesaris exemplum *quo magis* pro *ut* poni poterat. Plura v. in Handii Tursell. 2, 412.

sub corona vendidit] Antiquitus mancipia iure belli capta co-

Digitized by Google

17. Dum haec in Venetis geruntur, Quintus Titurius Sabinus cum his copiis, quas a Caesare acceperat,
2 in fines Vnellorum pervenit. His praerat Viridovix ac summam imperii tenebat earum omnium civitatum, quae defecerant, ex quibus exercitum magnasque copias

Cap. 17. §. 1. Quintus] Egm. Bong. A. Dr. A. Vrat. AB. Vind. BEl. non *Q. Qu.* Turr.

his] Dr. AB. Goth. A. Vind. ABCEFI. cum edd. ante Oud. plerisque. *hiis* Gott. sec. Fabr. Vrat. ABC. Hamb. *is* Voss. A. sec. Fabr. ed. P. Man. om. Turr. *iis* Lov. Egm. sec. Fabr. Goth. B. Oud.

§. 2. His] *hiis* Vrat. BC. *is* Gott. sec. Fabr. *iis* Lov. sec. Fabr. Bong. A. sec. Pl. Vrat. A. Hamb. Gu. Rom. a. Med. a. Ven. b. Ald. Gr. a.

ronis induta venisse et idcirco dicta esse *sub corona venire* idque signum fuisse captivorum venalium Caelius Sabinus iurisperitus apud Gellium 7, 4 scriptum reliquit. Nec mera haec coniectura aut opinio esse Sabini videtur, ut *Ed. Osenbrueggen de iure belli et pacis Romanorum* Lips. 1836 p. 50 statuit, sed tamquam rem in facto positam ad opinionem quandam suam probandam ex veteri historia affert, eiusque rei testem alterum satis gravem ipse Gellius citat Catonem, in libro de re militari haec ex oratione nescio cuius referentem: *ut populus sua opera potius ob rem bene gestam coronatus supplicatum eat, quam re male gesta coronatus veneat.* Atque eadem Catonis verba eiusdem rei testandae causa commemorat Festus p. 246 Lind. eisque addit Plauti versum ex Hortulo: *Praeco ibi adsit cum corona cuique liceat, veneat.* Quibus auctoribus propterea, quod dictionis *sub hasta venire* ratio alia fuit et quod nonnulli inter veteres a Sabino dissentientes coronam militum custodiae causa captivos circumstantem interpretati sunt, fidem non temere negaverim.

Cap. 17. §. 1. pervenit] Potest praesens videri, ut 5, 22 *dum haec in his locis geruntur, Cassivellaunus — mittit.* 7, 42 *dum haec ad Gergoviam geruntur, Haedui — nullum sibi ad cognoscendum spatium relinquunt.* ib. 57 §. 1. 75 §. 1. Cf. adn. ad 1, 7 §. 1, quo loco *pervenit* praesens esse ostendimus. Sed h. l. cum reliqua oratio non ita comparata sit, ut pro eo, quod narrationis proprium est, tempore praesens ponere potuisse scriptor videatur, pro perfecto accipiendum censeo. Cf. 1, 46 *dum haec in colloquio geruntur, Caesari nuntiatum est.* 4, 34 *dum haec geruntur — discesserunt.*

§. 2. exercitum magnasque copias] Hoc quemadmodum interpretandum sit, in adn. cr. ad 2, 2 §. 3 ostendi. Qui *copias* h. l. non homines, sed res, frumentum et similia, interpretantur, contra usum scriptoris faciunt, qui ubicunque in his Commentariis *cogi* vel *coactas* copias dicit, homines intelligit. Cf. 2, 5 §. 4, infra c. 20 §. 3, 5, 22 §. 1, 40 §. 3 (*multo maioribus copiis coactis*) 55 §. 8 (*copias cogere, exercere*) 6, 7 §. 1, 10 §. 1 et 4, 7, 4 §. 4 (*magnisque coactis copiis*) 55 §. 9, 56 §. 1 (*priusquam essent maiores eo coactae copiae*) 66 §. 4 (*maioribus enim coactis copiis reversuros.*) Praeterea repugnant iis, quae c. 18 §. 6 leguntur, ut recte ibi in interpretatione vernacula monuit *Vollmerus.*

Digitized by Google

coegerat; atque his paucis diebus Aulerci Eburovices 3
Lexoviique senatu suo interfecto, quod auctores belli esse nolebant, portas clauserunt seque cum Viridovice con-

§. 3. his] *hiis* Vrat. BC. *iis* Gott. Egm. sec. Fabr. Bong. A. sec. Pl. Vrat. A.

Aulerci Eburovices] Pro *Aulerci*, quod nomen 2, 34 et infra c. 29 et 7, 75 §. 2 et 3 bis paene sine ulla codicum varietate legitur (etiam in Camulogeno *Aulerco* 7, 57 libri consentiunt) h. l. in Leid. A. S. Vind. F. *Aurelici*, in Bong. A. Voss. AB. Pet. Egm. Duk. Vrat. A. Vind. BC. *Aulurci*, in Goth. A. a m. pr. *Alurci*, 7, 4 *Auleurci* in plurimis, 8, 7 *Aulurci* in multis exstat, quae varietas fidem vulgatae non convellit. Etiam apud Plinium Hist. nat. 4 §. 32 sunt *Aulerci*, *qui cognominantur Eburovices et qui Cenomani*. Quod discrimen Caesari quoque notum fuisse hic locus collatus cum 7, 75 docet, ubi *Aulercos Cenomanos* memorat. Simul intelligitur perperam in edd. ante Oud. exceptis Ven. b. Lips. Iu. omnibus post *Aulerci* incisum esse, quod cum Oud. etiam codicum vetustiorum auctoritate nisus in ed. 1 sustulisset, in ed. 2 imprudens repetivit. Cf. c. 29 §. 3. Pro *Eburovices*, quod VV. CC. Vrs. in Not. et sec. Fabr. Voss. A. Pet. Egm. cum aliis tuentur, Oud. MSS. qdd. et sec. Confl. Bong. C. Pal. et ex meis Dr. B. Vrat. B. Goth. AB. Vind. CFI. et excepta St. edd. ante Iu. *Eburonices* (*Eeb.* Ven. e. *Feb.* Ber.) exhibent, Hamb. vero *Eburones*, quod ad iudicium de loco 7, 75, ubi *Aulerci Eburones* sunt, adhibendum est. De quantitate paenultimae non habeo quod pro certo ponam, sed ex nomine Graeco *Ἐβουραϊκοί* apud Ptolemaeum 2, 8 et ex recentiore Latino *Ebroicorum* (v. Vkertus p. 480) hodiernoque *Evreux* ad modum *Cilicum* nominis potius, quam *Phoenicum* veteres hoc pronuntiasse colligo, praesertim cum longa ante *x* consonam *i* femininorum plerumque esset et *vicis*, *vicem*, *vice* *i* brevem haberent. Non aliter de *Viridovice* sentio. Baumstarkius utrique longam *i* tribuit. Cf. adn. cr. ad c. 1 §. 4.

§. 3. atque his paucis diebus] quibus Sabinus eo venerat, ut infra c. 23 §. 2 loquitur, h. e. paucis post eius adventum diebus, quem adventum ut rem in serie narratarum rerum proximam *his* pronomen demonstrat. Non enim ante adventum Sabini illud factum esse perfecta *clauserunt* et *coniunxerunt* docent. Quibus quod rursus plusquamperfectum (*convenerat*) subiungitur, quod formam orationis §. 2 institutam refert, haec ab *atque* usque ad *coniunxerunt* parenthesis instar habenda esse arguit. Itaque plenam, quam vulgo post *coegerat* faciunt, interpunctionem sustuli.

auctores belli] Cf. Hirtius 8, 7 *inveniebat — complures esse principes belli auctores*. ib. 21 *Correus auctor belli, concitator multitudinis*. ib. 47 *ne consilia belli quaerentibus auctor armorum duxque deesset*. Caesar infra 5, 33 *Cotta, qui — ob eam causam profectionis auctor non fuisset*. 6, 8 *propinqui Induciomari, qui defectionis auctores fuerant*. ib. 31 *omnibus precibus detestatus Ambiorigem, qui eius consilii auctor fuisset*. Quibus omnibus locis *auctores* sunt qui fieri vel suscipi aliquid iubent iubendoque ut fiat vel suscipiatur, efficiunt.

Digitized by Google

4 iunxerunt; magnaque praeterea multitudo undique ex Gallia perditorum hominum latronumque convenerat, quos spes praedandi studiumque bellandi ab agricultura et co-
5 tidiano labore revocabat. Sabinus idoneo omnibus rebus loco castris se tenebat, cum Viridovix contra eum duum milium spatio consedisset cotidieque productis copiis pugnandi potestatem faceret, ut iam non solum

§. 4. convenerat] *convenerant* Lov. Gott. et quattuor alii Oud. Pet. Bong. C. Pal. sec. Confl. Gu. Hamb. Dr. A. Vrat. BC. Goth. B. Vind. BDE. Rom. a. Med. a. inc. Ven. bcde. Ber. Oud. * Id quamvis probabile per se et usui Caesaris atque optimi cuiusque scriptoris accommodatum (cf. 2, 6 §. 3) codicum tamen utriusque generis praestantissimorum consensus facit ut a librariis proxime sequens *quos* intuentibus profectum, a Caesare singularem, quem fere in reliquis locis *multitudinis* nomini iungit, positum statuam. Etiam Parisienses libri *convenerat* exhibere dicuntur.

§. 5. se tenebat] Leid. A. Vind. A. et a m. pr. Dr. A. *se retinebat* Bong. A. *sese tenebat* reliqui codd. cum edd. omnibus, a quibus ego partim eodem, de quo dixi, codicum consensu quamquam paulo minus certo motus, partim quod *se* encliticon aptius h. l. videbatur, discedendum putavi. Cf. 1, 40 *cum multos menses castris se ac paludibus tenuisset*. ib. 49 *ubi eum castris se tenere Caesar intellexit*. Aliter sane infra c. 24 *hoc consilio probato ab ducibus productis Romanorum copiis sese castris tenebant*. et Civ. 3, 30 *unum diem s se castris tenuit*. Sed antecedentis pronominis non sine ratione gravior praefertur forma. Nec 5, 57 nulla erat ratio, cur *cum et loci natura et manu munitissimis castris sese teneret* praeferretur leviori *se teneret*. Post *castris* enim ibi pausa est facienda.

§. 4. ex Gallia — convenerat] Ad collocationem verborum cf. 2, 12 §. 4 *interim omnis ex fuga Suessionum multitudo in oppidum proxima nocte convenit*.

revocabat] Non quod agriculturae et cotidiano labori se dedissent. Qui enim perditi homines et latrones id facere sustinerent? Sed *revocari* etiam ii dicuntur, qui nondum aliquo pervenerunt, sed ex itinere reverti iubentur. Itaque idem est, quod diversam in partem vocari. Sic Cic. Tusc. 1, 16 *magni autem est ingenii revocare mentem a sensibus et cogitationem ab consuetudine abducere*, ubi sunt qui *sevocare* invitis libris scribant. Simul eam partem, in quam aliquis vocatur, magis ei propriam et familiarem esse significat, id quod h. l. valde appositum est.

§. 5. idoneo omnibus rebus loco] Locus ille omnia habebat, quibus locus aliqui idoneus fit, ideoque breviter *omnibus rebus idoneus* dicitur ablativo causam ita significante, ut 4, 14 *omnibus rebus subito perterriti* et 6, 32 *hunc cum reliquis rebus locum probabat, tum quod superioris anni munitiones integrae manebant*. Cf. Reisigii Scholae gramm. p. 701.

cum Viridovix — faceret] Haec eiusmodi erant, ut Romano legato in castris manendum fuisse vix crederes. Similiter Germani wähs rend usurpamus, tempore coniuncta notantes quae omnium minime simul fieri posse videantur.

Digitized by Google

hostibus in contemptionem Sabinus veniret, sed etiam nostrorum militum vocibus nonnihil carperetur; tantamque opinionem timoris praebuit, ut iam ad vallum castrorum hostes accedere auderent. Id ea de causa faciebat, quod cum tanta multitudine hostium praesertim eo absente, qui summam imperii teneret, nisi aequo loco aut opportunitate aliqua data legato dimicandum non

contemptionem] *contemptum* Leid. A. Vind. A. Aldinae, Gr. ab. St. Turr. *contemtionem* Lips. Oud. electa *p*, quam litteram grammaticorum alii necessariam, alii supervacaneam existimant. Cf. Schneiderl Gramm. Vol. 2 p. 466 sqq. Eiicientibus favent h. l. Dr. AB. Vrat. C. Goth. AB. Vind. C. Hamb. Bong. C. sec. Conf. *contentionem* exhibentes: reliqui mei, Bong. A. sec. Pl. Carr. cod. Turris. Pet. Gott. Voss. A. Egm. sec. Fabr. cod. Faerni, cod. Vrs. in Not. cod. Brant. cum reliquis edd. (*contempnacionem* inc.) *p* agnoscunt; quorum auctoritas, cum plerisque in locis tum in hoc, tum in his verbis, quorum praesens in *mo*, perfectum in *si* terminatur, etiam maior exstet, haud dubie sequenda est.

§. 7. de causa] „Sic MSS. et Edd. Vett. *de* abest Edd. Plant. Elz. Dav. Clark." Abest etiam Vind. A. et Aldinis et Lips. Iu. atque ita Terentius Hec. 3. 2, 13 *ea causa* dixit. Caesar vero non ita solet. Ceterum in Dr. B. Vrat. C. Goth. B. Hamb. Vind. F. et edd. ante Ven. f. haec duo verba post *faciebat* posita sunt.

legato] *legatus* Vind. C. et pro var. lect. a m. s. Goth. A. Ciacconius defendum censebat. Scilicet praesente imperatore omnino dimicandum non est legato. Itaque minus recte dici Sabinus videtur *legato praesertim* absente imperatore dimicandum non putasse, cum ubicunque dubitari potest, utrum legato dimicandum an non sit, imperatorem absentem esse oporteat, recte vero, omisso *legato*, omnino cum tanta multitudine non temere dimicandum existimasse, idque eo magis, quod imperator abesset. Sed hoc idem dici servato *legato* statuere licet ita, ut hoc pro *sibi, qui legatus esset* positum et causam illam gravissimam denuo significatam putemus.

Cf. 8, 26 *qui perpetuo in amicitia Romanorum permanserat, cum pars quaedam civitatis eius defecisset.*

hostibus in contemptionem — veniret] Sic 5, 49 *eo consilio, ut in summam contemptionem hostibus veniat.*

vocibus] dictis, ut 2, 30 §. 2.

§. 7. Id ea de causa faciebat] *Id* ad remotius (*castris se tenebat*) pertinet.

nisi aequo loco] Aequum et ad dimicandum commodum illum locum fuisse c. 19 §. 3 (*opportunitate loci*) docemur. Sed haec cogitatio Sabini ad primos dies referenda est, quibus nondum ad ipsa castra accedebant hostes, sed suas tantum copias ex suis castris producebant et loco minus aequo Romanis pugnandi potestatem faciebant. Atque haec tota Sabini excusatio vel defensio negligentius interposita velut parenthesin facit, quod sequentia quoque ostendunt: *hac confirmata opinione timoris.*

dimicandum non existimabat] Similem legati abstinentiam Caesar Civ. 3, 51 magnopere probat.

Digitized by Google

existimabat. 18. Hac confirmata opinione timoris
idoneum quendam hominem et callidum delegit, Gal-
2 lum, ex his, quos auxilii causa secum habebat. Huic
magnis praemiis pollicitationibusque persuadet, uti ad
3 hostes transeat, et quid fieri velit, edocet. Qui ubi
pro perfuga ad eos venit, timorem Romanorum proponit,
quibus angustiis ipse Caesar a Venetis prematur, docet,
4 neque longius abesse, quin proxima nocte Sabinus clam
ex castris exercitum educat et ad Caesarem auxilii ferendi
5 causa proficiscatur. Quod ubi auditum est, conclamant
omnes occasionem negotii bene gerendi amittendam non

Cap. 18. §. 1. delegit] *dirigit* Ox. *deligit* Leid. A. Id praeferendum esset, si vulgatum nullam nisi praeteriti significationem haberet. Nam praesens h. l. cum rei ipsius causa, tum propter sequentia multo aptius est. Sed *delegit* ut *intellegit* et *neglegit* praesens esse potest. Cf. 7, 83 §. 4 *delegunt* et 5, 11 *itaque ex legionibus fabros delegit et ex continenti alios arcessiri iubet.* quo loco Oud., qui 1, 31 *delegerent* sine idonea auctoritate probasset, frustra laborat, ut *delegit* praeteritum esse persuadeat.

his] Lov. Lbb. sec. Fabr. *hiis* Vrat. BC. Hamb. *iis* Rom. a. Med. a. Ven. b. Ald. et sqq. usque ad Oud., qui tacite *his* reposuit.

§. 2. et quid] „Sic MSS. et Edd. omnes ante Scal., qui cum sqq. *et* omisit.“ At idem in VV. CC. Vrs. in Not. et in Hav. A. omissum est et omitti ab ipso scriptore potuit. Sed in hac formula asyndeto uti non solet. Cf. 7, 16 §. 2, 27 §. 1, Civ. 3, 78 §. 5, 89 §. 3. Itaque sine ratione Oud. in ed. 2 *et* rursus omisit.

Cap. 18. §. 1. confirmata opinione] Confirmata erat cunctatione Sabini, quam illi ignaviam et imbecillitatem animi interpretabantur. Cf. 6, 37 *confirmatur opinio barbaris.* 8, 2 *quae ne opinio Gallorum confirmaretur.*

delegit, Gallum] Sic interpungendum, ne *Gallum* ineptum additamentum fiat. Deinde *unum* supplendum.

§. 3. pro perfuga] ita, ut perfugae loco esset et haberetur. Cf. 6, 9 *ne communi odio Germanorum innocentes pro nocentibus poenas pendant.*

§. 4. neque longius abesse, quin] Comparativus propria significatione praeditus et sensus verborum hic est, ut Sabinus non longius una nocte abesse ab educendo exercitu dicatur. Negatio autem verbo *abesse* coniuncta effecit, ut *quin* poneretur et simplicis enuntiationis in locum composita succederet, quam Germanice sic declares: kein längerer Zeitraum läge dazwischen, daß nicht schon in der nächsten Nacht etc. Sed *longius* adverbium esse non solum comparatio eorum locorum, qui proprie de intervallo dictum *abesse* cum eiusdem adverbii gradibus omnibus coniunctum habent, sed etiam Fronto docet Ep. ad amicos 1, 6 p. 140 ita scribens: *non longe aberit, quin hoc quod uterque cuperemus, evenerit.* Quarum dictionum exemplo nescio an tueri se illud *parum abest quin* possit, quod novissime damnavit Haasius in adn. ad Reisigii Scholas gramm. p. 580.

§. 5. amittendam] Pro eo alibi Caesarem *dimittere* dicere Ciacconius observavit. Sed prae-

Digitized by Google

esse: ad castra iri oportere. Multae res ad hoc consi- 6
lium Gallos hortabantur: superiorum dierum Sabini cunctatio, perfugae confirmatio, inopia cibariorum, cui rei parum diligenter ab his erat provisum, spes Venetici belli, et quod fere libenter homines id, quod volunt, credunt. His rebus adducti non prius Viridovicem reli- 7
quosque duces ex concilio dimittunt, quam ab his sit concessum, arma uti capiant et ad castra contendant. Qua 8
re concessa laeti ut explorata victoria sarmentis virgultisque collectis, quibus fossas Romanorum compleant, ad castra pergunt. 19. Locus erat castrorum editus et paulatim ab imo acclivis, circiter passus mille. Huc magno cursu contenderunt, ut quam minimum spatii ad se colligendos armandosque Romanis daretur, exanimatique pervenerunt. Sabinus suos hortatus cupientibus 2
signum dat. Impeditis hostibus propter ea, quae ferebant, onera subito duabus portis eruptionem fieri iubet.

§. 6. ab his] Bong. A. Dr. AB. Vind. ABEFI. Goth. A. Hamb. Ven. c. et sqq. usque ad Oud., qui tacite scripsit *ab iis*, quod Goth. B. Rom. a. Med. a, Ven. b. habent. *ab hiis* Gott. Vrat. ABC.

§. 7. arma uti capiant] *u. a. c.* Dr. A. *ut copiam faciant* Vind. A.

et] om. Pet.

Cap. 19. §. 1. mille] Ita codices mei (*mil'* Vind. A.) et edd. ante Ald. nep., non ∞ aut *M*.

ter Terentium et Ciceronem Hirtius Alex. 37 eodem de eadem re verbo usus est: *amissa proximi temporis occasione*.

§. 6. inopia cibariorum] Haec res non impedit, quo minus fidem habeamus Dioni Cassio 39, 45 bene pastos Vnellos ad castra contendisse tradenti. (*πάνυ γάρ τοι διακορεῖς καὶ τῆς τροφῆς καὶ τοῦ ποτοῦ ἦσαν.*) Fortasse illo ipso die quae supererant, omnia consumpserant. Modo scriptor Graecus ea, quibus Latini narrationem harum rerum auxit, cum fide et certo auctore retulerit.

spes Venetici belli] quod hoc ipso tempore conficiebatur. Cf. c. 19 §. 5.

§. 8. explorata victoria] Cf. 5, 43 *sicuti parta iam atque explorata victoria*. 7, 15. 20. 52.

Cap. 19. §. 1. circiter passus mille] Cf. adn. ad 2, 18 §. 2.

minimum] Id substantivi instar est. Cf. 1, 20 §. 2 *cum — ille minimum propter adolescentiam posset*. Aliter Hirtius 8, 52 *non minimum terrorem* dixit.

§. 2. signum] haud dubie pugnae; nam et *hortatus* suos et *cupientibus* id dedisse dicitur. Attamen non confestim dato signo eruptionem fecisse videntur, quippe quam deinde dicantur *impeditis hostibus*, h. e. cum impeditos hostes esse Sabinus animadvertisset, *subito* et *duabus portis*, principali dextra et sinistra vel earum alterutra et praetoria, facere iussi esse, quod nisi altero signo dato fieri vix potuit. Cf. supra c. 5 extr. Itaque hoc, quod cupientibus datum est, signum illud vi-

Digitized by Google

3 Factum est opportunitate loci, hostium inscientia ac defatigatione, virtute militum et superiorum pugnarum exercitatione, ut ne unum quidem nostrorum impetum
4 ferrent ac statim terga verterent. Quos impeditos integris viribus milites nostri consecuti magnum numerum eorum occiderunt; reliquos equites consectati paucos,
5 qui ex fuga evaserant, reliquerunt. Sic uno tempore et

§. 3. defatigatione] *defaticatione* Hamb. *defetigatione* Bong. A. sec. Oud. Egm. Vrat. A. et cum puncto sub *e* et *a* super eo Vind. A. Haec auctoritas non minor videtur, quam cui Bentleius in Terentio obsecutus Eun. 2. 1, 14 *defetiger* scripsit, quo modo aliorum quoque scriptorum codices vetustiores passim haec exhibent (ut in epistola Lentuli ad Cic. Fam. 12, 14 §. 7 *defetigabor* cod. Medic. cf. Oud. ad Suet. Iul. 65 extr.) cui accommodatum est quod vulgo dicebant *defetisci*. Similiter supra 1, 40 §. 8 *defetigatis* Oud. ex Bong. A. et infra 5, 16 §. 4 idem ex eodem exemplar Fabricii, ex Egm. Fabr. et Oud. referunt. Sed ibi Pl. in Bongarsiano libro *e* puncto notatum et *a* superne adscriptum esse testatur, hoc nostro vero loco et l. 1 nullam ex eo varietatem affert. Neque Oud. ad Sueton. l. c. quicquam ex his Comm. praeterquam quod 8, 27 duobus in codicibus scriptum sit *defetigatione* adnotavit. Quod cum ibi in Egm. et Voss. A., qui liber aliquanto deterior est Bongarsiano, exstet, dubitare licet, an h. l. falso Bong. A. mentionem fecerit. Iam vero libro 7 omnibus codicibus in *a* consentientibus legitur *defatigarent* c. 41, *defatigati* 48, *defatigatis* 85. Itaque vulgatam scripturam tenere tutius putavi.

et superiorum] Voss. A. Gott. Lov. Egm. sec. Fabr. Bong. A. Dr. AB. Vrat. ABC. Goth. AB. Gu. Hamb. Vind. ABC. Rom. a. Ven. f. St. *ac sup.* Vind. D. cum rell. edd. ante Oud. *sup.*, omissa copula, Oud. cum hac nota: „Sic MSS. non *ac.*" ex qua apparet ipso invito *et*, quod pro *ac* restituere voluerit, excidisse.

§. 4. impeditos] *imperitos* Leid. B. Vrat. C. et a m. pr. Duk. om. And. Ox. Vind. A. Nempe onera, propter quae impeditos fuisse paulo ante dictum est, fuga capta haud dubie abiecerant, neque *integris viribus* praediti recte opponi *impeditis* videntur. Sed cogitandum est de impedimento a defatigatione abiecto. Sic 7, 26 *virium infirmitas* ad capiendam fugam *impedire* quosdam dicitur.

detur fuisse, quod 2, 20 §. 1 tuba paulo ante pugnam dari solitum didicimus. Alterius autem mentio in hac narrationis brevitate non magis desideratur, quam aut vexilli propositi aut factae eruptionis significatio. Et quod ante prius hortatus est suos Sabinus, cum secundum l. 2 l. c. posterius hortationem exciperet, facile intelligitur pro rerum natura et necessitate vel opportunitate hortandi tempus alias aliud esse potuisse ac debuisse.

§. 3. militum] Ad hunc genitivum etiam *exercitatione* referendum, cui nomini alter genitivus *superiorum pugnarum* sic additus est, ut c. 18 §. 6 *superiorum dierum* nomini *cunctatio*.

§. 4. qui ex fuga evaserant] Plerique *in fuga* caesi erant, pauci *ex ea* evaserant, atque hi erant illi, quos equites reliquerunt seu

Digitized by Google

de navali pugna Sabinus et de Sabini victoria Caesar certior factus, civitatesque omnes se statim Titurio dediderunt. Nam ut ad bella suscipienda Gallorum alacer ac 6
promptus est animus, sic mollis ac minime resistens ad calamitates perferendas mens eorum est. 20. Eodem

§. 5. Caesar certior factus] His in edd. plerisque et in Dr. B. Goth. B. Vrat. C. (qui *certior* om.) Vind. C. et a m. s. Vrat. B. Goth. A. additum *est*, quod Hav. A. St. ante *certior*, Lov. Aic. Vind. EF. ante *factus* habent, Oud. secundum Bong. A. Voss. A. Pet. et quattuor alios et ed. inc. omisit. Idem in Gott. sec. Fabr. Carr. cod. Turr. Gu. et parte maiore meorum omissum, in Egm. sec. Fabr. a m. s. deletum est. In Hamb. *factus est certior Caesar* legitur. Ellipsin quamvis duram nec alibi, quod sciam, ita a Caesare usurpatam tamen propter codices servandam putavi. Atque quodammodo similis est 5, 21 extr. *magnus ibi numerus pecoris repertus, multique in fuga sunt comprehensi atque interfecti.* et ib. 43 extr. *tum ex omni parte lapidibus coniectis deturbati, turrisque succensa est.* Omnino similis est Hisp. 19 *eodem tempore pro muro pugnatum acerrime, et turrim nostram — incenderunt.* Sed ibi *pugnarunt* scribendum.

civitatesque] *civitates* Carr. Vrat. A.

§. 6. mens eorum est] In Carr. cod. Turr. Duk. *est* omissum, in Vind. I. ante *mens* positum est. Grutero et Lipsio omnia tria delenda videbantur. Oud. saltem *est* eiiciendum censebat. Cf. int.

reliquos fecerunt. Cf. Afric. 95 *celeriter — adortus praeter paucos equites, qui ex primo agmine fugerant, reliquos aut interfecit aut in deditionem accepit.*

§. 5. Titurio] eidem, quem paulo ante *Sabinum* nominavit. Sic Cicero Mur. 21 eundem *Sulpicium* primum, deinde *Servium*, Tacitus Hist. 4, 6 *Helvidium*, deinde *Priscum*, et *Eprium*, deinde *Marcellum* nominat. Ciceronis verba haec sunt: *quoniam ostendi — disparem fortunam — in Murena atque in Sulpicio fuisse, dicam iam apertius, in quo meus necessarius fuerit inferior Servius.* Taciti haec: *hinc inter Helvidium et Eprium acre iurgium. Priscus eligi nominatim a magistratibus iuratis, Marcellus urnam postulabat.* Eadem variatione Tacitus saepe, simili Livius nonnunquam est usus. De quo cf. Iac. Gronov. ad Liv. 2, 7.

§. 6. mens eorum est] Caesari *mentem* et *animum* non synonyma fuisse ad 1, 39 §. 1 observavimus. Nihilo tamen minus nonnunquam *menti* eadem, quae alibi *animo* tribuit. Cf. c. 22 §. 1 *in ea re omnium nostrorum intentis animis* cum c. 26 §. 2 *omnium oculis mentibusque ad pugnam intentis.* Quod cum facit, non discriminis inter mentem animumque intercedentis, sed eius, quod utrique commune est, rationem habet. Similiter h. l. *mentem mollem* dicens, quo nomine 7, 20 (*propter animi mollitiem*) et 77 (*animi est ista mollitia*) ut Cic. de Rep. l. 3 initio (*animo molli ad labores*) *animum* impertit, non tam intelligendi facultatem, quam totum illud, quod et intelligit in nobis et agit, respicit. Cf. 1, 41 §. 1 *hac oratione habita mirum in modum conversae sunt omnium mentes, summaque alacritas et cupiditas belli ge-*

Digitized by Google

fere tempore P. Crassus, cum in Aquitaniam pervenisset, quae pars, ut ante dictum est, et regionum latitudine et multitudine hominum ex tertia parte Galliae est aestimanda, cum intellegeret in his locis sibi bellum gerendum, ubi paucis ante annis L. Valerius

Cap. 20. §. 1. ex tertia parte] *et ex t. p.* Dr. B. *tertia pars* coni. Lipsius.

Galliae] *Gallia* Voss. C. et sec. Oud. Bong. A. (Pl. tacet.)

est] om. Hamb.

aestimanda] *existimanda* cod. Brant. Duk. Goth. A. (hic cum puncto sub *is*) Ald. et sqq. ante Iu. *exstimanda*... Confl. (Bong. C?) *extimanda* (ut fere solent) Dr. AB. Vrat. C. Goth. B. Hamb. Vind. ÇFI. *estimanda* Ven. de. Ber. (Bong. A.)

his] „Sic MSS. et Edd. Vett. non *illis.*" Pet. Voss. A. Egm. Lov. sec. Fabr. *hiis* Gott. Vrat. BC. Hamb. *iis* Rom. a. Med. a. Ven. b. St. Gr. b. *illis* Hav. A. Vind. A. Aldinae, Gr. a. Turr. et sqq. ante Oud. et Oud. 2. nescio an ipso invito.

L.] *Lucius* Egm. sec. Fabr. Bong. A. Dr. A. Vrat. AB. Vind. Bl. T. Vrat. C.

Valerius] *Varius* S. sec. D. Voss.

rendi innata est. Itaque sine ratione nonnullis haec tria verba offensioni fuerunt, quae quidem ad concinnitatem adeo necessaria sunt, ut iis remotis intolerabiliter praerupta fiat oratio. Atque etiam ultimo detracto (id quod Oudendorpio placebat) manca periodus videtur. Pariter in clausula positum est *esse* 1, 43 §. 8 *ut socios atque amicos non modo sui nihil deperdere, sed gratia, dignitate, honore auctiores velit esse.*

Cap. 20. §. 1. ut ante dictum est] Initio libri primi.

ex tertia parte Galliae est aestimanda] De huius loci sententia dubitari non potest, quin Aquitaniam pro tertia parte Galliae habendam esse scriptor demonstret, sed ratio verborum obscura et ab aliis aliter est declarata. Mihi id, quod Oudendorpius in duobus codicibus a se repertum probabat, *ex tertia parte Gallia est aestimanda*, inusitatum et a Caesaris ingenio alienum genus dicendi habere, neque vero id, quod reliquorum librorum consensio tutum praestat, cum Heldio, Handio (Tursell. 2 p. 658), Freundio (in lex. v. *aestimare*) ad modum locutionum *ex artificio comico aliquem aestimare* (Cic. Rosc. Com. 10) aut *amicitias inimicitiasque non ex re, sed ex commodo aestimare* (Salust. Cat. 10 §. 5), sed ita explicandum videtur, ut Aquitania quod ad regionum latitudinem et multitudinem hominum pertinet, ex tertia parte Galliae esse aestimatione facta iudicanda dicatur. Iudicium enim, quod aestimationem sequitur, Caesar ita significare solet, ut ipsam aestimationem eo modo comparatam esse dicat. Cf. 7, 14 *haec si gravia aut acerba videantur, multo illa gravius aestimare debere, liberos, coniuges in servitutem abstrahi.* etc. ib. 39 *quorum salutem neque propinqui neglegere neque civitas levi momento aestimare posset.* quo loco item pro *aestimare* poni *esse iudicare* poterat. Ex tertia autem parte *esse* idem est, quod ex ea *constare.*

sibi bellum gerendum] Hinc interpretatio petenda eorum, quae c. 11 §. 3 obscure dicta sunt.

Digitized by Google

Praeconinus legatus exercitu pulso interfectus esset, atque unde L. Mallius proconsul impedimentis amissis pro-

Praeconinus] VV. CC. Vrs. in Not. Pet. Egm. sec. Fabr. Pal. sec. Confl. cod. Brant. Bong. A. Vrat. A. Vind. F. P. Man. et sqq. excepta Turr. *Praeconius* „MSS. et Edd. qdd." Dr. AB. Vrat. BC. Goth. B. Gu. Hamb. edd. ante P. Man. et Turr. *Προηκόνιος* Metaphrastes. *Proconinus* Vind. E. *P. coninus* S. sec. D. Voss. Vind. A. *P. Communis* Leid. A. *Praeconitius* Lov. sec. Oud. Voss. B. Goth. A. *Traeconicius* Vind. C. *Cominius* Duk. Vind. I. — Valerii Praeconini mentio nusquam fit: Stilonum e gente Aelia cognomen *Praeconinum*, a praeconio ductum, fuisse Plinius Hist. nat. 33 §. 7 tradit. Itaque Freinshemius in supplemento Liv. 90, 29 et Wassius in adn. ad h. l. cum Davisio communicata *Aelium* hunc, non *Valerium*, Praeconinum a Caesare nominatum illudque pro hoc reponendum statuebant. Sed ne Aelium quidem, qui legatus in illis partibus fuerit, historiae norunt.

L.] *Lucius* Voss. A. Gott. Egm. sec. Fabr. Bong. A. Vrat. AB. Vind. BEI.

Mallius] „MSS. et Edd. plerique more solito." Voss. A. Egm. Lb. sec. Fabr. Bong. C. Pal. sec. Confl. cod. Brant. Bong. A. Vrat. ABC. Goth. B. Gu. Vind. CDEFI. Rom. a. Med. a. Ven. bcdef. Ald. St. Gr. b. *Μάλλιος* Metaphr. *Malius* Dr. AB. Vind. B. Hamb. et, qui *Valerius*, sed punctis notatum, praeponit, Gott. sec. Fabr. *Manlius* „alii" Par. B. Goth. A: et, qui praenomen postpositum, sed litteris b a superne scriptis in ordinem vulgarem revocatum habet, Vind. A. Gr. a. P. Man. Turr. *Manilius* aliqui libri scripti sec. Vrs. in Not. Hav. A. Ald. nep. Lips. et sqq. etiam Oud., qui si Livii et Orosii, de quibus in interpr. dixi, potius, quam Caesaris codicibus obtemperandum putabat, non *Manilius*, sed *Manlius* scribere debebat. Neque quod „more solito" MSS. plerosque *Mallius* scriptum exhibere ait, in horum Commentariorum codices cadit, quippe qui Alex. 53 tantum non omnes in *Manilius* consentiant et Civ. 1, 24 *Manlius* satis tutum praestent.

proconsul] Dr. AB. Vrat. B. Goth. A. Hamb. Vind. ACDF. edd. ante P. Man. et Turr. Cl. *praeconsul* Vrat. A. *procons.* Voss. A. sec. Fabr. Bong. A. Goth. B. Vrat. C. *pro cos.* P. Man. *Procos.* Ald. nep. et sqq.

L. Mallius proconsul] Huius memoria apud Livium, Orosium, Plutarchum exstat. Livii Epit. 90 *L. Manlius* (Sigonio auctore *Manilius*) *proconsul et M. Domitius legatus ab Herculeio quaestore* (Sertorii) *proelio victi sunt.* Oros. 5, 23 *Domitius ab Hirtuleio Sertorii duce, cum exercitu oppressus est. Manlius* (vulgo contra omnes codices *Manilius*) *pro consule Galliae in Hispaniam cum tribus legionibus et mille quingentis equitibus transgressus iniquam cum Hirtuleio pugnam conseruit; a quo castris copiisque nudatus in oppidum Ilerdam paene solus refugit.* Denique Plutarchus Sertor. p. 574 A Metellum a Sertorio adeo pressum narrat, *ὥστε Λεύκιον μὲν Μάλλιον* (vulgo *Λόλλιον*) *ἐκ τῆς περὶ Ναρβῶνα Γαλατίας ἐλθεῖν αὐτῷ βοηθόν.* Hos locos ostendit Pighius Annal. ad a. u. 675, T. 3 p. 282, probabiliter coniiciens proconsulem in Epitome et ab Orosio dici qui pro praetore esset. Nam

Digitized by Google

fugisset, non mediocrem sibi diligentiam adhibendam in-
2 tellegebat. Itaque re frumentaria provisa auxiliis equitatuque comparato, multis praeterea viris fortibus Tolosa, Carcasone et Narbone, quae sunt civitates Galliae

§. 2. Tolosa] *a T.* Reg. Leid. B. Bong. C. sec. Confl. Dr. B. Vind. F. et a m. s. Goth. A. *tholosa* Vrat. C. *toloxa* Dr. A. *Tolosae* Bong. A. (*tolose* sec. Pl.)

Carcasone] VV. CC. Vrs. in Not. „meus liber" Vrs. in Emend. Cu. And. Ox. Leid. A. S. St. Lips. et sqq. *Καρκασῶνος* Metaphr. *Carcassone* I. Fr. Gronov. ad Liv. 25, 27 h. l. citans. *Circasone* Vind. A. om. reliqui codices et edd. et Petrarcha Hist. 8, 19. Et potuit ab ipso scriptore, cum in Ephemeridibus posuisset, in Commentario aliqua de causa omitti. Sed magis verisimile est propter homoeoteleuton in parte codicum excidisse. Ex interpolatione quidem nomen infrequens minimeque usu tritum (cf. Vkertus p. 407) certe non accessit.

et] om. Gronov. l. c.

Narbone] *Narbonae* Bong. A. *Nerbona* Hamb. *Narbona* Leid. A. Lov. et quinque alii Oud. Dr. A. Vrat. BC. Goth. B. Gu. Vind. ABEI. et a m. s. *a* super *ne* posito Goth. A. ed. inc. Petr. l. c. Id per se non improbandum (cf. Vkertus in nota p. 408) post *Carcasone* tamen probabile non est. Similiter Civ. 2, 21 *Tarracone discedit pedibusque Narbonem atque inde Massiliam pervenit* magis placet, quam quod nonnulli libri exhibent, *Narbonam*. Etiam 7, 7 *Narbonem*, sed 8, 46 *Narbonam* scribendum videtur.

Galliae provinciae finitimae] *f. g. p.* Vind. A. *g. f.* Vind. E.

quod Glandorpius et Vrsinus L. Manlium Torquatum significatum a Caesare statuunt, qui consul fuit a. u. 689, proconsulem eum Macedoniae, non Galliae fuisse constat. Cf. Pighius l. c. p. 317. Reliqua, quae Wassius ad h. l. de occasione horum proeliorum, de exitu et necessitudine ducum coniecit, minus mihi certa videntur: illud facilius sumi posse existimo, tempus XXIII. annorum a Caesare verbis *paucis ante annis* significatum esse.

§. 2. auxiliis] peditibus, ut additum *equitatuque* demonstrat. Cf. Civ. 1, 29 *interea — auxilia, equitatum parari — se absente nolebat*. ib. 38 *equites auxiliaque toti Lusitaniae — imperantur*. ib. 61 *hinc magnos equitatus magnaque auxilia exspectabant*. Nec aliter infra c. 24 §. 1 *auxiliis in mediam aciem conicctis* dictum esse c. 25 §. 1 docet. Ceterum equitatus quoque auxilia dicuntur 6, 10 et Civ. 2, 26, sed addito equitatus nomine.

Tolosa, Carcasone et Narbone] Haec commodissimum videtur cum proximis verbis *viris fortibus* ita constructa statuere, ut *video ibi hospitem Zacyntho* apud Plautum Merc. 5. 2, 99 et similia apud Terentium, apud Caesarem autem cum propriis virorum nominibus nomina urbium patriarum constructa leguntur Civ. 1, 24 *Cn. Magius Cremona*, et 3, 71 *C. Felginatem Placentia, A. Granium Puteolis, M. Sacrativirum Capua*. qui locus docet in albo militum haec nomina ita coniungi solita esse. Idem in inscriptionibus videre licet. Cf. Orell. n. 3455 SEX. PILONIVS — MODESTVS BENEVENTO. n. 3475 L. RICCIVS — PESSINVNTE. Illorum

Digitized by Google

provinciae finitimae, ex his regionibus nominatim evocatis in Sontiatum fines exercitum introduxit. Cuius ad- 8

ex his regionibus] *ex* om. Reg. Idem delendum visum eras Clacconio, cuius coniecturam codice Regio auctoritatem praebente secuti recentiores nonnulli, in his Heldius et Elberlingius, *provinciae, finitimae his regionibus, nominatim* scripserunt.

Sontiatum] Sic vel *Sonc.* novem (h. e. omnes) ab Oud. inspecti codices eodemque teste Pet. Lov. Egm. et ceteri cum MSS. aliorum, Bong. C. Pal. sec. Confl. Voss. A. Egm. sec. Fabr. cod. Brant. Bong. A. Dr. B. Vrat. ABC. Goth. AB. Gu. Hamb. Vind. EFI. Petr. 8, 19, edd. ante Ber. et Ven. f. *Σοντιάτων* Metaphr. *Sonciatum* Gott. sec. Fabr. Vind. D. Ber. *Sontiantum* Dr. A. *Soncitatum* Vind. C. *Sontiatium* Vind. A. Ald. etc. ante Lips. *Sotiatium* Hav. A. Lips. etc. ante Oud. *Sociatium* VV. CC. Vrs. in Not., eiusdem vetus liber et MS. Orosius in Emend. *Sotiatum* Lov. sec. Fabr. Id Oud. contra omnes codices (nam in Lov. nescio cui credebat esse *Sont.*) cum Cellario recepit auctoritate maxime Nicolai Damasceni motus, qui apud Athenaeum l. 6 p. 249 B eum, cuius cap. sq. mentio fit, *Ἀδιάτομον τὸν τῶν Σωτιανῶν βασιλέα* dicit, tum Plinii, qui Hist. nat. 4 §. 33 *Sottiates* vocat, et codicum Vrsini, qui *n* omittunt. Accedit Orosii codex optimus 6, 8 item *Sotiates*, (ceteri *Soc.*) exhibens, et quod hodie in illa regione oppidum superest nomine *Sôs*. His tamen omnibus codicum auctoritas non solum h. l., sed etiam §. 3 et cap. sq. §. 1 et 2 *n* tuentium minime convellitur. Nicolaus enim Damascenus in utroque nomine haud dubie Caesaris scripturam immutavit, Plinii autem codices cum nullo Caesarianorum plane consentiunt, neque Orosii testimonium, si vel maxime *Sotiates* h. l. scriptum in suo Commentariorum exemplari invenit, tantum valere debet, ut nostris fidem haberi nefas sit, neque ex hodierno nomine, si ab antiquo originem ducit, nisi fuisse tempus, cum primae syllabae *n* deesset, colligi potest. Cf. Vkertus p. 262. Itaque *n* tenendum putavi. Neque terminationem a codicibus commendatam cum Dähnio mutare ausus sum, qui secundum analogiam *Vocatium, Tarusatium, Nantuatium, Larinatium* restituit *Sotiatium*, quod soni causa displicuisse scriptori videtur.

autem nominibus in litteris, quibus Crassus in provinciam missis eos evocaret, patriae significationem addi eo magis necesse fuit, quo minus vulgo notos fuisse et passim in agris dispersos post missionem egisse consentaneum est, quod ipsum sequentia verba *ex his regionibus* ostendunt. Alii cum I. Fr. Gronovio ad Liv. 25, 27 hos ablativos ex verbo *evocatis* pendere iisque significatam sententiam interrupto per parenthesin orationis cursu iterum significari verbis *ex his regionibus* statuunt, cui rationi et brevitas parenthesis et diversi a priore nominis usus repugnat. Quod nisi commodior interpretatio adesset, atque haec cum *evocatis* construi oporteret, potius locum, ex quo litterae evocantes missae essent, ablativo designatum aut cum Bongarsiano codice *Tolosae* scribendum putarem.

finitimae] sc. Aquitaniae, quod infra c. 23 §. 3 additur, h. l. facile subauditur. Cf. 7, 77 extr. *respicite finitimam Galliam.* Est

Digitized by Google

ventu cognito Sontiates magnis copiis coactis equitatuque, quo plurimum valebant, in itinere agmen nostrum adorti primum equestre proelium commiserunt, deinde equitatu suo pulso atque insequentibus nostris subito pedestres copias, quas in convalle in insidiis collocaverant, ostenderunt. Hi nostros disiectos adorti proelium renovarunt. 21. Pugnatum est diu atque acriter, cum Sontiates superioribus victoriis freti in sua virtute totius Aquitaniae salutem positam putarent, nostri autem, quid sine imperatore et sine reliquis legionibus adulescentulo duce efficere possent, perspici cuperent: tandem confecti vulneri-
2 bus hostes terga vertere. Quorum magno numero inter-

§. 8. Sontiates] *Sonciates* Gott. Egm. sec. Fabr. Vrat. AC. Vind. D. *Sontiantes* Dr. A. Gu. *Sonciantes* Vind. B. et inducta altera *n* Vrat. B. *Sotiates* Lips. et sqq.

pedestres] *pedestris* Ox. Vind. A. Oud.

in insidiis] *ex ins.* editiones Cellarii, Mori, Bipontina, Herzogii, quam scripturam errore typographi Cellariani illatam non solum Herzogius, sed etiam Handius Tursell. 2 p. 630 bona fide interpretari aggressus est.

Cap. 21. §. 1. Sontiates] *Sonciates* Vrat. AC. Goth. A. Vind. D. *Sontiantes* Dr. A. Vind. B. Hamb. Gu. *Sonciantes*, e corr. *Sonciates*, Vrat. B. *Sotiares* Vind. A. corr. in *tiares*. *Sociates* Gott. Egm. sec. Fabr. *Sotiates* Lips. et sqq.

salutem] *spem* Vind. D. edd. ante Ven. f.

adulescentulo] Egm. Vrat. A. et cum *o* super *u* Bong. A. *adoluscentulo* Dr. B. *adoloscentulo* Hamb. *adolescentulo* reliqui mei praeter Vind. A., in quo hoc cum proximo *duce* omissum, et Vrat. B., in quo *ab adol.* scriptum est, cum edd. omnibus. Cf. c. 11 §. 5.

tandem] Vind. AD. edd. ante Lips. excepta inc. *tamen* reliqui codd. ed. inc. Lips. Oud. *tandem tamen* Scal. Iu. Graev. Dav. Cl. *tamen* aptum esset, si de Sontiatibus solis sermo fuisset, aut eorum potissimum virtus diuturnitatem atque atrocitatem pugnae effecisset. Nunc cum Romani parem virtutem exsererent, mirum non erat, si hostes praesertim vulneribus confecti terga vertebant. Neque Oudendorpius *tamen* nisi ea de causa probabat, quod eandem, quam *tandem*, significationem haberet, quod ille partim Nonii auctoritate (cf. Davis. ad 8, 19) partim locis quibusdam, qualis est Ovidii Met. 2, 336 (ubi *tamen* est *saltem*) et Iustini 30, 2 §. 7 (ubi vulgarem significationem habet) inductus statuebat. Praeterea omnium, ut putabat, codicum consensus ei tuendus erat, qui tanto plus momenti habet, quanto facilior vocabulorum permutatio est. Iam vero duobus diversi generis auctoribus repertis id, quod multo aptius videbatur, reponere non dubitavi.

vertere] *verterunt* Leid. A. Vind. A. St., qua forma Caesar 1,

autem *finitimae* nominativus, *Galliae provinciae* genitivus, significans idem, quod *in Gallia provincia*.

Cap. 21. §. 1. superioribus victoriis] Hae non aliae nisi de L. Valerio et L. Mallio reportatae fuerint.

Digitized by Google

feeto Crassus ex itinere oppidum Sontiatum oppugnare coepit. Quibus fortiter resistentibus vineas turresque

53. 4, 35. 37. Civ. 3, 51. 94 usus est. Omnino brevioris formae perpauca, sed certa exempla in his Comm. exstant: *circumvenere* 1, 25 §. 5, *sustinuere* Civ. 1, 51 §. 5, *arcessere* Civ. 3, 63 §. 6, *coepere* Afr. 82 §. 4, *affecere* Hisp. 23 §. 2 et *convenere* ib. 24 §. 1. Praeterea *permansere* 1, 32 §. 3 in parte codicum legitur (cf. quae ibi adnotavimus) et dubia fide Oud. *constitere* 7, 47 §. 2, *excessere* 6, 8 §. 8 et *convenere* 4, 27 §. 7 edidit. Sed illa sufficiunt ad tuendum id, quod codices h. l. commendant, quodque etiam Cicero, quamquam alterum verius esse sentiens, tamen *consuetudini auribus indulgenti* libenter concedebat, ut in Oratore §. 157 scribit. Nam significationis discrimen is quidem non magis novit, quam Quintilianus, qui et ipse 1, 5 §. 42 sqq. hoc *evitandae asperitatis gratia mollitum* statuit et eos refellit, qui numerum hunc dualem esse autumabant. Asperitatem vero, nisi forte Quintilianum aut Ciceronem quoties ipsi longiore forma utuntur (utuntur autem tamen non ubique) toties asperius praeferre lenitori aut non indulgere auribus putamus, interpretari eam debemus, quae in carminibus heroicis adhibita ubique longiore forma exstitura fuisset nimia longarum syllabarum multitudine: eius incommodi evitandi gratia Ennium *scripsere alii rem* (*Versibus* Brut. §. 76) et alia eodem modo dixisse, imminuta per licentiam poeticam syllaba ultima. Iam Caesari de origine brevioris formae quid visum fuerit, nescimus: significatione quidem certe diversam a longiore non habuit, neque veriorem hanc, ut mihi videtur, sed usitatiorem illa iudicavit ideoque hanc plerumque, illam tamen nonnunquam posuit, velut ab interitu vindicaturus, quod si voluit, largiter est consecutus. Nam qui post eum res gestas scripserunt, Salustius, Livius, Velleius, Tacitus, multum ea usi sunt. Cf. Haasii adn. ad Reisigii Scholas gramm. p. 224. Ceterum sunt qui *vertere* h. l. infinitivum historicum esse statuant, quod ne fieret, in edd. Gryphianis et Lips. circumflexo super paenultima posito cavebatur, neque id sine ratione. Et fortasse Caesar quoque accentum posuerat, quem in usu fuisse veteribus codices antiquissimi atque inscriptiones nos docent. Cf. Winckelmanni Operum ab Eiseleinio editorum T. 2 p. 216 sq. Quamquam h. l. ne opus quidem erat signo, quo lectori dubitatio eximeretur. Quis enim eventum, quem tandem res habuisset, et quo commemorato ad alia transiret narratio, non verbo finito, si optio daretur, potius, quam infinitivo significatum existimaret? Compara haec, quae certa videntur, infinitivi historici apud Caesarem exempla, 1, 16. 32. 2, 30. 3, 4. 5, 33. 7, 81. Civ. 1, 83 (*tentare*) et 2, 20 (*properare*) et expende quae ad 3, 4 adnotavimus.

§. 2. Sontiatum] *Sonciatum* Vrat. ABC. Goth. A. Vind. D. *Sontiarum* Hamb. *Sontiatium* St. et, qui priorem *ti* inter versus habet, Vind. A. *Sontuantum* Vind. B. *Sontuantium* Dr. A. *Sotiatium* Lips. Iu. Graev. Dav. Cl. *Sotiatum* Oud.

§. 2. ex itinere] Cf. adn. ad 2, 6 §. 1.

§. 3. ad aggerem] per quem vineas turresque ad oppidum egerat Crassus. Cf. adn. ad 2, 12 §. 3 et 5.

Digitized by Google

3 egit. Illi alias eruptione tentata, alias cuniculis ad aggerem vineasque actis, cuius rei sunt longe peritissimi Aquitani, propterea quod multis locis apud eos aerariae structuraeque sunt, ubi diligentia nostrorum nihil his re-

§. 3. Illi alias] Hoc *alias* omissum est in Dorv. Vrat. C. Goth. B. Hamb. Vind. D. et edd. ante Ven. f. et sec. Oud. in Lov., qui liber in ex. Fabr. non hoc, sed alterum *alias*, quod ante *cuniculis* est, omittere traditur.

aerariae] *errariae* Dr. A. *enariae* Hamb. *aerarii* Vind. A. *aerarium* Ven. d. *erarium* Ven. e. Ber. *Afariae* And. *secturaeque Afariae* Ox.

structuraeque] Ox. *structurae* And. *stricturae* cod. Faerni sec. Vrs. ed. Scal. teste Elberlingio et Iu. (quod Oud. ex ed. Scal. refert *structurae*, id in Elzev. a. 1635 inveni.) *sectaturae* Dr. A. Vind. B. *secuturae* Ven. de. Ber. *aesecuraeque* Vind. A. *saturaeque* Pet. *securaeque* Egm. Ort. duo alii Oud. Vrat. AB. inc. *sequtè* Hamb. *secturaeque* „ceteri fere omnes" Bong. A. Gott. Voss. A. Hav. A. Goth. A. Vind. F. Gu. *saectureque* Vind. C. *secturae* Dr. B. Vrat. C. Goth. B. et reliquae edd., etiam Oud., cui tamen *structurae* magis placebat: certe Diodorum Siculum l. 16 p. 514 (ed. Steph. seu c. 8 p. 88 ed. Wess.) has *structuras κατασκευάς* vocare, sc. substructiones, quibus metalli fodinas apertas tenerent et suffulcirent columnis. Diodori verba (de rege Philippo: *τὰ δὲ κατὰ τὴν χώραν χρύσεια μέταλλα, παντελῶς ὄντα λιτὰ καὶ ἄδοξα, ταῖς κατασκευαῖς ἐπὶ τοσοῦτον ηὔξησεν ὥστε δύνασθαι φέρειν αὐτῷ πρόσοδον πλεῖον ἢ ταλάντων χιλίων*) haud dubie latius patent et omnia, quae fieri et comparari Philippus fusserit, quibus aurifodinas illas fructuosiores redderet, significant. Cf. eiusdem l. 3 c. 12 p. 181 Wess. *κατασκευάζουσι τὸν χρυσόν*. Neque *κατασκευή* plane respondet Latinorum *structurae*. Sed fossas subterraneas illas, quas Germani Stollen vocamus, *structuras* re vera esse apparet. Itaque cum *stricturae*, h. e. massae ferri candentis, et *secturae*, quas locis duobus Strabonis (l. 3 p. 146 Cas. et l. 4 p. 190) adhibitis Herzogius ostendit de genere quodam latomiarum intelligi posse, in quibus aurum secandis lapidibus investigaverint, ab hoc loco, qui rem cuniculis coniunctam requirit, pariter sint alienae, codicum autem varietas non a familiarum differentia aut emendandi conatu repetenda videatur, ita ut libera electio inter varias lectiones concessa sit, Oudendorpii iudicium probandum, sed *que* tantopere a codicibus commendatum (nam quod Achaintrius Parisienses *secturae* exhibere dicit, encliticae rationem nullam videtur habuisse) omittendum non putavi. Etiam Herzogio in adnot. ed. sec. *structuraeque* probatur, item Freundio in Lex. v. *aeraria*.

aerariae structuraeque] *Aerariae* sc. fodinae, ut *ferrariae* 7, 22, qui locus omnino cum hoc comparandus est. Ac metallorum peritis hoc sufficiebat, quo intelligerent, cur cuniculorum agendorum artem Aquitani tenerent. Sed imperitorum causa addendum erat *structuraeque*, cuius supplementum ex praecedenti nomine facili negotio petitur. Sic Germanice dicas Erzgruben und Baue.

Digitized by Google

bus profici posse intellexerunt, legatos ad Crassum mittunt seque in deditionem ut recipiat, petunt. Qua re impetrata arma tradere iussi faciunt. 22. Atque in ea re omnium nostrorum intentis animis alia ex parte oppidi Adiatunus, qui summam imperii tenebat, cum DC. devotis, quos illi soldurios appellant, quorum haec est con- 2

Cap. 22 §. 1. Adiatunus] Pet. Reg. et, qui §. 4 *Adiatummus* habet, Goth. A. *Adiatunnus* Bong. A. Egm. Vrat. A. Vind. Cl. et §. 4 Gu. Gott. Voss. A., quorum primus h. l. *Adiantonnius*, secundus *Adiamconnius*, tertius *Adiatonnus* cum Lov. Bong. C. Pal. cod. Brant. Vrat. C. Goth. B. Vind. DEF. Hamb. et edd. ante Ven. f. exhibet. Idem §. 4 in Dr. B., in quo h. l. *Diatonnus*, in Hamb. vero ibi *Adiotonus* legitur. *Adiatonus* MSS. Voss. sec. Cl. et scripti codices sec. Vreinum in Emend., qui eam scripturam Plutarchi testimonio confirmari dicit, sed locum Plutarchi non significat. *Adiatonius* Ven. f. et h. l. margo Gr. a. *Adiatoninus* (h. l. ante corr. *Adianitoninus*) Vrat. B. *Adiatotonius* h. l. margo Goth. B. *Adiantoninus* Dr. A. Vind. B. *Adiantonninus* Ort. *Adiantinus* Carr. et §. 4 cod. Turris., qui h. l. *vel Adiatotonius* addit. *Adiatomus* Cl. secundum Nicolaum Damascenum, cuius verba in adn. cr. ad c. 20 §. 2 allata sunt. *Adiatarius* Petrarchae Hist. 8, 21 cod. Hamb. (*Adiaterinus* eiusdem ed. pr. *Aiaterino* interpr. Itala.) *Alatumnus* h. l. margo Frell. *Alatunnus* m. Vasc., quibus simile est quod in nummo quodam Pellerinii litteris partim Graecis perscriptum forsan verum reguli nomen esse demonstrat Oberlinus: legitur ibi *REX ΔΑLETVΩNVS.* in area caput leonis, in parte aversa *SOTIOGA*, quod videtur ad *Sotiates* referendum." *Ἀδχαντονίνος* Metaphr. (§. 4 —*τονίνος*) *Adcatuannus* Cu. Hav. A. Vind. A. *Adcantuannus vel Adiatumnus* S. sec. D. Voss. *Adcantuannus* Ald. et sqq. edd. (exceptâ Cl.) Id Oud. in Ox. Leid. A. Cu. Lov. exstare, MSS. meliores *Adiatunus* — *tunnus* vel — *tonnus* cum Edd. pp. exhibere, ceteros MSS. variare, sed pro *c* constanter *i* habere idque probabile sibi videri ostendit. De Cu. et Lov. verisimiliora in ex. Fabr. tradita videntur. Nos non magis hic, quam supra in *structuraeque*, diversarum recensionum vestigia agnoscentes eam scripturam elegimus, cuius ex depravatione, virgulae potissimum super nominibus propriis poni solitae (ADIATVNVS) imputanda, varietas omnis facillime explicari posse videretur.

soldurios] *soldunos* Pet. Dr. A. a m. pr. inc. *soldarios* Vind. A. et cum *u* a m. s. super *a* Vrat. B. *solidurios* Dr. B. Vind. C. et *soli* a m. s. superne addito Goth. A. *soldirios* Petrarchae Hist. 8, 20 cod. Hamb. (sed §. 21 *soldurii* cum ed. pr.). In Nicolai verbis apud Athenaeum codices inter *σιλοδούνους* et *σιλοδούρους* fluctuant: posterius Eustathii auctoritate p. 1278, 33 Rom. obtinuit.

Cap. 22. §. 1. in ea re] Pro ipsa re locus demonstratur eius rei, in quam intenti animi erant. Similiter Cic. Fam. 15, 14 §. 5 *ut omnes tuos nervos in eo contendas, ne quid mihi temporis prorogetur.*

devotis, quos illi soldurios appellant] Non est dubium, quin Caesar Aquitanici nominis pote-

Digitized by Google

ditio, ut omnibus in vita commodis una cum his fruantur, quorum se amicitiae dediderint, si quid his per vim accidat, aut eundem casum una ferant, aut sibi mortem consciscant: neque adhuc hominum memoria repertus est quisquam, qui eo interfecto, cuius se amicitiae devovisset, mori re-

§. 2. ut] Bong. A. Dr. AB. Vrat. ABCD. Goth. AB. Hamb. Vind. CEF. edd. ante Oud. et Oud. 2. *usi* Vind. A. Oud. 1. sine indicio. Id cum plerisque recentiorum tenuit Elberlingius, fortasse auctoritate Hav. A.

quid his] Dr. AB. Vrat. D. Gu. Vind. ABCI. et a m. s. Goth. A. (a m. pr. tantum *quid*, ut Vind. F. Turr.) *quos his* Ven. cde. Ber. *quid hiis* Vrat. BC. Hamb. *quid is* Vrat. A. *quid dns* cum duobus punctis sub *n* Plüschkius in Bong. A. videre sibi visus est. *quid iis* Goth. B. cum reliquis edd., quod illa, quam ostendimus, auctoritate et Oudendorpii atque exemplarium Conf. et Fabr. silentio non satis munitum videbatur.

§. 3. mori] *mortem* VV. CC. Vrs. in Not. And. Ox. Leid. A. Hav. A. Vind. A. Oud. 2. Sic sane Caesar aliis locis, ut 1, 44 §. 7 *populi Romani amicitiam*, 5, 41 *nihil nisi hiberna*, 7, 2 et 19 *nullum periculum recusare*, dicit. Sed Hirtius, qui et ipse 8, 1 et 18 eodem modo *sortem incommodi* et *nullam dimicationem recusare* posuit, ib. 15 *cum dimicare non recusarent*, et Alex. 11 *totum onus sustinere non recusabant*, fortasse Caesaris exemplo scripsit. Ac Caesarem quoque non semper cum accusativo construendum hoc verbum existimasse ex 1, 44 §. 5 *de*

statem declarare Latino *devotis* voluerit, quippe quod minime vulgo necessitudinem aliquam homini cum homine intercedentem significans nisi peregrinum interpretaturo non facile in mentem venire posset. *Clientes, amicos, necessarios* remota illa interpretandi ratione, non *devotos* dixisset. Accedit quod Plutarchus Sertor. c. 14 p. 575 C hanc eandem conditionem lingua Iberorum, qui finitimi erant Aquitaniae, vocabulo *κατάσπεισιν*, h. e. *devotionem* significante appellari solitam tradit. (*ἔθους δ' ὄντος Ἰβηρικοῦ τοὺς περὶ τὸν ἄρχοντα τεταγμένους συναποθνήσκειν αὐτῷ πεσόντι καὶ τοῦτο τῶν ἐκεῖ βαρβάρων κατάσπεισιν ὀνομαζόντων* etc.) Recte igitur Caesaris ex sententia Nicolaus apud Athenaeum Gallicum vocabulum Graeco *εὐχωλιμαῖοι* interpretatus est: *τρόπους δ' οἱ βασιλεῖς ἔχουσι συζῶντας καὶ συναποθνήσκοντας, ταύτην ἐκείνων εὐχὴν ποιουμένων*, sc. una cum regibus esse morituros; quibus verbis *devotionis* conditionem non minus, quam Plutarchus uno *κατασπείσεως* nomine declaravit. Romanis vero, a quibus Caesar hanc interpretationem acceperit, facile intelligitur solduriorum nomen nihil, quod ad stipendium pertineret, significare visum esse. Itaque parum probabilis eorum opinio videtur, qui originem eius a Germanico (si est Germanicum) Sold repetunt.

§. 2. omnibus in vita commodis] Huc Nicolaus etiam imperii societatem refert: *συνδυναστεύουσί τε αὐτῷ τὴν αὐτὴν ἐσθῆτα καὶ δίαιταν ἔχοντες καὶ συναποθνήσκουσι κατὰ πᾶσαν ἀνάγκην, εἴτ' ἐν νόσῳ τελευτήσειε βασιλεύς, εἴτε πολέμῳ, εἴτ' ἄλλως πως.* Caesar ne morbo quidem defunctis commorientes soldurios facit.

Digitized by Google

cusaret; cum his Adiatunus eruptionem facere conatus, 4
clamore ab ea parte munitionis sublato, cum ad arma milites concurrissent, vehementerque ibi pugnatum esset, repulsus in oppidum tamen uti eadem deditionis conditione uteretur, ab Crasso impetravit. 23. Armis obsidibusque acceptis Crassus in fines Vocatium et Tarusatium profectus est. Tum vero barbari commoti, quod 2
oppidum et natura loci et manu munitum paucis diebus, quibus eo ventum erat, expugnatum cognoverant, legatos

stipendio recusare, ib. 81 §. 7 *neque recusaturos*, *quo minus perpetuo sub illorum ditione atque imperio essent*, 4, 7 *neque tamen recusare*, *quin armis contendant*, Civ. 3, 45 *non recusare se*, *quin nullius usus imperator existimaretur*, et ib. 82 *cum — ne unus omnes antecederet*, *recusarent* apparet. Itaque *mori* ut haud dubie optimae consuetudini non repugnans neque vero usu tritum ita, ut pro glossemate haberi possit, ex altera codicum familia, quam magis incorruptam alibi experti sumus, revocavi: *mortem* vel variandi vel purgandi et cum reliquis locis in concordiam redigendi sermonis causa illatum a critico aliquo suspicor.

§. 4. his] Egm. Bong. A. Dr. AB. Vrat. A. Goth. A. Vind. ABCFI. Gu. St. Gr. b. *Aiis* Voss. A. Gott. Vrat. BC. *is* Hamb. Ven. cde. Ber. *iis* Goth. B. edd. rell.

Adiatunus] V. adn. ad §. 1. Oud. h. l. tacet. In meis eadem omnia sunt, quae illic, praeter notata.

ab] „MSS. sex optimi" Voss. A. Egm. Bong. A. Vrat. A. Goth. A. Ven. f. *a* „vulgo" Dr. AB. Vrat. BC. Goth. B. Hamb. et, qui *a Crasso* post *impetravit* posita habet, Vind. A. edd. rell. ante Oud. et Oud. 2. Cf. adn. cr. ad c. 9 §. 1.

Cap. 23. §. 1. Vocatium] V. C. Vrs. in Not. veteres libri eiusdem in Emend. cod. Ciacc. Sambuci, Cu. sec. Fabr. Dr. A. Vind. B. Vrat. B. et syllaba *ca* superne adscripta Vind. A. St. Lips. et plerique sqq. *Βοκατῶν* Met. *Vocontiorum* unus Oud. codex, Aldinae, Gr. ab. P. Man. Vasc. Turr. „*Vocatirum*, *Vocatinum* et similia plerique. *Vocatiorum* vel *Vocantium* Edd. primae." *Vocatirum* Pet. Gott. Voss. A. Lov. Egm. Bong. A. Gu. Vrat. C. Goth. A. Vind. C. *Vochatirum* Hamb. *Vocaturum* Dr. B. Goth. B. Vind. F. *Vocatiorum* cod. Brant. Vind. D. edd. ante Ald. Graev. *Vocatuarum* Vrat. A. *Vacantrium* Vind. I. (*Vocantium* nusquam inveni.) Secundum haec parum certa nominis apud alios scriptores non occurrentis scriptura esset, nisi infra c. 27 §. 1 *Vocates* in omnibus libris legeretur.

§. 4. cum his Adiatunus] De epanalepsi cf. Ramshornii Gramm. p. 1009.

Cap. 23. §. 1. Armis obsidibusque acceptis] Haec igitur deditionis conditio fuerat, cuius supra c. 21 extr. pars est significata.

§. 2. barbari] Aquitani omnino.

quibus] Sic supra c. 17 §. 3 *his paucis diebus*. Alios locos similes huic contulit Heldius.

Digitized by Google

quoquoversum dimittere, coniurare, obsides inter se dare,
3 copias parare coeperunt. Mittuntur etiam ad eas civitates legati, quae sunt citerioris Hispaniae finitimae Aqui-
4 taniae: inde auxilia ducesque arcessuntur. Quorum adventu magna cum auctoritate et magna cum hominum

§. 2. quoquoversum] Pro *versum* Aldus et plerique post eum *versus* scripserunt, quod in Carr. Hav. A. Vind. AD. et Bruto teste in ed. Flor. exstat et reliquis horum Comm. in locis non solum cum *quoquo* coniunctum (7, 14. Civ. 1, 25. 36. 2, 8. Afr. 24), sed etiam post alia vocabula fere sine librorum discrepantia legitur. Sed Hispaniensis belli scriptor, qui ter *versus* posuit (c. 10. 11. 20.), semel c. 18 *ad mare versum* scripsit, eamque formam a Plauto, Terentio, Lucretio, Sallustio usurpatam esse constat. Accedit quod pro *quoquo* in Carr. Vind. D. Flor. item ut in Pet. Lov. Gott. Lbb. sex aliis Oud. Dr. A. Vrat. BC. Goth. B. Gu. Vind. BE. et edd. ante Ald. *quaqua*, in Hav. A. autem ut in Bong. A. Egm. Vrat. A. *quoque* (Hamb. Vind. I. *quaque* exhibent) scriptum est, quorum neutrum probabile videtur. Itaque integrae Aldinae scripturae *quoquoversus* auctor relinquitur Vind. A. minime contemnendus ille, sed tamen unus consentientibus in *quoquoversum* Voss. A. Bong. C. Dr. B. Goth. A. Vind. C. Vasc. St. Gr. h. non praeferendus. Idem de h. l. sensisse videtur Ferrarius ab Oud. citatus, qui in extrema ad Cic. Phil. 9 adnotatione Catonem, Caesarem ceterosque primae classis auctores modo *quoquo versus*, modo *quoquo versum*, nunquam *quaqua versus* usurpasse statuit. Certe *quoquoversum* alibi a Caesare scriptum esse per codices verisimile non fit. Ceterum qui *quoquo versus* diremtis vocabulis scribunt, ut Eiberlingius, minus recte facere videntur, siquidem *quoquo* in composito relativam significationem deponit et pro ea indefinitam recipit.

§. 3. finitimae] Non appositio haec est ad *quae*, sed praedicatum ad *sunt* pertinens non aliter ac si pro *citerioris Hispaniae* positum esset *in citeriore Hispania*. Non enim omnes citerioris Hispaniae civitates finitimae erant Aquitaniae, neque ad omnes legati mittebantur. Itaque incisio, quam multi editores ante *finitimae* faciunt, tollenda est. Cf. c. 20 §. 2 *quae sunt civitates Galliae provinciae finitimae*.

§. 4. Quorum adventu] Huius ablativi ratio eadem est, quae coniunctivi cum coniunctione *cum* tempus significante constructi, ut res non solum tempore, sed etiam efficientia coniunctas demonstret. Sic 4, 34 *namque eius adventu hostes constiterunt, nostri se ex timore receperunt*. 7, 5 *eius adventu Bituriges ad Haeduos, quorum erant in fide, legatos mittunt subsidium rogatum*. Civ. 1, 18 *quorum adventu altera castra ad alteram oppidi partem ponit*. Quid adventu illorum effectum sit, proxima verba ostendunt: auctoritas bellum cum Romanis gesturorum et multitudo hominum ad bellum ducendorum valde aucta est. Ad horum priora cf. 2, 4 §. 3 *qua ex re fieri, uti earum rerum memoria magnam sibi auctoritatem magnosque spiritus in re militari sumerent*, ad posteriora (*magna cum h. m.*) adn. ad 4, 1 §. 1.

Digitized by Google

multitudine bellum gerere conantur. Duces vero ii de- 5
liguntur, qui una cum Q. Sertorio omnes annos fuerant
summamque scientiam rei militaris habere existimaban-
tur. Hi consuetudine populi Romani loca capere, ca- 6
stra munire, commeatibus nostros intercludere instituunt.
Quod ubi Crassus animadvertit suas copias propter exi- 7
guitatem non facile diduci, hostem et vagari et vias obsi-

§. 5. omnes] *omnis* Ox. Oud.

§. 6. instituunt] *insistunt* S. cod. D. Vossii, Leid. A. Ox. And. Vind. A. Ald. Gr. a. St. Turr., quod verbum iusto maiorem et illorum rationi non satis convenientem festinationem significans si consulto alterius loco receptum est, perperam receptum esse iudicandum est. Sed videtur errori deberi ob litterarum similitudinem facile committendo. Nam Cu. et Hav. A., qui libri eiusdem generis sunt, *instituunt* tenent. In Goth. A. *instituerunt* cum punctis sub *er* legitur.

§. 7. diduci] *deduci* „MSS. plerique et Edd. Vett." Pet. Gott. Voss. A. Egm. Lov. Bong. A. et reliqui mei, excepto Vrat. B., qui *deducere* habet, cum edd. ante Ven. f., quae prima verum exhibet. Eadem, sed non tanta librorum conspiratione, depravatio verbo *diducere* incidit 6, 34 et Civ. 3, 40. 111.

§. 6. loca capere] non expugnare, qua significatione *locum ceperunt* 5, 9 dicitur, sed deligere ad considendum delectaque occupare, ut 7, 51 cohortes quaedam *locum cepisse superiorem* dicuntur.

commeatibus] De plurali dictum est in adn. cr. ad 2, 5 §. 5.

§. 7. Quod ubi] Cf. Civ. 2, 16 *quod ubi hostes viderunt ea, quae diu longoque spatio refici non posse sperassent, — ita refecta, ut* etc. Afr. 39 *quod ubi Caesar conspexit Labienum ab suis copiis longius iam abscessisse, — immisit.* Cic. de Or. 2, 49 *quod ubi sensi me in possessione iudicii ac defensionis meae constitisse, — coepi.* Verr. 1, 26 *quod ubi ille intellexit id agi atque id parari, ut* etc. ib. 4, 66 *quod ubi intellexi multum apud illum recentes nuntios — valuisse — impetum in eas tabulas facio.* Liv. 6, 8 *quod ubi videre ipsum Camillum — vadentem in hostes, procurrunt.* Quorum locorum nonnulli, ut ambo Caesaris, ita comparati sunt, ut *quod* obiectum verbi sentiendi idque ex antecedentibus repetendum et in proxime sequentibus per epexegesin uberius declaratum exhibere videatur. Hi fortasse ad veram rationem revocatum dicendi usum habent. Vsus ipse latius patet atque accusativum illum penitus a proximi verbi notione ita solvit, ut *quam ob rem* seu *cuius rei ratione habita* significare videatur; quod sermonis Latini analogiae parum convenit. Maxime tritum est ante *si* positum *quod*, eoque Caesar cum aliis utitur sic, ut pronomini nullam nisi copulandi vim relinquat. Etiam in *quod nisi* 7, 88, ut Alex. 11. 27. 63, pronominis significatio neglecta, sed in *quod cum* Civ. 3, 68 ut in *quod ubi* fortasse servata est: non servata Hisp. 20 §. 1, 36 §. 2. Ceterum lectu digna sunt quae Haasius ad Reisigii Scholas gramm. p. 367 sq. de hoc dicendi usu addidit.

non facile diduci] si diducantur. Re vera enim diducere copias Crassus iam coepisse idque

Digitized by Google

dere et castris satis praesidii relinquere, ob eam causam minus commode frumentum commeatumque sibi supportari, in dies hostium numerum augeri, non cunctandum
3 existimavit, quin pugna decertaret. Hac re ad consilium delata, ubi omnes idem sentire intellexit, posterum diem pugnae constituit. 24. Prima luce productis omnibus copiis, duplici acie instituta, auxiliis in mediam aciem
2 coniectis, quid hostes consilii caperent, exspectabat. Illi, etsi propter multitudinem et veterem belli gloriam paucitatemque nostrorum se tuto dimicaturos existimabant, tamen tutius esse arbitrabantur obsessis viis com-

existimavit] *putavit* Leid. A.

Cap. 24. §. 1. coniectis] Cu. S. And. Ox. et sec. Fabr. Voss. A. *collectis* „longe plurimi mei aliorumque cum Ed. inc.“ Pet. Gott. Egm. Lov. Lb. Pal. Carr. cod. Turris. VV. CC. Vrs. in Not. cod. Brant. Bong. A. Dr. AB. Vrat. ABC. Goth. B. Gu. Hamb. Vind. ABI. Hav. A. *collocatis* „recentissimi“ Goth. A. Vind. CEF. edd. ante Scal. *collectis* etsi secundum ea, quae in adn. cr. ad 2, 28 §. 1 dicta sunt, defendi posse videbatur, tamen cum ratio nulla appareret, cur *omnia* auxilia ibi collocata fuisse insolentiori hac in re verbo demonstraretur, cum Scaligero et sqq. id praferendum putavi, quod et originem dedisse alteri et vili pretio, quod auxiliis istis statueret Crassus (cf. c. 25 §. 1) significando magis convenire videretur.

§. 2. paucitatemque] *cum paucitate* Goth. A. a m. pr. Idem paulo post *se* a m. pr. non habet et pro *existimabant* exhibet *putabant*, insolita ratione ab reliquis omnibus discrepans.

difficulter fieri animadvertisse non videtur, ut e. c. 1, 11 Ambarri Caesarem certiorem faciunt *sese depopulatis agris non facile ab oppidis vim hostium prohibere*, aut 7, 48 *defatigati non facile recentes atque integros sustinebant*, quibus locis res iam fieri coepta significatur. Sed ad illam rationem, quam Graeci particula *ἄν* infinitivo addita declarant, cum Latini fere aut futurum tempus ponant, aut verbum *posse* asciscant, Caesarem coniunctivum, quem *conditionalem* dicere liceat, adhibere in adn. cr. ad 2, 15 §. 4 vidimus.

Cap. 24. §. 1. duplici acie] Dextro et sinistro cornu per intervallum separato. Inter utrumque interposita auxilia, alias ad latera seu in alis collocari solita, quia non legionarii milites erant, aciem nihilo minus duplicem relinquebant, non triplicem faciebant, quae futura fuisset, si legionarii fuissent, ut hunc ipsum locum illustrans docuit Salmasius in opere posthumo de re mil. Romanor. p. 77 ed. Lugd. Bat. a. 1657. 4.

quid hostes consilii caperent, exspectabat] Cf. 6, 39 *quid ab his praecipiatur, exspectant*. Hac auctoritate tutius fuerit *caperent* pro *capturi essent* positum statuere, quam Heldii interpretationem sequi, secundum quem hostes iam tum consilium capiebant, quod quale esset, sciturus brevi Crassus id ipsum exspectasse diceretur.

Digitized by Google

meatu interciuso sine ullo vulnere victoria potiri, et si 3
propter inopiam rei frumentariae Romani sese recipere
coepissent, impeditos in agmine et sub sarcinis infirmio-
re animo adoriri cogitabant. Hoc consilio probato ab 4
ducibus productis Romanorum copiis sese castris tene-
bant. Hac re perspecta Crassus, cum sua cunctatione 5

sine ullo vulnere] *ullo* om. Leid. A. Ox. Voss. B. Vind. A. Goth. A. *sine vulnere* Caesar Civ. 1, 72 §. 1, 2, 85 §. 3, 86 §. 4 dixit, idque h. l. sufficiebat. Sed *sine ullo vulnere*, quod Civ. 2, 9 §. 8, 3, 71 §. 2 et apud Hirtium 8, 37 §. 1 exstat, maiorem etiam spem barbarorum ostendit, ideoque a leni quodam irrisionis genere haud alieno scriptori praeferendum videri potuit.

§. 3. infirmiore] „MSS. longe plurimi vetustissimique et plerique Editi.“ Bong. A. Dr. A. Vrat. AB. Goth. A a m. pr. Hamb. Aldinae, Gr. ab. St. Turr. „VV. CC. habent partim *infirmiores*, partim *infirmiore*.“ Vrs. in Not. *infirmiori* Vind. B. *inferiore* cod. Brant. N. S. Cu. And. Leid. A. Vind. E. Hav. A. et, ut putat Oud., Ox. Idem Oud. edd. quasdam id exhibere tradit. *inferiori* Vind. A. *infirmioreque* („vel *infirmiorique*“) Reg. Leid. B. Duk. Dorv. Bong. C. Dr. B. Vrat. C. Goth. B et a. m. s. A. Vind. C. Vasc. *infirmiorique* Vind. F. edd. ante Ald. *inferioreque* Vind. I. *inferioresque* Carr. cod. Turris. Lips. *inferiores* Scal. et sqq. Id in nullo codice repertum ii, qui concinnitatis vel perspicuitatis causa accusativum desiderabant, saltem in *infirmiores*, quod in parte tamen codicum Vrsini esse perhibetur, mutare debebant, praesertim cum *inferiores* qui dicuntur, non a sua ipsorum virtute descivisse ac semetipsis deteriores facti, sed tales esse significentur, qui comparari cum aliis nequeant, idque ab h. l. alienum sit. Sed nulla causa est, cur ablativum improbemus. *Impediti et infirmiore animo* sic sunt iuncta, ut 7, 39 *summo loco natus adulescens et summae domi potentiae* et alia eiusdemmodi genitivum habentia. Ac prorsus nostro simile est illud Afr. 78 *Labienus interim suis equitibus auxilia equestria submittere sauciisque ac defatigatis integros recentioribusque viribus equites subministrare.* item illud Hisp. 39 *Pompeius saucius et intorto talo.* Nec multum differt hoc 5, 16 *accedebat huc ut nunquam conferti, sed rari magnisque intervallis proeliarentur.* Probato autem ablativo, si verum est quod supra de significatione alterius diximus, dubium esse nequit, uter utri anteferendus sit.

§. 5. cunctatione] *conct.* Dr. A. *cont.* Pal. Vind. D. Rom. a. *contt.* Hamb. *cunctatio* Duk. Vind. I. Cl. et „liber Faerni“ Vrs. in Not. „unus liber scriptus postea mutatum in *cunctatione atque opinione*“ id. in Emend.

§. 3. sub sarcinis] Vide quae ad 2, 17 §. 2 adnotata sunt.

§. 5. sua cunctatione atque opinione timidiores] Hic primo adspectu hostes duabus rebus, cunctatione sua et aliqua opinione, timidiores factos dici putes. Neque quod cunctationem illi sua sponte et moniti doctique ab ducibus susceperant, obstat, quo minus ea re alacritatem eorum minutam fuisse sumas. Nam *est quaedam*

Digitized by Google

atque opinione timidiores hostes nostros milites alacriores ad pugnandum effecissent, atque omnium voces audi-

atque] om. Vind. A. *ac* Goth. A. edd. ante Ven. f.
opinione] *opp.* Bong. A. Hamb. *ea op.* inc. *opinio* iidem, qui *cunctatio.*
timidiores] *timores* St. Elberl.
hostes] *hostis* Rom. a. Med. a. Ven. b. *hosteis* Ald. Gr. ab. Turr.
nostros] *nostrosque* Leid. B. Bong. C. Dr. B. Goth. A. Vind. C. edd. ante Ven. f.
milites alacriores] *a. m.* Goth. B.
pugnandum] *pugnam* Vind. A.
effecissent] Id Cl. ex Voss. suo, Oud. et ex. Fabr. ex Bong. A. Voss. A. Egm. Lov. Leid. C. Derv. et inc. referentes in reliquis

animi incitatio atque alacritas naturaliter innata omnibus, quae studio pugnae incenditur, quam non reprimere, sed augere imperatores debent, ut ipse Caesar Civ. 3, 92 docet, cui proinde mirum non est, si cunctatione sua, repressa illa naturali alacritate, timidiores Aquitani fieri potuisse sunt visi. Opinionem autem eam significatam existimes, quam ipsi de se et de rerum suarum statu haberent, cum teneri sese castris a ducibus suis viderent, qui licet rationem eius consilii cum eis communicassent, tamen impedire non potuerant, quo minus illi aut parem sibi suaeque virtuti credi aut magno sese in periculo versari in animum inducerent, qua opinione non minus, quam cunctatione ipsa, timidiores fieri potuerunt. Sed fatendum est brevius haec et obscurius, quam Caesaris consuetudo fert, dicta videri nec satis convenire quod cap. sq. legitur: *cum ab hostibus constanter ac non timide pugnaretur,* et quod nulla usquam signa timoris ab hostibus data commemorantur. Itaque proximum est, ut posterioris ablativi paulum diversam a priori significationem esse et timorem hostibus non *per* suam ipsorum, sed *secundum* Romanorum opinionem auctum dici statuamus. Ac videtur alterum ablativum scriptor suo more explicandi et definiendi prioris causa ea mente addidisse, ut ne cunctatione quidem sua hostes vere timidiores facti esse, sed tantum opinionem maioris, quam antea, timoris praebuisse, non re, sed opinione eaque ob cunctationem illam concepta timidiores fuisse intelligerentur. Quod si ita est, sententiam pariter atque formam orationis Latinae Germanice ita reddideris: die ihrem Zögern und der Meinung zufolge furchtsamer gewordenen Feinde. Alii ablativos *sua cunctatione* non ad *timidiores*, sed ad *effecissent* referentes et post *atque* aliquid, quod illis ablativis responderet, desiderantes verba *opinione timidiores* vel in *opinione timoris* mutanda, vel in eandem sententiam interpretanda, vel pro *opinione maioris timore* (furchtsamer als man geglaubt hatte) accipienda censuerunt, quorum primum etiam *Sauppio* probatum (Zeitschrift für die Alterthumswissenschaft a. 1839 fasc. 5 p. 472) artis criticae legibus adversatur, secundum a *Lipperto* excogitatum grammaticae repugnat, postremum vero, quod *Apitzio* et *Heldio* tertium haec edenti placuit, (antea *timoris* maluerat) prorsus a concinnitate abhorret. Proxime ad verum accessisse *Baumstarkius* videtur, sed *timi-*

Digitized by Google

rentur exspectari diutius non oportere, quin ad castra iretur; cohortatus suos omnibus cupientibus ad hostium castra contendit. 25. Ibi cum alii fossas complerent, alii multis telis coniectis defensores vallo munitionibusque depellerent, auxiliaresque, quibus ad pugnam non multum Crassus confidebat, lapidibus telisque subministrandis et ad aggerem cespitibus comportandis speciem atque opinionem pugnantium praeberent, cum item ab

libris *effecisset* invenisse videntur, quod in Hav. A. Dr. B. Vrat. B. Goth. A. Vind. BC. et edd. ante Oud. excepta St. legitur. *fecisset* Bong. C. Vind. A. Pluralem ab Oud. restitutum Gu. et reliqui mei cum St. tuentur. Eum necessarium esse, nisi *cunctatio* et *opinio* in superioribus ex tribus quattuorve suspectae fidei libris recipiatur, facile intelligitur. Nam *sua* cunctatione hostes timidiores effecisse Crassus ne sic quidem dici poterat, ut sua pro *sua ipsorum* poneretur, cum illorum cunctatio non arte aliqua Crassi, sed ipsorum consilio effecta esset, neque vero *efficere* verbum alia significatione ad *hostes*, alia ad *nostros milites* referri posset, qua ratione Sincerus hunc sensum elicuit: als er die Feinde wegen des genommenen Aufschubs als furchtsame vorgestellet. Reliqua, quae a libris minorem dubitationem habent, quomodo intelligenda videantur, in interpretatione declaravi.

Cap. 25. §. 1. Ibi cum alii] *ubi cum* Leid. A. Vind. A. omisso *alii*, quod non male abesse visum Oudendorpio nobis cur rectius adesse videatur, in adn. cr. ad 1, 8 §. 4 significatum est. Praeterea cf. 5, 51 *ut — alii vallum manu scindere, alii fossas complere inciperent.*

diores perperam et contra, quam alter comparativus requirit, interpretatur bedeutend furchtsam.

Cap. 25. §. 1. vallo munitionibusque] Etiamsi nullas Aquitani praeter vallum eique coniunctam fossam munitiones habuerint, tamen, si *vallum* solum dixisset scriptor, opus aliquod tumultuarium, non iustam illam Romanorum castrorum circumvallationem, designare visus esset; si *munitiones* solas, id ipsum dubium reliquisset, utrum Romano, an alio et barbaro more munita castra habuissent. Itaque utrumque dixit, consimili ratione atque illa c. 3 §. 1 *opus hibernorum munitionesque.*

ad aggerem] Vt fieret agger, quo fossis completis munitionum altitudo exaequaretur. Integrum erat *ad aggerem faciendum*, idque ad evitandum duorum participiorum concursum praecisum videtur. Quamquam si quis aggerem iam inchoatum ponens praepositioni vulgarem loci et motus alicubi terminandi significationem vindicet, absurditatis convinci nequeat. Neque alterum equidem plane similem huic locum in his Commentariis invenire potui. Sed prope abest Civ. 1, 36 *turres vineasque ad oppugnationem urbis agere — instituit*, et nihil differt quod est apud Cic. Verr. 3, 77 *ex illis aratoribus, qui tibi ad statuas* (ita recte Zumptius ex uno cod. pro *statuam*) *pecuniam contulerunt*. Cf. Cic. Q. Fr. 1, 1 p. 383, 3 Orell. *ne ad ludos pecuniae decernerentur.*

Digitized by Google

hostibus constanter ac non timide pugnaretur, telaque ex
2 loco superiore missa non frustra acciderent, equites circumitis hostium castris Crasso renuntiaverunt non eadem esse diligentia ab decumana porta castra munita facilemque aditum habere. 26. Crassus equitum praefectos cohortatus, ut magnis praemiis pollicitationibus-

acciderent] „*accedere* vel *accederent* MSS. XI. et Ed. Inc.“ *accedere* Voss. A. Bong. A. *accederent* Pet. Gott. Egm. Lov. Pal. Bong. C. Dr. AB. Vrat. ABC. Goth. B. Hamb. Vind. BCEFI. Cum dubitari de veritate vulgatae scripturae nequeat, mirari subit, quid sit, quod tam multis in libris ita corrupta est, praesertim cum supra c. 14 §. 4 (*tela — missa ab Gallis gravius acciderent*) nusquam, et apud Hirtium 8, 8 (*ne maioris multitudinis species accidere hostibus posset*) in uno Vind. A. *acced.* legatur, qui liber h. l. inter meos quidem paene solus verum exhibet. Neque saepe accidit, ut multo crebriores illae significatione fortuiti praeditae huius verbi formae eo modo corrumperentur. 1, 18 §. 5 et 31 §. 14 *accidat* vocalem ubique suam tenuit, ib. 38 §. 2 pro *accideret* unus Dr. B. *accederet* exhibet, et sic fere deinceps rari et singuli eo laborant vitio, quod h. l. maiorem partem omnium invasit.

§. 2. equites] *milites* Hamb. *sisubates equites* Vind. A. Temere hoc nescio unde illatum, an ex Ephemeridibus derivatum et *Sisubates* nomen vel corruptum ex nomine dicamus nationis Gallicae eius, quae equites illos auxilio Crasso miserit? Nam equitatum quoque ex his regionibus comparatum Crasso fuisse c. 20 demonstratum est, et *Sibuzates* c. 27 inter Aquitanos recensentur. In Ephemeridibus autem aptior certe, quam in Commentario summam rerum adumbrante, locus erat accuratiori horum hominum, qui operam utilissimam dederant, significationi.

constanter] Hoc qui *audacter*, *intrepide* interpretantur, sine causa pleonasmum inferunt. Est *perseveranter, sine remissione.* Non aliter 8, 18 *nostri constanter incursum sustinent insidiatorum* et ib. 19 *constanter proeliantur.*

ex loco superiore] Cf. ad 1, 26 §. 3 notata.

Cap. 26. §. 1. ut magnis praemiis pollicitationibusque suos excitarent] Hic Heldius quia praemia statim tributa non facile cogitari possint, ἓν διὰ δυοῖν dictum putat et *magna praemia pollicitationesque* interpretatur *magnorum praemiorum pollicitationes.* Recte, si universum equitatum excitari Crassus iussit, ut quam acerrime hostes, si fugere coepissent, persequerentur. Nam aliud nihil est, quod equitatum fecisse postea doceamur. Sed hoc non erat illud, *quod fieri volebat* Crassus, quodque ut facerent, equites praemiis excitari cupiebat. Ante omnia id spectari debebat, ut hostes fugerent; quod si fieret, neque praemiis neque pollicitationibus agendum erat, ut equitatus officio suo fungeretur et fugientes persequeretur; ut autem fieret, circumducendis cohortibus et ab decumana porta in castra irrumpentibus effici posse videbatur. Ad hoc igitur ducibus cum opus esset itinerum peritis, Crassus eosdem equites illos, qui castra hostium ab ea parte facilem aditum habere renuntiaverant,

Digitized by Google

que suos excitarent, quid fieri vellet, ostendit. Illi, ut 2
erat imperatum, eductis IIII. cohortibus, quae praesidio castris relictae intritae ab labore erant, et longiore itine-

Cap. 26. §. 1. vellet] „Carr. et mei x. Ed. Inc.“ Pet. Gott. Egm. Lov. cod. Turris. Dr. AB. Vrat. ABC. Goth. B. Hamb. Gu. Vind. ABF. inc. *velit* Goth. A. et quantum ex Plüschkii silentio colligitur, Bong. A. cum reliquis edd. omnibus. Cum *ostendit*, ut in antecedentibus *enuntiaverunt*, in sequentibus *pervenerunt*, praeteritum esse videatur, *vellet* probabilius est. Cf. supra c. 18 §. 2 *quid fieri velit*, *edocet*, et 5, 2 *quid fieri velit*, *ostendit atque — iubet*, cum 4, 43 *quae fieri vellet*, *ostendit monuitque*, et 7, 16 *quid fieri vellet*, *imperabat*, et ib. 27 *iussit et quid fieri vellet*, *ostendit*, et Civ. 3, 78 *scripsit et quid fieri vellet*, *ostendit*, et ib. 89 *opposuit et quid fieri vellet*, *ostendit*.

§. 2. eductis IIII. cohortibus] Hunc numerum cohortium a Caesare memoriae proditum esse codices And. Ox. Cu. S. Leid. A. Par. B. (qui *legionibus* pro *cohortibus* habere dicitur) Hav. A. Vind. A. fidem faciunt, cum id, quod in reliquis libris legitur, non ita comparatum sit, ut aut criticis mutandi ansam praebere, nedum istam potissimum mutationem suadere, aut Caesari, si forte in Ephemeridibus id, quod illi codices exhibent, scripsisset, eius loco ponendum videri potuerit. Legitur autem *iis* pro *IIII.* in Bong. AC. Pet. Lov. Gott. Pal. Goth. B. *is* in Voss. A. Gu. *his* in codicibus Clarkii, Dr. AB. Goth. A. Vind. BCF. edd. ante Ald. *hiis* in Vrat. BC. Hamb. Vind. E. *has* in Vind. I. *inde* in Egm. Vrat. A. denique *eductis cohortibus* omisso medio in Carr. cod. Turr. et MS. Sambuci. „*his cohortibus* etiam Celsus et plurimi meorum Codd. vel *is* seu *hiis*.“ Secundum haec Caesarem si *eductis his cohortibus* scripsisse statueris, non ineptam lectionem habebis, sed unde *quatuor* venerit, quod octo illi codices et Aldus cum sqq. (Ald. nep. *IV.* Lips. *quattuor*) exhibent, haud facile demonstraveris: sin *eductis IIII. cohortibus* ab illo editum posueris, aeque probabilis erit sententia, origo autem varietatis omnis minime obscura. Hoc igitur quamquam e nullo codice prolatum in ordinem recepi. Numerorum enim signa et alibi in verba abisse constat, e. c. CL. in *et* et *ei* Afr. 12 extr., et quod h. l. in Egm. Vrat. A. scriptum est *inde*, non aliunde nisi ex *III.* ortum videtur. Atque hoc ipsum, quod etiam Metaphrastes legit, qui σπείρας τρεῖς — ἐξαγαγόντες posuit, fortasse verum est. Crassus, ut c. 11 legimus, non amplius XII. cohortes habebat: harum eum partem tertiam adeoque plures, si tamen non omni legionario praesidio castra tum nudavit, in castris reliquisse, cum hostes numero tanto superiores oppugnatum proficisceretur, minus verisimile est.

intritae] And. Ox. Duk. Voss. B. Vrat. B. Vind. I. Flor. Ven. f. „*interitae* vel *interritae* plerique cum Edd. Vett. *integrae* vulgo; sed nullus MS.“ *interitae* Vrat. A. Hav. A. et a m. pr. Dr. A.

propter locorum notitiam adhibendos ratus non ipse per se, sed per eorum praefectos delegit qui maxime idonei essent, eosque quo maiore et animo et diligentia rem agerent, cum praemiis statim tribuendis, tum pollicitationibus, si bene rem egissent, excitari iussit.

Digitized by Google

re circumductis, ne ex hostium castris conspici possent, omnium oculis mentibusque ad pugnam intentis celeriter
3 ad eas, quas diximus, munitiones pervenerunt, atque his prorutis prius in hostium castris constiterunt, quam plane ab his videri aut, quid rei gereretur, cognosci pos-

interritae Cu. Pet. Gott. Egm. Voss. A. (hic inter versus; in contextu om.) Bong. AC. Dr. B. Vrat. C. Goth. B. Gu. Vind. EF. et a m. s. Carr. cod. Turr. Dr. A. edd. ante Flor. *intersitae* Hamb. *interritore* Lbb. *intentae* Vind. C. Goth. A. *integrae* Vind. A et pro var. lect. margo l. item Carr. et cod. Turr. a m. pr. Ald. et sqq. usque ad Oud., qui *intritae* a Grutero ex coniectura propositum, deinde ex And. commendatum a Gronovio ad Liv. 21, 39 merito recepit. Nam quae in plerisque codicibus vitiose scripta leguntur, eo ducunt, et *integrae*, quod ad sensum non improbandum est, haud dubie vitiosa illa corrigenti vel verum pro vitioso habenti debetur. Quippe *intritus* hac significatione pro *non tritus* rarissimum nec nisi uno Columellae ex loco 12, 49 a Forcellino huius nostri immemore allatum est, quo loco *intritam olivam* integram, non fractam interpretantur. Verba Columellae, quibus docet, quomodo sirapa fiat, haec sunt: *Oliva nigra maturissima — diligenter cribratur, ut si quid inest stercoris, separetur. Deinde intrita oliva novo fisco includitur et prelo subiicitur, ut tota nocte exprimatur. Postero die iniicitur quam mundissimis molis suspensis, ne nucleus frangatur, et cum est in sampsam redacta, tunc sal coctus tritusque manu permiscetur cum ceteris aridis condimentis.* Easdem Geoponica 9, 29 ἀθλάστους nuncupant, nomine ex Latino expresso, quo tamen ipso Columella alias semper id appellat, quod interendo fit, τὸ ἐντριβέν, das eingeriebene.

celeriter] om. Vind. A.

pervenerunt] *pervenerant* Bong. A. *speraverunt* cum *u* a m. s. inter *s* et *p* Hamb.

§. 3. prorutis] cod. Faerni sec. Vrs. in Not. cod. Turr. *praeruptis* Vind. A. *praeparatis* Hamb. *perruptis* Gu. P. Man. Ald. nep. Lips. *proruptis* „MSS. omnes.“ Carr. cod. Brant. Lov. Bong. A. Hav. A. Dr. AB. Vrat. ABC. Goth. AB. Vind. BCDEF. edd. ante St. Turr. Cl. Recte Davisius et Oud. cum St. et Vasc. *prorutis* dederunt, quo nihil aut significantius aut corrupto plurimorum librorum *proruptis* propius dari potuit. Exempla monstravit Oud., quorum quae participium habent, fere simili modo depravata in codicibus, quae alias verbi formas, magis tuta sunt, velut Liv. 9, 14 *cum pars fossas explerent, pars vellerent vallum atque in fossas proruerent.* Aeque certum est *prorutis munitionibus* Civ. 3, 68 ex optimorum librorum scriptura *pro ut his* erutum. At non ubique transitivum est, neque Taciti Ann. 15, 22 satis causae erat, cur Gronovius *motu terrae celebre Campaniae oppidum Pompeii magna ex parte proruit* in *motus — Pompeios* mutaret, quamquam Livius 22, 5 de terrae motu ita scripsit: *montes lapsu ingenti proruit.*

ab his] Bong. A. Dr. AB. Goth. A. Vind. ABC. Ven. c. et sqq. usque ad Oud. *ab hiis* Vrat. ABC. Hamb. *ab iis* Goth. B. Rom. a. Med. a. Ven. b. Oud. sine indicio.

Digitized by Google

set. Tum vero clamore ab ea parte audito nostri re- 4
dintegratis viribus, quod plerumque in spe victoriae
accidere consuevit, acrius impugnare coeperunt. Ho- 5
stes undique circumventi desperatis omnibus rebus se
per munitiones deiicere et fuga salutem petere intende-
runt. Quos equitatus apertissimis campis consectatus 6
ex milium L. numero, quae ex Aquitania Cantabrisque
convenisse constabat, vix quarta parte relicta multa no-
cte se in castra recepit. 27. Hac audita pugna ma-
xima pars Aquitaniae sese Crasso dedidit obsidesque

§. 5. intenderunt] *intendebant* Pet. *contenderunt* Duk. a m. pr. Vind. A. et pro var. l. a m. s. sup. Goth. A. P. Man. Ald. nep. Lips. et sqq. usque ad Ond., cuius adnotationi *intenderunt* probabiliter tuenti adde Garatonii disputationem ad Cic. Mur. c. 9 p. 36 Neap. (p. 849, 33 Hal.) Etiam Afr. 87 extr. *in regnum ire intendit* scribendum videtur pro *contendit*.

Cap. 27. §. 1. maxima] *magna* errore in Cellarii ed. receptum per Bipontinas et Morum ad recentiores propagatum est.

dedidit] *dedit* „MSS. 4. Ed. inc." Gott. Bong. A. Dr. B. Gu. Hamb. et a m. pr. Vrat. B.

§. 3. plane ab his videri] Haec iungenda esse negans Baumstarkius *plane* ad *posset* vel potius *possent*, quod ex illo adscisci debeat, pertinere statuit: in der That, ganz und gar. Rationem vir doctissimus non reddidit, sed fortasse ut plane viderentur ab hostibus cohortes, nec fieri potuisse prius, quam ad ipsos in castra pervenissent, nec ad impediendum, quo minus adventus earum inopinatus esset, necessarium fuisse putavit, cum etiam ex parte tantum vel obscure visis tamen cavere sibi ab iis potuissent: sin vero cohortes tam repentino venerint, ut prius non solum non sint visae, sed etiam plane non potuerint videri, id utique memorabile et ad eventum opportunissimum fuisse. Quis tamen scriptorem adverbium ad negationem, quae sane verbis *prius quam* — *posset* inversis subest, potius, quam ad proximum verbum *videri* retulisse et *plane* potius, quam *omnino* ponere voluisse credat? Neque vero res ita comparata est, ut *plane videri* coniungi vetet. Nam nisi omnium mentes oculique ad pugnam intenti fuissent, haud dubie appropinquantes cohortes etiam prius, quam in ipsis castris constitissent, de munitionibus illis, quae proruendae iis erant, vel plane et perfecte videre vel aliqua saltem ex parte procul visas si minus agnoscere, certe animum advertere et cavere potuissent. — De plurali in *posset* latente Baumstarkio assentior simili modo hoc interpretanti atque illud c. 20 §. 2 *auxiliis equitatuque comparato* et 2, 26 §. 5 *quantoque in periculo et castra et legiones et imperator versaretur*.

§. 4. impugnare] castra seu opera, quod nomen Hirtius 8, 43 addit.

§. 5. per munitiones] Cf. ad 2, 10 §. 3 dicta.

§. 6. vix quarta parte relicta] Itaque Orosius 6, 8 extr. triginta et octo milia caesa referri dicit.

multa nocte] Cf. adn. ad 1, 22 §. 4.

Digitized by Google

ultro misit; quo in numero fuerunt Tarbelli, Bigerriones, Ptiani, Vocates, Tarusates, Elusates, Gates, Au-
2 sci, Garumni, Sibuzates, Cocosates: paucae ultimae

misit] *obtulit* And. Leid. A. *detulit* Vind. A. Ipsa varietas discrepantiae originem ne ad Ephemeridas referamus, deterret.

Ptiani] Cu. Pet. Voss. A. sec. Fabr. *Ptianii* Egm. Lov. Bong. A. Vrat. A. *Priani* Gott. *Ptyani* Vind. B. *Priami* Hamb. *Preciani* Vrat. B. a m. s. Ven. b. et sqq. „In MSS. et ed. Ven. est *Ptianii* vel *Pitanii* aut simile quid.“ (quam Venetam dicat, nescio.) *Πρηκιανοί* Metaphr. *Eciani* Dr. B. *Preciami* Vrat. C. *Preiciani* Vind. F. *Preiiciani* Bong. C. *Perciani* a m. pr. Vrat. B. *Pthiciani* Vind. A. *Precianii* Goth. B. *Pretianii* Rom. a. *Prociani* Vind. I. *Procianii* Duk. *Protianii* Goth. A. *Prociarui* Vind. C. *Lacianii* Leid. B. *Parthiani* Dr. A. Maximam partem varietatis omnis ex littera *p* ortam esse apparet, quae aliis syllabam *pre*, aliis *pro*, *per*, *par* significare videretur. Nos secundum eos libros, qui omnino haec nomina rectius, quam ceteri, scripta exhibent, litteram singularem nulla compendiaria significatione praeditam fecimus. Vulgatam quidem scripturam auctoritate idonea destitutam esse etiam Oud. intelligebat, sed nescio qua religione ductus intactam reliquit. *Ptiani* non magis, quam *Ptianii* aut *Preciani*, usquam praeter h. l. commemorantur.

Elusates] Cu. cod. Ciacc. Lips. et sqq. „*Flustates* vel *Frustates* ceteri MSS. et Edd. Vett.“ *Elustates* Plüschkius cum signo dubitationis ex Bong. A. refert. *Flusates* Vind. B. *Fluscates* Vrat. B. Goth. B. *Flussates* Volaterranus sec. Rhellicanum, sua adhuc tempestate comites istic fuisse addens, qui *de Flusso* vocarentur. *Gustates* Goth. A. a m. pr. *Flustrates* Vind. QI. Ven. f. *Flustates* cod. Brant. Dr. B et a m. s. A. Vrat. AC. Goth. A a m. s. Hamb. Vind. ADF. cum reliquis edd. ante Lips. *Φλουστατεῖς* Metaphr. Oppidum eorum fuit *Elūsa*, hodie *Euse* seu *Eause*. Cf. Vkerti Gallia p. 261 et 385, ubi reliqua scripturae a Lipsio receptae auctoritas significata est, in qua acquiescendum videtur.

Gates] cod. Ciacc. Cu. Pet. Lov. Gott. Egm. Bong. A. Dr. A. Vrat. AB. Gu. Hamb. Vind. AB. *Gartes* Voss. A. sec. Fabr. *Garites* Dr. B. Vrat. C. Goth. AB. cum editis. „*Gates* vel *Gaites* MSS. et Ed. inc.“ *Γαρῖται* Metaphr. Vkertus p. 261 variae lectionis mentione nulla facta Garites finitimos Auscorum esse et recte a Sansone et Valesio ibi poni ait, ubi hodie sit *la Comté de Gauve*. De vicinia Caesar fidem certam non facit, cum eum situm potius, quam opes aut hic fortasse tempus missarum legationum in ordinandis nominibus respexisse non constet, Plinius autem, qui situm respicere solet, Hist. nat. 4, 33 Tarbellos Cocosatibus, Auscis Elusates coniungat. Hoc igitur incertum, nominis vero vulgata scriptura vitiosa videtur.

Sibuzates] Bong. A. Pet. Leid. A. S. „aliique“ Dr. A. Ber. St. om. „in quibusdam et Inc.“ item in Vrat. B. a m. pr. „*Siburzates* vel *Sibutzates* vulgo.“ *Sibutzates* Vrat. A. Vind. F. et a m. s. Goth. A. (a m. pr. *Siburates*) edd. ante Ber. Aldinae, Gr. ab. Turr. Lips. Iu. *Siburzates* Graev. Dav. Cl. *Sibutzates* Hamb. *Subutzates* Goth. B. *Suburzates* Vind. E. *Sibusates* margo Vrat. B. a m. s. *Σιβουσατεῖς* Metaphr. *Sibutrates* Dr. B. *Suburates*

Digitized by Google

nationes anni tempore confisae, quod hiems suberat, hoc facere neglexerunt.

28. Eodem fere tempore Caesar, etsi prope exacta iam aestas erat, tamen quod omni Gallia pacata Morini Menapiique supererant, qui in armis essent neque ad eum umquam legatos de pace misissent, arbitratus id bellum celeriter confici posse eo exercitum adduxit; qui longe

Gott. Gu. *Subutrates* Vrat. C. Vind. I. *Liberones. Saniua. Catesta. rusates. auscisi. bulates* Vind. A. h. e. *Liberones*, *Sani*, *Vacates*, *Tarusates*, *Ausci*, *Sibulates*. Haec nomina librarius prava syllabarum distinctione corrupta, ut nova viderentur, ex correcto secundum Ephemeridas codice, in quo Gates, Garumni et Elusates omissi et pro Bigerrionibus, Ptianis et Vocatibus Liberones, Sani et Vacates positi essent, petiisse et amplificatae Commentarii enumerationi adiecisse tamquam supplementum videtur. Simile quid c. 7 §. 4 Vnellorum et c. 9 §. 8 Ambianorum in nomine accidisse suspicabamur.

§. 2. nationes] *nactiones* Hamb. *civitates* S. Ox. Ald. ante corr. Vasc.

Cap. 28. §. 1. Morini Menapiique] Haec usque ad *Hos cum* 4, 3 §. 4 in Goth. A. exciso folio desunt. Pro *Menapiique* Dr. A. *Menappiique*, Bong. A. *Menapique*, Hamb. *Menappique*, Vrat. A. *Menapii* exhibet: Metaphrastes eos omisit. Et Glareano nescio quid scrupulum iniecit, quo minus eorum Morinorumque ut finitimorum coniunctionem sine dubitatione ferret, cum Caesar eos et 2, 4 coniunxerit et 4, 38 ita deinceps ponat, ut finitimos non fuisse minime sequatur.

ad eum] post *pace* Vind. A.

umquam] Voss. A. Egm. Bong. A. Vind. A. non *unq.* In Dr. A. *u* correctum est, in Vrat. B. *imquam*, in Turr. *nunquam* legitur.

celeriter confici] *conf. cel.* Vind. A. *breviter conf.* Vind. D. edd. ante Ven. f.

adduxit] *aduxit* Hamb. *abduxit* Dorv. Vrat. C. Goth. B. Vind. BE. *advexit* Duk. Vind. I. *adducit* cum *æ* super *c* Voss. A. *duxit* MS. Vrs. in Emend. Vind. A. St.

Cap. 27. §. 2. paucae ultimae] Cf. adn. ad 2, 29 §. 2.

suberat] Cf. ad 1, 25 §. 4 dicta.

Cap. 28. §. 1. Morini Menapiique] De eorum situ cf. adn. ad 2, 4 §. 8. 9.

eo exercitum adduxit] eum, quem in Venetis habuerat, detractis primum equitibus cum Labieno in Treviros missis c. 11 §. 1, deinde cohortibus XII., quas Crasso in Aquitanos ducendas dederat ib. §. 3, denique legionibus tribus, quas cum Titurio miserat in Vnellos ib. §. 4. Tres igitur legiones ei cum octo cohortibus supererant, quas *exercitum* vocat, ut c. 14 §. 8 *in conspectu Caesaris atque omnis exercitus*, cl. c. 20 §. 2 de Crasso: *in Sontiatum fines exercitum introduxit*. Non prius autem ex Venetis movisse Caesarem probabile est, quam non modo de Titurii victoria, de qua ipse testis est c. 19 §. 5, sed etiam de proelii Aquitanici eventu certior

Digitized by Google

alia ratione ac reliqui Galli bellum gerere coeperunt.
2 Nam quod intellegebant maximas nationes, quae proelio contendissent, pulsas superatasque esse, continentesque silvas ac paludes habebant, eo se suaque omnia contule-

gerere coeperunt] *gerere instituerunt* Cu. sec. Fabr. Alc. St. Iu. Graev. *agere instituerunt* VV. CC. Vrs. in Not. Cu. sec. Oud. S. And. Ox. Leid. A. Par. B. Hav. A. Vind. A. Dav. Cl. Oud. Scilicet *agere bellum* Oudendorpio iudice elegantius est, quam ut a librariis proficisci potuerit; *instituerunt* autem etiam aptius videtur, quam *coeperunt*, cum nondum coepisse illi bellum gerere, sed rationem demum gerendi iniisse et consilium cepisse in proxime sequentibus dicantur. Accedit consensus librorum illorum, qui ut singuli vel bini haud raro interpolati sunt, ita ubi cuncti a reliquis discessionem faciunt, ipsius scriptoris manum certe primam referre solent. Nihilo minus vulgatum, quod etiam Par. A. tuetur, cui simile est Hirtianum Alex. 24 *contra Caesarem acriter bellum gerere coepit*, tenendum putavi. Ad consensum enim omnium non solum Cuiaciani codicis, cuius scriptura accuratius in ex. Fabr., quam ab Oud. prodita est, sed etiam Aldini libri auctoritas desideratur. Ornandae autem vel variandae orationis studio cum alia complura in hac potissimum parte debentur, quae supra et infra sunt exempli causa ex Vind. A., alia ex S. atque Ox. et ex And. et Leid. A. allata, tum hoc ipso loco deberi videtur, quod proximum *Nam* in Cu. S. And. Leid. A. Vind. A. omissum est, quam praetermissionem item elegantiorem dicere licet, quam ut a librariis proficisci potuerit. *Agere* vero bellum non elegantius mihi, sed insolentius, quam *gerere* dictum et librariis vel potius critico alicui Caesarem emendanti magis, quam Caesari, qui nusquam eo usus est, conveniens videtur. Denique *coeperunt* nullam offensionem praebebit, si non ad proximum primum *contulerunt*, sed ad secundum *evolaverunt* retuleris; quamquam vel illuc relatum bene habet. Nam in silvas ac paludes se conferentes quid aliud, quam belli initium faciebant? cf. 6, 3, ubi cum Senones aliique ad concilium a Caesare indictum non venissent, Caesar *initium belli* ac defectionis hoc esse arbitratus dicitur. Ceterum *instituerunt* per se optimum esse concedo, sed ob id ipsum emendationis causa illatum potius, quam electum et cum minus apto, quod quidem videri posset, commutatum existimo, praesertim cum codicum ipsorum, qui *coeperunt* habent, indoles eiusmodi suspicionem removeat. Atque ea de causa ne Stephani quidem et Scaligeri scripturam per se maxime probabilem sequi licuit.

§. 2. continentesque — habebant] *continentes — habebant* Leid. B. Duk. Hamb. *continentesque — quas habebant* Cu. S. Vind. A.

factus esset; quamquam ea, quae c. 27 §. 2 tradita sunt, redux ab expeditione sua in Hibernia demum resciverit. Cf. ibi positum *quod hiems superat* cum hoc *etsi prope exacta iam aestas erat*, et quod *Eodem fere tempore* Caesar in Morinos Menapiosque duxisse dicitur.

§. 2. silvas ac paludes] Ex 4, 38 colligi posse videtur silvas ad Menapios potissimum, paludes

runt. Ad quarum initium silvarum cum Caesar perve- 3
nisset castraque munire instituisset, neque hostis interim
visus esset, dispersis in opere nostris subito ex omnibus
partibus silvae evolaverunt et in nostros impetum fece-
runt. Nostri celeriter arma ceperunt eosque in silvas 4
repulerunt, et compluribus interfectis longius impeditio-
ribus locis secuti paucos ex suis deperdiderunt. 29. Re-
liquis deinceps diebus Caesar silvas caedere instituit, et

continentes — quas habebant Leid. A. duobus vitiis casu an consilio in satis commendabilem lectionem coniunctis, quam si ornare et vulgarium scribarum captum haud dubie superantem elegantiam dicere velis, iure quidem tuo feceris, sed non facile cuiquam Caesarem ita scripsisse persuaseris.

§. 3. cum Caesar pervenisset] „MSS. plerique et Edd. pp.“ Pet. Gott. Voss. A. Egm. cod. Brant. Gu. cum plerisque meorum. *Caesar cum perv.* „alii“ VV. CC. Vrs. in Not. Hav. A. Vind. A. *cum perv. Caesar* Ald. et sqq. usque ad Oud., qui recte praescriptum a codicibus ordinem restituit, sed dum Caesaris nomen illa sedis inconstantia commotus ex margine irrepsisse suspicatur, paucis libris iusto plus tribuit.

§. 4. silvas] *silva* Bong. A. sec. Pl. *sylvam* Vind. A.

deperdiderunt] „MSS. optimi plurimique“ cod. Brant. Gu. Voss. A. Egm. Bong. A. Par. A. Hav. A. Dr. B. Vrat. A. et, ut videtur, VV. CC. Vrs. in Not., quamquam Iu. in utraque ed. *deprodiderunt* ex iis refert. *disperdiderunt* Leid. AC. Ort. Gott. Bong. C. Vrat. B. Vind. AF. Hamb. Gu. inc. (Eadem varietas 5, 54 in verbis *tantum se eius opinionis deperdidisse* in Gott. Voss. C. Leid. C. Dr. A. Vrat. B. inc. exstat.) *perdiderunt* Pet. „alius per Gruterum collatus“ (nisi fallor, Pal.) Leid. B. Dorv. cod. Turr. Dr. A. Vrat. C. Goth. B. Vind. BD. edd. ante Ven. f. *desideraverunt* Ox. Ven. f. Ald. (*desyd.*) Gr. a. St. Turr. Ald. nep. Lips. Memorabilis hic locus eo est, quod magnam codicum partem dissimiles fere sui et qui plerumque consentiunt, dissentientes, qui dissentiunt, consentientes exhibet; quae res casu potius quam consilio varietatem omnem et ortam et propagatam esse ostendit. Vulgatae commendatio quaedam ex eo accedit, quod multi libri, qui *disperd.* vel *perd.* exhibent, simul *de suis*, non *ex suis* habent, Pet. et Lov. sec. Fabr. cod. Turr. Vrat. C. Goth. B. Hamb. Vind. DE. edd. ante Ven. f. (Oud. idem ex Lov. Pet. Egm., et „tribus aliis Edd. pp. etc.“ referens in Egm. pariter atque Brantius in sui MS. et ed. Vasc. lectione commemoranda *de suis deperdiderunt* ponens in praepositione falsus videtur.)

ad Morinorum regionem pertinuisse. Sed quia silvae continentes erant, initium silvarum, ad quod Caesar §. 3 pervenisse dicitur, Morinorum in finibus, qui a Venetis vel ab Vnellis venienti propiores erant, ponere licet.

§. 3. ex omnibus partibus silvae] Cf. 2, 19. §. 4 *Cum se illi identidem in silvas ad suos reciperent ac rursus ex silva in nostros impetum facerent.* Numeri variati rationem recte reddidit *Moebius*, minus recte *Lippertus*.

Cap. 29. §. 1. Reliquis deinceps diebus] Nullum eorum die-

Digitized by Google

ne quis inermibus inprudentibusque militibus ab latere impetus fieri posset, omnem eam materiam, quae erat caesa, conversam ad hostem collocabat et pro vallo ad
5 utrumque latus exstruebat. Incredibili celeritate magno spatio paucis diebus confecto, cum iam pecus atque extrema impedimenta ab nostris tenerentur, ipsi densiores silvas peterent, eiusmodi sunt tempestates consecutae, uti opus necessario intermitteretur, et continuatione imbrium diutius sub pellibus milites contineri non possent.

Cap. 29. §. 1. instituit] *coepit* Leid. A. fortasse ut restitueretur quod supra c. 28 §. 1 ereptum esset scriptori.

inprudentibusque] Voss. A. Egm. Vind. A. Bong. A. non *impr.*

§. 2. inpedimenta] Vind. A. Bong. A. non *imp.*

ab nostris] *a n.* Leid. A. Pet. Confl. Vind. A. St. Gr. b.

sunt tempestates] Pet. Gott. Voss. A. Egm. et meorum plerique cum edd. ante Ald., qui ex libro, qualis est Vind. A., *tempestates sunt* edidit. Id a sequentibus retentum Oud. tacite, sed suffragantibus codicibus invertit. Ceterum in Vind. A. *tempestate sunt* scriptum est.

rum, quos post proelium factum his in locis versatus est Caesar, praetermisit, quin silvas caederet.

ne quis — impetus] Cf. 6, 5 *ne quis aut ex huius iracundia — motus exsistat.* ib. 9 *ne quis ab his subito motus oriretur.*

inermibus inprudentibusque militibus] Ablativi esse videntur, ut 5, 15 *at illi intermisso spatio inprudentibus nostris atque occupatis in munitione castrorum subito se ex silvis eiecerunt.* cl. 8, 36 *inprudentibus omnibus.* Alii dativos esse putant ad *fieri* referendos, contra scriptoris usum, qui *in aliquem*, non *alicui*, *impetum facere* vel *fieri* dicere solet. Inermes autem necessario omnes erant, qui silvas caedebant; quod si reputasset Moebius, fortasse *quis* non pro plurali habuisset.

collocabat — exstruebat] Imperfectum rem non semel, sed crebrius et quoties aliquid materiae caesum erat, factam significat.

§. 2. sub pellibus] h. e. in tentoriis seu tabernaculis, quae pellibus tecta erant. Atque hanc per aestatem atque in expeditionibus tentoriorum rationem fuisse si non aliunde satis constaret, qua de re consulendus est Lipsius de militia Rom. l. 5 dial. 5 p. 243, hic locus vel solus doceret. Nam qui diutius sub pellibus contineri non possent, eos antea et usque ad illud tempus contentos esse necesse est. Quod si nonnunquam urgente necessitate vel remissioribus frigoribus vel aliqua de causa sub pellibus etiam hiematum est, ut in bello civili Pompeiano Civ. 3, 13, in bello Africo Afr. 47, in Parthico Taciti Ann. 13, 35 factum legimus, milites hibernabant illi quidem in tentoriis iisdem, quae aestivantes texerant, sed hibernaculorum nomine ideo non magis haec tentoria appellabantur, quam hibernorum nomine castra ea, quae aestivandi causa facta essent, si quando hiemem vel partem hiemis in iisdem agerent. Itaque falluntur qui *in hibernaculis esse* et *sub pellibus haberi* unum idemque statuunt, quemadmodum Herzogius in adn.

Digitized by Google

Itaque vastatis omnibus eorum agris, vicis aedificiisque 3 incensis Caesar exercitum reduxit et in Aulercis Lexo-

§. 3. Caesar] *om.* Leid. A. Vind. A.
reduxit] *duxit* Vind. C. *eduxit* Bong. C. Leid. B. Dr. B. Vind. F. *perduxit* „MSS. plerique" Pet. Gott. Voss. A. Egm. Lov. Pal. cod. Turr. Bong. A. Dr. A. Vrat. ABC. Goth. B. Hamb. Gu. Vind. BE. inc. Id ferendum putarem, si certus quidam locus, quo victis vel tentatis tamquam ex itinere Morinis Menapiisque Caesar exercitum ducere constituisset, aut in superioribus significatus esset aut colligi ex sequentibus posset. Nam qui plerumque verbo *perducere* addi solet locus, is nonnunquam tum ab aliis, quos Cortius ad Salust. Catil. c. 46 §. 5 indicat, tum a Caesare subaudiendus relinquitur. Cf. 5, 23 *prima luce terram attigit omnesque incolumes naves perduxit.* 7, 72 *hoc intermisso spatio duas fossas xv. pedes latas eadem altitudine perduxit.* Et *reducendi* exercitus initium cum verbis *vastatis omnibus — incensis* significatum esse possit, continuatio simul cum fine demonstrata videri potest verbo *perduxit.* Sed quoniam scriptor aliquo ducendi consilium supra non ostendit, hibernorum autem, quem in locum haud dubie perducendus denique exercitus esset, postea demum mentionem fecit, *perduxit* h. l. posuisse non videtur, acquiescendumque in vulgata censeo, quam ex meis Vind. A. et nisi fallor DI. cum edd. excepta inc. omnibus exhibent. Mirum tamen, qui sic corrumpi potuerit, cum nec admodum similia sint in primis syllabis verba *perd.* et *red.* nec praeter hunc locum usquam in his Commentariis a librariis confusa, nisi 4, 34 §. 2, ubi pro *reduxit* unus Voss. A. *cond.*, unus Vind. D. *perd.* habet.

ad h. l. et Kritzius ad Salust. Iug. c. 103, quorum ille loco Livii 5, 2, hic Flori 1, 12 §. 8 abusus est. Livius enim postquam initio cap. 2 hibernaculorum originem et rationem demonstravit ita, ut in adn. cr. ad 2, 35 §. 3 vidimus, tribunos plebis §. 7 invidiam patribus ea ex re concitantes facit his verbis: *militem Romanum in opere ac labore nivibus pruinisque obrutum sub pellibus durare, ne hiemis quidem spatio, quae omnium bellorum terra marique sit quies, arma deponentem.* Florus autem de eadem illa Veiorum obsidione verba faciens *Tunc primum*, inquit, *hiematum sub pellibus.* His locis summum hoc efficitur, hibernacula illa pellibus contecta, non domos urbanas aut rusticas fuisse, quas ante illud tempus repetere milites hieme consueverant: nihil omnino habuisse, quo ab tentoriis aestivis differrent, non efficitur. Nec patitur Livius, dum *hibernacula aedificari coepta* memorans *res nova militi Romano* interponit. Quid autem diversi habuisse videantur, ad locum l. 2 expositum est; quo loco si *hibernacula*, quod codices commendant, Flori causa damnandum est, pari iure in Morinis milites in hibernaculis fuisse et ex hibernaculis in hiberna ducti esse dicentur, quod Kritzio tolerabile visum esse miror.

§. 3. reliquis item civitatibus] Vnellos, Venetos, Sontiates significare, ceterum cohortes, quae cum Titurio et Crasso fuerant, una cum iis, quas ipse ex Morinis Menapiisque reduxerat, communi *exercitus* nomine comprehendere videtur.

Digitized by Google

viisque, reliquis item civitatibus, quae proxime bellum fecerant, in hibernis collocavit.

proxime] „videtur scriptum esse in Cu. atque Ox., quoniam ex illis nihil varietatis est adnotatum.“ Hav. A. Vind. A. (hic *proximae*) Ald. et sqq. *maximum* Leid. C. *maxime* Reg. Voss. Cl. N. „omnes mei“ Carr. cod. Turr. cod. Brant. Bong. AC. Pal. Pet. Gott. Voss. A. Egm. Lb. Dr. AB. Vrat. ABC. Goth. B. Gu. Hamb. Vind. CDF. edd. ante Ald. non improbante Morv. Oudendorpius *cum maxime* coniiciebat. Per se *maxime* non ineptum est. Nam alias civitates magis, alias minus bello contendisse etsi disertis verbis non est demonstratum, tamen facile intelligitur ex iis, quae demonstrata sunt. Nec mirum, si eas, quae maxime contendissent, prae ceteris coercendas hibernis Caesar statuit. Hactenus igitur non male habet *maxime*. Cf. 7, 85 *unum illud esse tempus, quo maxime contendi conveniat*. Plaut. Amphitr. 1. 1, 44 *nam quom pugnabant maxume, ego fugiebam maxume*. ib. 271 *legiones quom pugnabant maxume*. Sed obstat quod praecessit *reliquis item civitatibus*, quorum verborum significatio ea est, ut idem de his, quod de Aulercis Lexoviisque praedicatum existimare debeamus. Aulercos autem et Lexovios *maxime* et magis, quam Venetos, Vnellos, Sontiates contendisse a rerum supra narratarum ratione abhorret. Atque omnino *maxime aliquid fecisse* non eiusmodi est, ut multis commune esse possit. Itaque *proxime* tenendum putavi, quod facile in *maxime* corrumpi potuisse ostendit Oud. Cf. 1, 24 §. 2 *duas legiones, quas in Gallia citeriore proxime conscripserat*. item 2, 8 §. 3 5, 24 §. 4. 6, 32 §. 5. et Hisp. 41 *a Munda, quod proxime ceperant*.

bellum fecerant] Cf. 4, 22 *quod homines barbari et nostrae consuetudinis imperiti bellum populo Romano fecissent*. 5, 28 *quod civitatem ignobilem atque humilem Eburonum sua sponte populo Romano bellum facere ausam vix erat credendum*. 7, 2 *principesque ex omnibus bellum facturos pollicentur*. Hinc intelligitur Senecae non satis causae fuisse, cur Epist. 114 p. 168 Schweigh. Arruntio, belli Punici scriptori, inter alia ex nimio Sallustii imitandi studio ducta hoc obiiceret: *Hiero, rex Syracusanorum, bellum fecit*. Et mirum est simile hoc ei visum esse his, quae ibidem ex eius Historiis promit: *Fugam nostris fecere* et *Quae audita Panormitanos dedere Romanis fecere*.

Digitized by Google

LIBER IIII.

Ea, quae secuta est, hieme, qui fuit annus Gneo Pompeio, Marco Crasso consulibus, Vsipetes Germani et item Tencteri magna cum multitudine hominum flumen

Cap. 1. §. 1. Gneo] Gott. Voss. A. Egm. Lov. Bong. A. Dr. A. Vrat. AB. Vind. EI. *Gneio* Vind. AB. *Gn.* Med. a. Ven. b. Ber. *Cn.* Ven. c. et sqq. omnes, quod ego tantum in Goth. B. Vrat. C. vidi. *G.* Rom. a. *C.* Dr. B. *E.* Hamb. Cf. Quintilian. 1. 7, 29.

Marco] Gott. Voss. A. Egm. Bong. A. Vrat. AB. Vind. BEI. *Marcho* Dr. A. *M.* cum edd. reliqui mei excepto Vind. A., qui praenomen omittit et cum Leid. A. St. *et* interponit, de quo v. adn. ad 1, 2 §. 1.

Tencteri] „MSS. *Tenctheri*, *Tanctheri*, *Tonctheri*, *Tencatheri*, *Tenchatheri*, *Tenchetae.*“ *Tenctheri* Bong. A. *tanctheri* Dr. A corr. in quinque litteris prioribus, Gott. Egm. Vind. E. *tanchtheri* Gu. *tanchteri* Lov. Lbb. *Tauchtheri* cod. Brant. *tantcheri*, in m. a m. s. *tancatheri*, Vrat. B. *tanetheri* Vrat. A. Pet. sec. Fabr. et Confl. *tantheri* Hamb. *tonctheri* Voss. A. *Tenchetheri* Ald. ante corr. *Tencatheri* edd. ante Ald. Vrat. C. Goth. B. Pal. *tencateri* Vind. D. *tenchateri* Vind. I. *tenocheri* Vind. F. *thenocheri* Vind. C. *Tevnocheri* Bong. C. *tenodieri* Dr. B. *eptencheri*, omissis verbis *et item*, Vind. A corr. in tribus prioribus duabusque extremis. *Tenchtheri* Ald. corr. et sqq. Cf. var. lect. ad c. 4. 16. 18. ad 5, 55 et 6, 35; quibus locis cum ea, quae per Aldum obtinuit, nominis forma non magis, quam h. l. in ullo codice reperta sit (Metaphrastes tantum, qui h. l. utrumque nomen pariter ac Petrarcha omisit, infra ubique *Τεγχθέρους* habet) etsi non imperite ex diversis codicum scripturis secundum orthographiam Graecam, quae tenuem ante asperam item asperam fieri iubet, quamque Latinos in barbaris

Cap. 1. §. 1. qui fuit annus] Hiems, quae secuta esse dicitur, Lentulo et Philippo consulibus inceperat, sed Vsipetum et Tencterorum transitus eo tempore incidit, quo Pompeius et Crassus consulatum inierant, quod ipsum accuratius definiturus scriptor *qui fuit annus* addit: und zwar in dem Jahre, da —.

consulibus] Annus urbis erat 699, quo iterum consulatum simul gesserunt Pompeius et Crassus, cum primum a. u. 684 consules fuissent. Quod si haec historia esset, non commentarius, *iterum* omitti vix potuisset.

et item] Separatim Tencteri fecisse transitum videntur. Cf. 1, 29 §. 1 et 3, 5 §. 2.

magna cum multitudine hominum] Vsipetes et Tencteri ut auctores transitus a multitudine transeuntium Vsipetum et Tencterorum diversi atque hi illorum comites fuisse cogitantur; quod quomodo fieri potuerit, magis conspicitur 3, 23, ubi Aquitani adscitis auxiliis *magna cum hominum multitudine* bellum gerere dicuntur. Nec aliter nos: sie gingen mit einem großen Heere über den Rhein. Cf. infra ad c. 13 §. 4 dicta. Omissa praepositione, sed

Digitized by Google

Rhenum transierunt, non longe a mari, quo Rhenus in-
2 fluit. Causa transeundi fuit quod ab Suevis complures annos exagitati bello premebantur et agri cultura prohibebantur.
3 Suevorum gens est longe maxima et bellicosissima

nominibus nonnumquam secutos esse constat, confecta est, posthabendam putavi ei, quae per se aeque probabilis c. 16 et 18 haud contemnendam et l. 6 aliquam saltem a codicibus commendationem habet atque Taciti Ann. 13, 56. Hist. 4, 64. Germ. 32, Flori 3. 10, 4. (4. 12, 23 *Tenctheri* sunt) et Dionis Cassii 39, 47 et 54, 20 (*Τέγκτηρος*) auctoritate firmatur. Plutarchus Caes. c. 22 *Τενκτερίδας*, Appianus T. 1 p. 76, 89, 90 Schweigh. *Ταγγαρίων*, *Ταγγρίδας*, *Ταγγρίας*. Ptolemaeus 2, 11 *Τεγκίρους* (al. *Τεγγίρους*) posuit. *Tencteri* etiam Cellarius in ed. et in opere geographico T. 1 p. 377 sq. probabat, quem Oud. falso *Tenchteri* praetulisse narrat. Ceterum Dionis auctoritati minus, quam analogiae tribuens paenultimam ut *Bructerorum* corripiendam censeo. Nam ille *Treviros* quoque 39, 47 *Τριουήρους* et *Mŏrinos* ib. 50 *Μωρίνους* fecit.

quo] *cui* VV. CC. Vrs. in Not. Ox. Vind. A. Id Vrsino ex *quoi*, ut tunc scripserint, natum videbatur. Et ita tunc scribi consuevisse ex Quintiliani 1. 7, 27 colligi potest, qui dicit: *Illud nunc melius, quod c u i tribus, quas proposui, litteris enotamus, in quo pueris nobis ad pinguem sane sonum q et u et o et i utebantur, tantum ut ab illo q u i distingueretur.* Sed *influere* cum dativo recentiorum est, Ovidii et Senecae, non Caesaris, Hirtii, nec Ciceronis.

§. 2. ab Suevis] *a S.* „MSS. et Edd. qdd.“ Beng. C. Pal. sec. Conf. Dr. AB. Vrat. BC. Goth. B. Gu. Vind. ACEF. edd. ante Ald. Id a Caesare profectum videri potest.

et agri cultura prohibebantur] om. Gott. Vrat. B. Gu. edd. ante Ven. f. ob homoeoteleuton, nisi fallor. In Leid. A. *ab*, in Duk. *ex*, sup. *ab*, post *et* insertum est, contra Caesaris consuetudinem, quam demonstravit Oud. ad 1, 10 §. 4. Semel infra c. 34 §. 4 aequabilitatis causa praepositione usus est: *tempestates, quae et nostros in castris continerent et hostem a pugna prohiberent.* Quod vulgo coniunctim scribitur *agricultura*, praeeunte Lov. Ven. f. Ald. divisi. Nam *cultura* quoque *agri* dicitur.

eodem discrimine facto Hirtius 8, 6 Bellovacos et finitimas civitates *omni multitudine* in fines Suessionum impressionem facere voluisse dicit.

non longe a mari, quo Rhenus influit] H. e. non longe ab eius ostiis, quibus in mare effunditur. Significari videtur locus paulo infra confluentem Mosae et Rheni positus. Cf. adn. ad c. 9 §. 3 et ad c. 15 §. 2.

§. 2. exagitati] Similiter 2, 29 §. 4 Aduatuci *multos annos a finitimis exagitati* paene propria significatione verbi dicuntur.

§. 3. Suevorum gens] Non alienum erat hoc potissimum loco de Suevis plura referre, cum ipsi moresque eorum in causa fuissent, cur Vsipetes et Tencteri Rhenum transirent. Accedit quod rerum omnium hoc libro comprehensarum pars magna ad Germanos

Digitized by Google

Germanorum omnium. Hi centum pagos habere dicuntur, ex quibus quotannis singula milia armatorum bellandi causa ex finibus educunt. Reliqui, qui domi manse- 4

§. 4. Hi] *Iti* Vrat. ABC. *Ii* Goth. B. Med. a. Ven. b. Ald. Gr. a. P. Man. Ald. nep. et sqq. usque ad Oud., qui tacite illud, quod codices iubent, reposuit.

quotannis] *singulis annis* Vind. A.

bellandi causa] *causa* Oud. in Bong. A. a m. pr. omissum, *ex causa* in eodem et in Voss. A. a m. s. et in Voss. B. scriptum esse testatur, cuius testimonio propterea, quod Pl. de Bong. A. et ex. Fabr. de Voss. A. tacent, fidem non derogo. Sed quod idem illud ab ipso Caesare per ellipsin omissum esse statuit, non assentior. Solum enim gerundium uno Terentii loco Ad. 2. 4, 6 ita positum exstat: *ne id assentandi magis, quam quo habeam gratum, facere existumes.* Reliquis in locis huc pertinentibus, quos indicant Ramshornius gramm. p. 652 et Waltherus ad Taciti Ann. 2, 59, aut nomen adiunctum est gerundio causam significanti, ut Taciti Ann. 3, 27 *leges — dissensione ordinum et apiscendi inlicitos honores aut pellendi claros viros aliaque ob prava per vim latae sunt.* aut, quod longe frequentissimum est, substantiva sunt cum adiectivis vel gerundivis, ut infra c. 17 *sive naves deiiciendi operis essent a barbaris missae.* et 5, 8 *naves, quas sui quisque commodi fecerat.* Nam Cic. de nat. de. 1, 22 cum *deliberandi sibi unum diem postulavit* dicit, non causam postulationis, sed tempus deliberandi postulatum significat. Itaque unius codicis auctoritate eaque incerta non adducor, ut Caesarem a sua et tantum non omnium dicendi consuetudine descivisse et *causa* omisisse credam, praesertim cum per compendium scriptum (*ca̅*) facile excidere potuerit et alibi exciderit, e. c. 5, 43 §. 4 in Dr. B.

ex finibus] Ante haec Hav. A. Vind. A. Ald. et sqq. usque ad Oud., post ea Egm. Vrat. A. addunt *suis*, quod Oud. secundum Bong. A. Pet. Voss. A. Lov. Carr. „aliosque multos" omisit. In Confl. Pet. Bong. C. et Pal., in Fabr. Gott. Egm. Lov. Lb. idem omittere et cod. Brant. et Turr. eo carere dicuntur. Additum videtur ab aliquo, qui non singulorum pagorum, sed universorum Suevorum fines intelligendos esse videret eiusque rei significationem desideraret, quam scriptor lectoris iudicio remisit.

Reliqui, qui domi manserunt, se atque illos alunt] Voss. A. Egm. sec. Fabr. Bong. A. Par. A. Vrat. A. Goth. B. Pet. et Pal. sec. Confl. cod. Steph. apud Hotom. Vind. I. Ven. cdef. Ber. His

pertinet, quorum cum Suevi longe omnium maxima et bellicosissima gens essent, data occasione exponuntur quae universae nationis cognoscendae sunt.

§. 4. centum pagos] Cf. adn. ad 1, 12 §. 4 et 37 §. 3 Tacitus Germ. 39 non Suevos, sed Suevorum nobilissimos vetustissimosque Semnones centum pagis habitare tradit.

ex quibus — educunt] Hoc Bahrdtius (Teutschlands Urgeschichte 1818. 2, p. 244) a veritate abhorrere putat: Wohin, gegen wen hätten jährlich hundert tausend Krieger sich wenden mögen, ohne die Welt zu erschüttern? Non animadvertisse virum doctissimum centena illa milia diversas in partes missa cogitari posse, ipsa vicissitudine annua et rei frumenta-

Digitized by Google

5 runt, se atque illos alunt. Hi rursus in vicem anno

accedunt, quod ad *manserunt* pertinet, Gott. sec. Fabr. Vrat. B. Gu. Hamb. et, ut videtur, Dr. A a m. pr., qui cum Vind. B. *alios* pro *illos* (Hamb. etiam *seque* pro *se atque*) exhibent. Ex reliquis pro *manserunt* Dr. B. *mansuerunt*, Hav. A. *remanserunt*, Ox. *manent*, Pet. sec. Fabr. Boug. C. sec. Confl. cod. Brant. Vind. BEF. et a m. s. Dr. A. Rom. a. Med. a. Ven. b. Vasc. Gr. b. Oud. *manserint*, Par. B. Vind. A. Aldinae, Gr. a. St. Turr. *remanserint* habent. Praeterea in Vrat. B. *domo*, in Vind. C. *domum* legitur. Denique singularis est ex codice Latini Latinii Viterbiensis ab Vrsino in Emend. prolata lectio *reliqui domi manent, pro se atque illis colunt*, quam commendatam ab Vrsino Lipsius et sqq. usque ad Cl. receperunt, Cl. restituto *qui* auxit. Atque hanc merito Oud. non quod inepta sit, sed quod auctoritate careat, reprobavit. Sed *manserint*, quod idem ex parte codicum suorum („*manserint* vel *manserunt* MSS. mei omnes") repetiit, quamquam ferri utique potest, minime necessarium neque tam praestabile videtur, ut optimis libris invitis retineri debeat. Nam quod Heldius manentium numerum necessario incertum fuisse autumat, ad coniunctivum commendandum nullius momenti est, quippe quem post *quotquot* et similia item incertum numerum significantia sedulo vitari a scriptoribus videamus. Quod autem res non semel facta, sed quotannis fieri solita est, cuius rei idem vir doctus significationem aliquam in coniunctivo inesse vult (nam ita eum enarrat: Die Uebrigen, soviel ihrer jedesmal zu Hause geblieben seyn mögen) non magis huc facere ex eo intelligitur, quod etiam coniunctioni *cum* pro *quoties* positae indicativus praesentis et perfecti iungi solet. Neque eorum, quos idem confert, locorum ullus aut numerum incertum aut rem saepius fieri solitam coniunctivo significatam habet, et in plerisque secundum codices indicativus reponendus est. Itaque superest ut genus hominum cogitatione comprehensum atque a mansione petita nota insignitum proponi et rationem coniunctivi eandem, quam in dictione *sunt qui dicant* et similibus esse statuamus. Quod ut ferri deberet, si omnes libri in coniunctivum consentirent, ita repugnante vetustissimorum testimonio obtrudi scriptori non debet.

§. 5. in vicem] om. Voss. A. Vrat. A.

riae ratione vim et effectum eorum minui necesse fuisse, historiam denique fidem facere, cum Vsipetes et Tencteros complures annos exagitasse, Vbios multis saepe bellis experti tamen finibus expellere non potuisse (infra c. 3) alias ad Rhenum et in Galliam se convertisse Suevi tradantur.

se atque illos alunt] H. e. sibi atque illis victum comparant colendis, ut e sequentibus apparet, agris. Cf. 8, 47 (Commius) *se suosque latrociniis alebat*.

§. 5. Hi rursus in vicem] *Hi* cum dicuntur, *mille ex his* intelligendi sunt. *Rursus* autem, quod repetitionem significat, si ad horum actionem huius anni quasi ad alterum vitae actum refertur, ut sonus in verba *in armis sunt* cadat, simile fit illi, quod infra c. 4 §. 5 (*rursus reverterunt*) et 3 12 §. 1 (*rursus minuente aestu*) et 1, 25 §. 5 (*rursus instare et proelium redintegrare coeperunt*) legitur: sin ad hanc, quae verbis *in arma sunt* declaratur,

Digitized by Google

post in armis sunt, illi domi remanent. Sic neque agri 6
cultura nec ratio atque usus belli intermittitur. Sed 7
privati ac separati agri apud eos nihil est, neque longius
anno remanere uno in loco incolendi causa licet. Neque 8

§. 6. nec ratio] „vetustiores omnes" Voss. A. Gott. Egm. Lov. cod. Turr. cod. Brant. Bong. A. Vrat. AB. Vind. C. Gu. Hav. A. *neque r.* Dr. AB. Vrat. C. Goth. B. Hamb. Vind. A. edd. ante Oud. atque] *neque* Voss. A. sec. Oud. Vrat. C. P. Man. Ald. nep. Lips. Iu. Graev. Dav.

§. 7. incolendi causa] *colendi c.* cod. Ciacc. S. And. Ox. Hav. A. Vind. A. Dr. A a m. pr. Cl. Idem praeferebat Heldius propter praecedentem atque insequentem agri culturae mentionem. Sed haec ipsa mutandae vulgatae occasionem dare potuit, introducen-

actionem pertinet, ut *hi* rursus, quemadmodum illi prius, in armis esse dicantur, comparandum est cum eo, quod exstat 5, 44, *huic rursus circumvento fert subsidium Pulfio*, et 7, 47 *eos ipse rursus singulos exceptans in murum extulit*. Ac priori significatione non longius a *contrario*, quam posteriori ab eo, quod *in vicem* seu *vicissim* dicitur, abest, ita tamen, ut neutri prorsus synonymum sit. Hoc autem loco et propter additum *in vicem* et propter sequens *illi domi remanent* priori significatione praeditum videtur. Ceterum quae Caesar de Suevis, eadem de Scythis et Getis Horatius dicit Carm. 3, 24 *Inmetata quibus iugera liberas Fruges et Cererem ferunt, Nec cultura placet longior annua, Defunctumque laboribus Aequali recreat sorte vicarius.*

§. 6. neque — nec] Cf. 8, 1 *neque ulla multitudine in unum locum coacta resisti posse Romanis, nec si diversa bella complures eodem tempore intulissent civitates, satis auxilii — habiturum exercitum populi Romani ad omnia persequenda.* Contra 5, 35 *nec virtuti locus relinquebatur, neque ab tanta multitudine coniecta tela conferti vitare poterant.* Quae ipsa varietas aliter haec atque Graecorum *οὔτε — οὐδέ* comparata nec significatione, sed sono discreta fuisse demonstrat. Cf. Bentleius ad Horat. Carm. 3, 11, 43 et Cortius ad Lucan. 1, 350.

ratio atque usus belli] *Ratio belli* est ipsum bellum leges definitas et ratas, quibus geratur, habens, das Kriegführen, sofern es ein bestimmtes, regelmäßiges Handeln ist. Cf. Cic. Fam. 7, 1 §. 5 *teque et istam rationem otii tui et laudo vehementer et probo*, jenes geschäftlose Leben, wie du es planmäßig führst. *Vsus* autem belli idem bellum est cum virtum exercitatione et consuetudine coniunctum. Cf. Lucan. 4, 364 (Caesar) *Flectitur atque usum belli poenamque remittit*, militiae officio et poena eos liberat.

§. 7. privati ac separati agri apud eos nihil est] Idem 6, 22 de universis Germanis relatum legimus. Nam quae ibi *gentes cognationesque hominum* memorantur, pro iis Suevorum *pagi* sunt. Sed quod Tacitus Germ. 26 de agris inter ipsos secundum dignationem partiendis tradit, quod si minus privati, certe separati agri aliquid fuisse cogit, non Caesaris fidem suspectam reddere, sed nonnihil mutatam Taciti aetate rerum conditionem arguere mihi videtur.

longius] Etiam 5, 52 *diutinae laetationi* opponitur *longior dolor*.

Digitized by Google

multum frumento, sed maximam partem lacte atque pe-
9 core vivunt multumque sunt in venationibus; quae res et cibi genere et cotidiana exercitatione et libertate vitae, quod a pueris nullo officio aut disciplina assuefacti nihil omnino contra voluntatem faciant, et vires alit et inmani

dae eidem, si primitus *colendi* scriptum esset, haud dubie obstitisset. Quis enim *colendi* verbo in hac sententiarum serie *habitandi* significationem tribueret? quod Heldius facile fieri potuisse existimat. Scriptori vero, cum *remanere* posuisset, *incolendi causa* inutile additamentum videri debuisse non dixerim. Neque enim synonyma sunt *remanere* et *incolere*, neque haec definiendi diligentia, quam nos ut putidiusculam vitare solemus, a Caesaris consuetudine abhorret. Cf. 5, 43 *tanta militum virtus atque ea praesentia animi fuit, ut — non modo demigrandi causa de vallo decederet nemo, sed paene ne respiceret quidem quisquam.* ib. 51 *celeriter hostes dat in fugam sic, uti omnino pugnandi causa resisteret nemo.* Quibus autem longius anno incolere uno in loco non licet, eorum agri quoque culturam imperfectam esse necesse est. Itaque nihil est in vulgata, quod huic loco non conveniat, simulque habitationum quoque annuam vicissitudinem fuisse docemur, de qua 6, 22 pluribus disseritur.

§. 9. inmani] Voss. A. Egm. Bong. A. Vind. F. non *inm.*

§. 8. maximam partem] Cf. adn. cr. ad 2, 8 §. 2.

sunt in venationibus] Sic vulgo *in armis*, *in opere esse* dicitur. Eodem pertinet *semper in itineribus esse* Civ. 3, 85 et *in procuratione regni esse* ib. 104 et 108. Alias est *versari.*

§. 9. quod — faciant] Vulgo haec pro parenthesi habent, quippe quae nullo magnopere nexu cum superioribus contineri videantur. Nam ea libertas vitae, qua venatores utuntur, ab hac, qua omni officio et disciplina soluti gaudent, diversa est. Hoc tamen quicquid est incommodi, parenthesis signis factis non tollitur, neque verborum iunctura ea est, ut istis locus sit. Itaque rectius post *libertate vitae* subaudiveris *qua omnino utuntur.* — De verbo *faciant*, quod Morus et recentiores nonnulli sine auctoritate in *faciunt* mutaverunt, equidem ita sentio, ut, quoniam neque cum dubitatione neque ex aliorum sermone aut opinione neque tamquam necessarium hoc dictum videri potest, coniunctivum praesentis eodem modo, quo praeteriti in enuntiatis *cum* coniunctionem habentibus, causae significandae gratia positum existimem. Similiter Afric. 87 *ubi cum ab incolis non reciperentur ideo, quod fama de victoria Caesaris praecucurrisset, vi oppido potiti* etc. Atque in eo comm. etiam *ubi* c. 78 §. 4, *postquam* c. 91 §. 4, *simul atque* c. 4 §. 3 et aliquoties *dum* cum coniunctivo posita sunt ita, ut coniunctionis ratio nulla habita videatur. Eadem licentia belli Hispaniensis scriptor in coniunctivo cum pronomine relativo construendo multum utitur ipsumque nexum causalem utcunque significatum ea vi praeditum esse statuit, quam coniunctioni *cum* tribuere solemus. Neque recentioris aetatis certum exemplum particulae *quod* eidem verbi perfecti mo-

Digitized by Google

corporum magnitudine homines efficit. Atque in eam 10
se consuetudinem adduxerunt, ut locis frigidissimis neque vestitus praeter pellis habeant quicquam, quarum propter exiguitatem magna est corporis pars aperta, et lavantur in fluminibus. 2. Mercatoribus est ad eos

§. 10. neque] *atque* Vrat. C. *non* Egm. Vrat. A.

habeant] *habent* Leid. A. *habebant* Ven. cde. Ber. *haberet* Vind. F. *haberent* „MSS. fere omnes et Ed. Inc." Pet. Gott. Lov. Voss. A. (hic ante *praeter*) Bong. A. Dr. AB. Vrat. BC. Gu. Hamb. Vind. ABCEI. Carr. cod. Turr. (hi tres post *quicquam*.) Id ferri posset, si consilium significari probabile esset, quod tum, cum primum hanc in consuetudinem se adducerent, Suevi propositum haberent, et si *lavarentur* in altera parte esset: nunc vitiosum et ita, ut in Egm. Vrat. A. Vind. D. et edd. plerisque factum est, emendandum videtur.

lavantur] „MSS. si forte unum alterumque excipias." Carr. cod. Turr. Gott. Voss. A. Egm. Lov. Bong. A. Dr. AB. Vrat. ABC. Goth. B. Hamb. Gu. Hav. A. Vind. ABCDEFI. edd. ante Ald. *lavatur* Pal. *laventur* Ald. et sqq. Coniunctivus utique necessarius est; sed *lavere* pariter in usu fuisse atque *lavare* constat, qua de re cf. Bentleius ad Horat. Serm. 1. 5, 24 et Struvius de Lat. decl. et coniug. p. 187, et *lavitur* est apud Valerium Flaccum Argon. 4, 229. Quidni in tanto codicum consensu Caesarem *lavantur* pro coniunctivo posuisse credamus?

Cap. 2. §. 1. ad eos] om. Bong. A. Pet. Voss. AB. Egm. And. Ox. Leid. A. S. Vrat. A. Vind. A. Hav. A. errore, ut opinor, ex sequentis *aditus* similitudine originem ducente. Cf. 2, 15 §. 4 *nullum aditum esse ad eos mercatoribus.*

do iunctae deest: Anconae in arcu Traiani *Senatus P. Q. R.* id monumentum Traiano se fecisse inscripserunt, *quod accessum Italiae hoc etiam addito ex pecunia sua portu tutiorem navigantibus reddiderit.* (Orell. n. 792.) Denique Graecae linguae analogia succurrit, in qua cum relativa ut coniunctivum adsciscant, particulam ἄν adiectam habere soleant, nonnunquam tamen vocabulis ὅς, ὅστις et similibus sine illa particula positis idem verbi modus succedit; qua de re cf. Matthiae gramm. p. 1219.

§. 10. in eam se consuetudinem adduxerunt] Minus usitatum hoc, quod *se* in consuetudinem adduxisse dicuntur, cum is, qui adducit ab eo, qui adducitur, diversus esse soleat. Sic Nepos Iphicr. c. 2 *in eamque consuetudinem adduxit* (milites suos) *ut — consisterent.* Cic. Tusc. 2 §. 9 *ad quam nos consuetudinem a familiaribus nostris adducti.* Illi vero simile hoc Hisp. 18 *noctu ex adversariorum conspectu se deducerent ad mare versum*, et Afr. 57 *ut Scipio ad album sese vestitum transferret.* Ad collocationem pronominis *se*, quod hoc loco encliticon est, cf. 6, 28 *hoc se labore durant homines adulescentes.* 7, 19 *hoc se colle interruptis pontibus Galli fiducia loci continebant.* Alex. 47 *in eum se portum recepit, quo ex portu.*

locis frigidissimis] Cf. adn. ad 2, 8 §. 2.

Digitized by Google

aditus magis eo, ut quae bello ceperint, quibus vendant, habeant, quam quo ullam rem ad se inportari desiderent.
2 Quin etiam iumentis, quibus maxime Galli delectantur,

magis eo] „MSS. plerique.“ *eo magis* S. Leid. A. Vind. A. Iu. Graev. Dav. Sic quod exciderat, *ad eos*, suppleri videbatur; et poterat *eo aditus*, *magis* eadem significatione dici: *aditus eo magis* vel propter ambiguitatem improbabile est.

quo] *quod* codices nonnulli sec. Cl. Vind. F. (qui cum Reg. consentire solet.)

inportari] Voss. A. Egm. Bong. A. non *imp. comportari* Leid. C. Vrat. B. inc.

§. 2. Galli delectantur] *Gallia delectatur* V. C. Vrs. in Not. („in meo libro“ id. in Emend.) And. Ox. Vind. A. Hav. A. Iu. Graev. Dav. Oud. Elegans scriptura neque ea Caesaris a consuetudine abhorrens, qui 5, 29 *Galliam omnem cum Germanis consentire* et ib. 41 *omnem esse in armis Galliam* et 6, 1 *opinio-*

Cap. 2. §. 1. eo] Cf. adn. ad 2, 7 §. 1.

ceperint] Coniunctivus rem incertam et fortuitam significat neque ex reliquis coniunctivis pendet, sed per se necessarius est. Nam si dicas: mercatoribus aditus ad eos est propterea, quod emtores habere volunt eorum, quae bello *ceperunt*, rem factam narrare videaris.

quam quo] In huiusmodi enuntiationibus bipartitis, quarum altera pars negationem habet, *quo* pro *eo quod* poni solet, *quod* rarius est. Cf. Haasii adn. ad Reisigii Scholas gramm. p. 464.

§. 2. iumentis] Alii, ut Sincerus, Heldius, Herzogius, equos et boves, alii, ut Oud. (obiter in adn. p. 171, b, 7 a fine) et Vkertus p. 214 tantummodo equos interpretantur. Columella fere equos iumenta appellat et interdum ea a bobus distinguit. Similiter in tabula aenea, cuius mentionem fecit Forcellinus, *plostra bubus iumentisve iuncta* scribitur. Caesar Civ. 1, 80 *iumentis onera* imposita memorans non iunctos carris equos aut boves mulosve, sed portandis rebus adhibitos equos vel mulos dicere videtur. (*muli* nominatim significantur 7, 45.) Item Hirtius 8, 10 pabulatoribus iumenta ita tribuit, ut boves excludere videatur. Contra Civ. 3, 49 *equos eorum tolerari, reliqua vero iumenta interisse* et Livii 7, 37 *praeter equos ceterorum iumentorum turba* legitur, Plinius autem Epist. 2, 17 cum *iter arenosum iumentis paulo gravius et longius, equo breve et molle* dicit, nulla nisi currui iuncta designat. Non magis origo vocabuli rem definit. Nam sive ab iuvando sive ab iungendo appellata sunt, et latior et angustior significatio esse potest. Hoc vero loco equi intelligendi videntur, non boves nec muli. Mulos enim apud Suevos generari solitos esse nec traditum usquam nec verisimile est; in boves autem cotidiana exercitatio et delectatio illa Gallorum non quadrat. Accedit quod in proxime sequentibus de equis sermo fit, et quod 7, 65 extr. Germani equites equis minus idoneis usi dicuntur. *Iumenta* autem, non *equos*, scriptor eo posuisse videtur, ut universum usum equorum, quem trahendo et onera atque homines portando praebent, comprehenderet: Reitpferde, Zugpferde, Lastpferde. Nam *equi* plerumque sunt Reitpferde.

Digitized by Google

quaeque impenso parant pretio, Germani inportatis his

nem Galliae posuerit, ad vulgatam vero ita comparata, ut originem huic dedisse potius, quam ab ea ducere videatur. Nam etiam 5, 41 *omnes esse in armis Gallos* in duobus codd. (Egm. Vrat. A.) legitur, quod nemo non glossema esse intelligat. Accedit quod qui sequitur pluralis, *parant*, vim collectivi *Gallia* ignorantes librarios inducere potuit, ut *Galli delectantur* scribendum putarent, id quod maxime Oud. probabile videbatur. Sed huic tamen offensioni lenius remedium erat, si *parat* scriberetur, quemadmodum non solum in vetere illo Vrsini codice, sed etiam in And. et in edd. Iu. Graev. Dav. scriptum est, reliquis tribus libris *parant* cum ceteris (*parent* Gott. Vrat. B. Gu.) tenentibus. Atque haec ipsa discrepantia inter eiusdem generis libros intercedens (nam etiam Leid. A. Cu. S. cum vulgata consentire videntur, et paulo post *immenso* pro *impenso* in eodem Vrsini codice et in Cu. Leid. A. Vind. A. legitur) rem suspectam facit, ut verendum sit, ne elegantia illa non Caesari, sed emendatori alicui debeatur. Quamquam magis inclinat animus ut ab ipso in Ephemeridibus illud positum indeque in partem codicum integrum, in alios cum corruptela translatum, in Commentario vero id, quod reliqui exhibent, quod et simplicissimum et sequenti *Germani* accommodatissimum est, editum statuam.

inportatis] Bong. A. Voss. A. Egm. Gu. Vrat. A. non *imp.*

his] *iis* Vet. Bong. C. Pal. sec. Confl. *hiis* Gott. Vrat. BC. Vind. E. Hamb. om. Vind. AC. Hav. A. Ald. et sqq. usque ad Oud., qui in ed. 1. *his* restituit, in ed. 2 delevit et *inportatitiis* ex coniectura pro *inportatis* scripsit, quam coniecturam cum alii probaverunt, tum Kreyssigius et Heldius secuti sunt. Eadem mihi plausibilis videtur, sed abiicere vulgatam ausus non sum, quia quemadmodum proxime sequentia *quae sunt apud eos nata, prava atque deformia, haec — efficiunt* non minus recte se habitura essent, si *iumenta* ante *quae* positum haberent (cf. adn. cr. ad 1, 13 §. 4 et a Ramshornio gramm. p. 528 allata Ciceronis Div. 1, 34 (§. 74) et Off. 3, 3 (§. 13) verba) ita hic *his* ad *quibus*, quod praecessit, referendum, alio autem loco propterea, quod *Germani* primum sibi postularet, collocatum videri potest. Namque simplicissima illa ad speciem interpretatio, quam Ad. Wagnerus in translatione vernacula a. 1808 adhibuit, Sogar Pferde — brauchen die Germanen nicht, wenn sie eingebracht werden, qua eadem a Dederico in Zeitschr. f. d. Alt. Wiss. a. 1835 N. 2. p. 19 proposita usus est novissimus interpres Vollmerus (Sogar von Jochthieren — machen die Germanen, wenn sie eingebracht werden, keinen Gebrauch) ea longissime, nisi fallor, ab usu pronominis et a verbi *uti* significatione abest (cf. 5, 12 *aere utuntur inportato.* Civ. 3, 42 *plerumque frumento utuntur inportato.* Afr. 20 *animum advertebat frumento, se in Africa nisi inportaticio*

Germani] Postquam *Gallos* delectari iumentis eaque impenso pretio parare dixit, Suevos, qui et Germani et Germanorum gens maxima essent, *Germanos* appellare maluit, quam *Suevos.* Ac reliquos quoque Germanos, quantum quidem Caesar nosset, iumentis importaticiis usos non esse sumere licet.

Digitized by Google

non utuntur, sed quae sunt apud eos nata, prava atque deformia, haec cotidiana exercitatione summi ut
3 sint laboris, efficiunt. Equestribus proeliis saepe ex equis desiliunt ac pedibus proeliantur, equosque eodem remanere vestigio adsuefecerunt, ad quos se celeriter

uti non posse. quibus locis apparet *uti* non esse ad aliquid efficiendum adhibere, sed ita habere, ut si velis, adhibere possis.) et praeterea hoc incommodi habet, quod aut mercatores, qui importent quod non sit emtores inventurum, aut Germanos, qui emant quo non usuri sint, admirari cogeris. Itaque hac interpretatione non utendum censeo, neque priore illa satis commendari pronomen arbitror, quin aut efficiendum potius, aut ita, ut Oud. voluit, mutandum putem.

prava] „codices plurimi" Pet. Bong. C. Pal. sec. Confl. Pet. Voss. A. Egm. sec. Fabr. codices Clarkii „noster, Steph. et Rom." Hotom. cod. Turr. Dr. B. Vrat. ABC. Goth. B. Gu. Hamb. Vind. CDEF. Rom. a. Med. a. Ven. b. Aldinae, Lips. Iu. Graev. Dav. Cl. Oud. 1. *pava*, cum *r* super *pa* et sec. Pl. punctis circumscripto *p*, ut *rava* legendum ostendi videatur, Bong. B. *prima* inc. *parva* cod. Brant. S. Leid. A. Ox. Duk. Gott. Voss. C. „et alii." Cu. sec. Fabr. Par. B. Dr. A. Vind. AB. Hav. A. Ven. cdef. Ber. Gr. ab. St. Vasc. Turr. Oud. 2. *μικρὰς* (sc. ἵππους) Metaphr. Cum utravis lectio et per se satis probabilis sit et a codicibus fere parem commendationem habeat, praetuli eam, quae mutationi a consuetudine (cuius vis etiam *parvis consiliis* 7, 39 in Dr. B. produxit) magis obnoxia, Caesaris vero consuetudini similia significatione eiusdemque non modo generis, sed etiam speciei epitheta per copulas *et*, *atque*, *ac*, *que* nectendi magis accommodata est visa. Pravitatem enim membrorum necessario sequitur deformitas, parvitatem praesertim in equis non item. Sed Caesarem *parva* scripsisse negantes salva veritate scribere potuisse iidem concedimus; quamquam quae Tacitus Germ. c. 5. *inprocera* Germaniae tribuit, *pecora* seu oves et caprae, et quae Annal. 4, 72 *modica*, *armenta* seu boves sunt: *equi* eorum tantum *non forma*, *non velocitate conspicui* esse Germ. c. 6 tradunt.

§. 3. adsuefecerunt] *assuefaciunt*, quod apud Aldum et sqq. exstat, Oud. auctoritate Cu. And. Ox. S. Leid. A. (sublata, ut solet, assimilatione) tenuit, ego in uno Vind. A. (*asuef.*) inveni. Reliqui perfectum habent, *adsuefecerunt* Pet. Gott. Voss. A. Egm. Lov. Lbb. sec. Fabr. Pet. Bong. C. Pal. sec. Confl. Bong. A. Vrat. A. Vind. C. *assuefecerunt* liber Faerni sec. Vrs. in Not., cod. Brantii, MSS. Clarkii, Dr. AB. Vrat. BC. Goth. B. Gu. Hamb. Vind. DEF. edd. ante Ald. (*assuf.* Ven. c.) διδάξαντες Metaphr. idque non „aeque fert temporum ratio" quemadmodum dicit Clarkius, sed plane postulat rei natura, nisi forte inter proeliandum condocefa-

summi ut sint laboris] Etiam *homo magni laboris* est apud Ciceronem Fam. 13, 10, et pro Murena 16 *hoc igitur in bello*, inquit, *L. Murenam legatum fortissimi animi, summi consilii, maximi laboris cognitum esse defendimus.*

§. 3. ex equis desiliunt] ut Galli apud Livium 21, 46.

Digitized by Google

cum usus est, recipiunt; neque eorum moribus turpius 4
quicquam aut inertius habetur, quam ephippiis uti. Ita- 5
que ad quemvis numerum ephippiatorum equitum quam-
vis pauci adire audent. Vinum ad se omnino inportari 6
non sinunt, quod ea re ad laborem ferendum remollescere
homines atque effeminari arbitrantur. 3. Publice ma-
ximam putant esse laudem quam latissime a suis finibus
vacare agros: hac re significari magnum numerum civita-

ciendis equis vacasse Germanos putamus. *adsuefecerunt* h. l. idem est, quod *adsuefactos habent.* Cf. Alex. 44 *et M. Octavium audiret cum barbaris foedera percussisse compluribusque locis nostrorum militum oppugnare praesidia.*

cum usus est] *c. u. poscit* Cu. And. Ox. S. Leid. A. Vind. A. Hav. A. Aldinae, Gr. a. St. Turr. Lips. Iu. Graev., quod ut ferri possit, si *usum* interpretemur *utilitatem*, a Caesaris quidem ac nescio an omnium consuetudine alienum est. Cf. 7, 80 *ut si usus veniat, suum quisque locum teneat et noverit.* Civ. 3, 84 *his erat rebus effectum, ut equites mille etiam apertioribus locis VII. milium Pompeianorum impetum, cum adesset usus, sustinere auderent.* Hinc verisimile fit et hoc loco et 6, 15 in verbis *hi cum est usus atque aliquod bellum incidit — omnes in bello versantur* neque utilitatem neque aliud nisi tempus, quo quis uti aliqua re et agere vel possit vel debeat, significari.

§. 6. inportari] Voss. A. Egm. Bong. A. non *imp.*

sinunt] *patiuntur* VV. CC. Vrs. in Not. And. Ox. Vind. A. quod verbum Caesar aliquoties, *sinere* hoc uno loco posuit. Sed Cicero et Terentius hoc quoque usurpant.

Cap. 3. §. 1. civitatium] Bong. A. Lips. Iu. Graev. Dav. Oud. *civitatem* Vind. A. Gu. Vrat. B. *civitatum* reliqui codices Oud. Dr. AB. Vrat. AC. Goth. B. Hamb. edd. ante Lips. et Cl. Lipsium, qui in reliquis locis *civitatum* tenuit et 3, 13 §. 2 *tempestatium* a V. C. Vrsini oblatum neglexit, inscium h. l. *civitatium* dedisse suspicor, Oud. vero non temere vetustissimo codici fidem habuisse iudico, quo auctore etiam 7, 36 §. 2 et 3 et 8, 23 §. 1 accedentibus quibusdam aliis libris (Voss. A. Lov. Egm.) ut 5, 22 §. 3 Scaligerani et 8, 20 §. 1 Aldini, cui Par. B. et si recte tacet Pl., Bong. A. accedit, auctoritate *civitatium* scripsit. Nam quod plures sunt loci, quibus codices plerique in *civitatum* consentiant (1, 30 §. 1. 3, 10 §. 2, ubi Vind. A. *civium* habet, 5, 12 §. 2. 47 §. 2. 53 §. 6.

§. 4. habetur] Cf. adn. ad 1, 21 §. 4.

§. 6. ad se] Haec sine sono pronuntianda sunt, ut ictus in *omnino* cadat, quod negationi coniunctum eandem fere vim, quam nostrum gar addit. Cf. 5, 51 *sic, uti omnino pugnandi causa resisteret nemo.* 7, 55 *quod Liger ex nivibus creverat, ut omnino vado non posse transiri videretur.*

Cap. 3. §. 1. Publice] Cf. 6, 23 *Civitatibus maxima laus est quam latissime circum se vastatis finibus solitudines habere.* Quae verba docent, quid h. l. sit *publice.* Poterat *publica* laus dici, nisi alterum adiectivum obstaret. Sic 6, 13 *sacrificia publica*

Digitized by Google

2 tium suam vim sustinere non posse. Itaque una ex parte a Suevis circiter milia passuum sexcenta agri va-
3 care dicuntur. Ad alteram partem succedunt Vbii,

7, 28 §. 6. 55 §. 6. 83 §. 4. 8, 11 §. 2, ubi in Bong. A. eiusque asseclis lacuna est, Civ. 1, 40 §. 1. 51 §. 3. 2, 19 §. 1, ubi in Vind. A. *civitatuum* est, 3, 85 §. 2. 36 §. 1. 55 §. 3, quibus locis Vind. A. *civitacium* exhibet) id tantum abest ut cum Kreyssigio adversari Oudendorpio putem, ut fidem librorum maxime eo confirmari existimem. Nam utramque formam in usu fuisse Varro de lingua Lat. 8, 66 Müll. et Priscianus T. 1 p. 344 Krehl. testantur, et utraque Caesarem, sed altera, quae iam tum pluribus placuisse videtur, certe postea magis probabatur, magis usum esse consentaneum est. Cf. Haasii adn. ad Reisigii Scholas gramm. p. 95 et Bachius ad Tac. Ann. 3, 63.

posse] „omnes" Gott. Voss. A. Egm. Lbb. sec. Fabr. Pet. Bong. C. Pal. sec. Conf. Vind. EFI. Gu. et qui a me visi sunt, excepto Vind. A., qui cum Hav. A. Aldinis, Gr. a. Turr. Lips. Iu. Graev. Dav. Cl. *potuisse* habet. Recte Oud. praesens aptum esse monet et declarare multas civitates Suevorum vim non solum sustinere non potuisse, sed etiam adhucdum non posse. Nam si possent, reverterentur, et agri non amplius vacarent, quamquam aliquamdiu vacassent.

§. 2. sexcenta] Lbb. Bong. A. Dr. AB. Vrat. BC. Goth. B. Hamb. Vind. EF. edd. ante Ald. nep. et Turr. *DC* Pet. Gott. Egm. sec. Fabr. *sexcenti* Vrat. A. Vind. D. *centum* Cu. S. Ox. cod. Turr. margo Goth. B. margo Gr. a. *c.* Vind. A. *e.* Hav. A. Qui *sexaginta* volunt, ut Glandorpius, Hotomannus, Lipsius Elect. 2, 7, Göllerus in Actis Societatis Graecae Lipsiensis Vol. 1 p. 107, nequaquam illa gloria dignum spatium facere mihi ut Camerario videntur. Eadem de causa *centum* non probo.

§. 3. Vbii] *ubi hi* Voss. A. sec. Fabr. *ubi et* Egm. sec. Fabr. Vrat. A. Cf. adn. cr. ad 1, 54 §. 1.

eadem, quae ib. c. 16 *publice instituta* vocantur.

§. 2. a Suevis] Haec cum sequentibus ita cohaerent, ut §. 1 *a suis finibus* cum praecedente *latissime*, cuius adverbii loco hic ipsa latitudinis mensura posita est. Nominis autem usus, pro quo pronomen exspectari poterat, ad repraesentandam famam pertinet, ne inanis Suevorum ipsorum iactatio potius, quam communis omnium opinio esse videatur.

§. 3. Ad alteram partem succedunt Vbii] Ex hac quoque parte, quae magnae solitudini illi opposita est, vacui aliquid fuisse, quod Vbiorum sedes a Suevorum finibus divideret, ex eo colligitur, quod Vbii ad alteram partem non esse aut incolere, sed *succedere* dicuntur, cuius actionis initium non a Suevorum, sed ab ipsorum Vbiorum terra fieri cogitandum est. Cur enim *ad alteram partem* potius, quam *ex altera parte* dixisset, nisi *succedentes* eodem modo, quo accedentes aut venientes intelligi voluisset, ut praepositio motum, qui verbo continetur, alicubi terminandum significaret? Cf. Plinii Hist. nat. 6 §. 29 (§. 116 Sill.) *Regio ibi maritima Syrtibolos; qua vero ipsa subit ad Medos, Climax Megale appellatur locus.* Germanice dicas der andern Seite nähern sich die Ubier.

Digitized by Google

quorum fuit civitas ampla atque florens, ut est captus Germanorum, et paulo, quam sunt eiusdem generis, sunt ceteris humaniores, propterea quod Rhenum attingunt multumque ad eos mercatores ventitant, et ipsi propter propinquitatem Gallicis sunt moribus adsuefacti. Hos 4

et paulo] *paulo* Ald. ante corr. *qui paulo* cod. Ciacc. cod. Turr. Leid. B. Bong. C. Dorv. Dr. B. Vind. F. edd. ante Ald. Gr. b. Vascos. *et qui paulo* Duk. Cl. bene, quod ad sensum attinet. Sed *qui* ex *quorum*, quod praecessit, repetendum est. Cf. Afric. 64 *P. Ligarius, quem Caesar in Hispania cum reliquis dimiserat et postea se ad Pompeium contulerat.* et reliqui ab Oud. ad h. l. et in *Addendis* significati loci.

quam sunt] *quan sunt* Voss. A. sec. Fabr. *qui sunt* Aldinae, Gr. a. Turr. Lips. Iu. Graev. Dav. *sunt* cod. Ciacc. cod. Turr. Vind. CDF. edd. ante Ald. Gr. b. Cl. *post* Dr. B.

generis] *gentis* Reg. Bong. C. Dr. B. Vind. CF. Vasc. St. Gr. b.

sunt ceteris] Leid. A. *etiam ceteris* Vind. CD. edd. ante Oud. excepta St., quae *et generis* habet. *ceteris* Lov. sec. Fabr. „alius" Ciacc. *et ceteris* reliqui codices et Oud., qui ita explicat: *Succedunt Vbii* etc. *et paullo humaniores, quam sunt* homines *eiusdem generis, et* sc. humaniores *ceteris*, nempe Germanis; et duo diversos casus uni comparativo additos statuit, ut Horat. Serm. 1, 6, 110 *Hoc ego commodius, quam tu, praeclare senator, Milibus atque aliis vivo.* Sed neque Horatius *milibus aliis* eadem significatione, qua *quam tu*, sed eadem, qua *hoc*, ad comparativum retulit, neque Caesar quosnam *ceteros* dicere potuerit, apparet, cum *eiusdem generis* haud dubie Germani sint. Non magis tolerabilis videtur defectus verbi substantivi; quem cum Leid. A. ita suppleat, ut simul et sensum bonum et vulgatae originem clariorem reddat, eius libri auctoritatem sequi non dubitavi. Sensus hic est: Vbii ceteros Germanos paulo magis, quam homines eiusdem generis solent, humanitate superant. Scilicet sunt et ipsi eiusdem, cuius ceteri, generis, iique humanitate fere aut nihil aut parum a suo genere differunt, sed horum tamen differentia humanitatis paulo maior est. Inter *paulo* et *quam* supplendum est *magis*, quod ante *quam* non ita raro omitti Ramshornius gramm. p. 499 sup. docet, hic vero propter comparativum paene debuit omitti. Facillime autem *sunt*, quod *s't* scribi solebat, in *et* corrumpi potuit.

Gallicis] *quod Gall.* Bong. A. Voss. ABC. Leid. AC. S. Lov. Duk. Dorv. Gott. sec. Oud. Dr. A. Vrat. ABC. Goth. B. Gu. Hamb. Vind.

quorum fuit civitas] Cf. adn. cr. ad initium cap. 8 libri 3. Perfecti ratio infra extremo capite redditur. Sed humanitate etiam tum praecedebant: *sunt ceteris humaniores.* Nihilo tamen magis *fuit* sonum habet, sed temporis diversitas ad significandum discrimen sufficit. Quod si *fuit* cum ictu pronuntiaveris, sensum ineptum habebis: *quorum civitas ampla atque florens esse desiit.*

multumque — ventitant] Cum *ventitare* sit certis temporibus seu iterum iterumque venire, ut mercatores solent, *multum ventitare* pleonasmi nihil habet, sed et crebro eosdem et multos illuc venire significat. Nos similiter: die Messe wird stark besucht.

Digitized by Google

cum Suevi multis saepe bellis experti propter amplitudinem gravitatemque civitatis finibus expellere non potuissent, tamen vectigales sibi fecerunt ac multo humiliores infirmioresque redegerunt. 4. In eadem causa fuerunt Vsipetes et Tencteri, quos supra diximus, qui complu-
2 res annos Suevorum vim sustinuerunt; ad extremum tamen agris expulsi et multis locis Germaniae triennium vagati ad Rhenum pervenerunt; quas regiones Menapii

D. edd. ante St. et Turr. *qui Gall.* Vind. B. *quod* (omisso *Gall.*) Vind. A. Id primitus in margine positum, ut haec eodem, quo prima illa *Rhenum attingunt*, non quo proximum *ventitant*, referenda doceret, errore vetustiore codicibus nostris alieno loco in ordinem receptum videtur, nisi ab ipso scriptore ante *ipsi* collocatum casu in marginem reiectum, deinde perperam restitutum arbitrari malumus.

§. 4. saepe] om. Vind. I.

gravitatemque civitatis] *civ. et gravitatem* Leid. A. *gravitatem civ.* praescripto int. vers. *et*, Vind. A.

redegerunt] *redigerunt* a m. pr. Vrat. B. *reddegerunt* cum puncto sub priori *d* Goth. A. *reddiderunt* Faerni liber sec. Vrs., quod a Scaligero receptum, a Graevio servatum perperam in Oud. 2 ipso, ut opinor, invito venit. Cf. adn. ad 2, 27 §. 3.

Cap. 4. §. 1. et] om. Vind. A.

Tencteri] *tenctheri* Bong. A. Vind. E. *tenchteri* Voss. A. Egm. sec. Fabr. Vrat. A. *thencteri* Gott. sec. Fabr. *theucteri* Vrat. B. *tanchteri* Pet. sec. Fabr. *tanchtherii* Dr. A. corr. in —*rii*. *tanctheri* Vind. B. *tencatheri* Pal. sec. Conf. Goth. B. Gu. Vind. D. edd. ante Ald. *tenchateri* Vind. I. *thencatheri* Vrat. C. *Tenchetheri* Ald. *Tenchtheri* Gr. a. et sqq. *tenecheri* Hamb. *tenocheri* Bong. C. sec. Conf. Vind. C. *tenochri* Goth. A. *tenotheri* Dr. B. Vind. F. *Eptencheri* Vind. A. Vide adn. cr. ad c. 1 §. 1.

§. 2. locis Germaniae] Bong. A. Dr. AB. Vrat. ABC. Goth. AB. Hamb. cum edd. plurimis. *l. germani* Vind. A. *Germaniae locis* St. Gr. b. Oud. sine auctoritate.

triennium] post *vagati* Pet. sec. Fabr. *triennio* Leid. A. Cf. adn. cr. ad 2, 16 §. 1.

§. 4. multis saepe bellis] Ne in his quidem pleonasmo locus est, sed *saepe*, cui *raro* opponi solet, ad temporis inter singula bella interiecti brevitatem pertinet.

gravitatemque] H. e. robur et opes. Sic Livius 34, 17 extr. Segesticam *gravem atque opulentam civitatem* vocat. Eadem metaphora Polybius et Diodorus Siculus vocabulum βάρος usurpant, e. c. ille Vol. 4 p. 482 Schweigh. τὸ βάρος τῆς τῶν Ἀργείων πόλεως, hic 16, 8 τὸ βάρος καὶ τὸ ἀξίωμα τῆς πόλεως. Et hoc loco valde accommodatum illud ad sequens *finibus expellere*.

Cap. 4. §. 1. In eadem causa] H. e. conditione. Inprimis huc pertinet Ciceronis locus a Ciacconio significatus Fin. 1, 15 *qua* (morte) *qui affecti sunt, in eadem caussa sunt, qua antequam nati.*

quos supra diximus] Cf. adn. cr. ad 2, 29 §. 1.

§. 2. Menapii] Cf. adn. ad 2, 4 §. 8. Tacito Hist. 4, 28 Cismo-

Digitized by Google

incolebant et ad utramque ripam fluminis agros, aedificia vicosque habebant; sed tantae multitudinis aditu per- 3
territi ex his aedificiis, quae trans flumen habuerant, demigraverunt et cis Rhenum dispositis praesidiis Germa-

et] *ii* Ald. *hi* Cu. S. Ox. Leid. A. Vind. A. St. Gr. b. Idem expressit Metaphrastes: *οὗτοι μὲν* etc. eoque recepto et interpunctione mutata commodissime sane procedit oratio: — *pervenerunt, quas regiones Menapii incolebant. Hi ad utramque ripam — habebant, sed — perterriti — demigraverunt et — prohibebant. Illi* etc. In vulgata vero cum ipsa copula offensionem habet, quippe quae alterius verbi item ut *incolebant* ad *quas regiones* pertinentis exspectationem faciat, tum hoc incommodum est, quod *demigraverunt* eodem, quo *pervenerunt* referendum videtur; quae res Morum et recentiores nonnullos movere potuit, ut *demigraverant* scriberent, quo facto haec verba omnia sine dubitatione ad *Menapii* referuntur. Cui tamen incommodo tutius a codicibus illis remedium offerebatur. Nam *hi demigraverunt et prohibebant* non magis reprehendi debet, quam infra c. 26 *Caesar iussit et submittebat*, aut 7, 17 *ut milites caruerint et sustentarent*. Sed vulgata etiamsi hac in parte non commodissima sit, tamen, quia ambiguum esse nequit, quin Menapii demigrasse statuendi sint, illam ob causam non deseri debet, neque quam copula offensionem habet, ea ita comparata est, ut ab ipso scriptore potius, quam ab emendatore aliquo pronomen copulae loco positum esse videatur. Cf. 5, 6 *quod dictum Haedui graviter ferebant neque recusandi aut deprecandi causa legatos ad Caesarem mittere audebant*. Civ. 1, 12 *quod oppidum Attius cohortibus introductis tenebat dilectumque toto Piceno circumissis senatoribus habebat*. ib. 3, 15 *quas tamen difficultates patienter atque aequo animo ferebant neque sibi nudanda litora et relinquendos portus existimabant*. Non aliter hoc loco pronominis relativi potestas quasi fines suos egressa alterum enuntiationis membrum afficit et copulae aliquid de sua vi impertit. Eiusdem generis illud est, quod ad c. 3 §. 3 attigimus, cum ipsam pronomen, quamquam alio casu, post copulam repetendum est.

ripam — vicosque] *partem — vicos* Dr. A. Neutrum per se improbandum.

§. 3. habuerant] *habuebant* cum puncto sub *u* Goth. A. *habebant* „MSS. et Edd. qdd.“ Lov. Bong. C. Pal. Dr. AB. Vrat. C. Goth. B. Hamb. Vind. BDI. edd. ante Ald. et St. Gr. B. Bene; sed v. adn. cr. ad 2, 6 §. 4.

demigraverunt] *dimigr.* Dr. B. *demigrarunt* Vind. A. *demigrare* Hav. A. *migraverant* cod. Turr. Sed hoc ad *remigraverant* §. 6 pertinere probabile est.

sani sunt; cuius mutationis initia hoc loco Caesar monstrat. Idem aliis accidit gentibus, quo factum est ut aliae aliis ab aliis scriptoribus sedes assignarentur. Cf. Scheidius in praef. ad Eccardi Originem Germanorum p. XXXIV. et Vkertus p. 373 sq.

habebant; sed — demigraverunt] Statui et conditioni Menapiorum, quam imperfectum *habebant* demonstrat, actio eorum op-

Digitized by Google

4 nos transire prohibebant. Illi, omnia experti, cum neque vi contendere propter inopiam navium neque clam transire propter custodias Menapiorum possent, reverti se in suas sedes regionesque simulaverunt, et tridui viam
5 progressi rursus reverterunt atque omni hoc itinere una nocte equitatu confecto inscios inopinantesque Mena-
6 pios oppresserunt, qui de Germanorum discessu per exploratores certiores facti sine metu trans Rhenum in
7 suos vicos remigraverant. His interfectis navibusque eorum occupatis, priusquam ea pars Menapiorum, quae citra Rhenum quieta in suis sedibus erat, certior fieret,

§. 4. regionesque] *religionesque* cum punctis sub *li* Goth. A. *regiones* Vind. D. om. Lov. Hamb. In Vrat. B. a m. pr. ante *sedes* positum fuit.

rursus] om. Vind. E.

§. 6. remigraverant] *remigraverunt* Vrat. B. et a m. s. Vind. A. *remigaverunt* idem a m. pr. *remigrarunt* Hamb. *migraverunt* Vrat. C. *remiguerant* Dr. A. *remigrarant* Goth. A. *transmigraverant* Voss. A. *demigraverant* Dorv. Pal. Vind. D. edd. ante Ven. f. *migraverant* Carr. Duk. Goth. B. Cf. adn. ad §. 3.

§. 7. quae] om. Vind. A.

quieta in suis sedibus] S. St. Oud. *τοὺς ἐπὶ θάτερα τοῦ ποταμοῦ ἡρέμα ὄντας Μεναπίους* Metaphr. *qui in suis sedibus* And. Hav. A.

ponitur tempore historico significata. Eadem ratione Civ. 2, 37 imperfecto opponitur perfectum: *quibus omnibus rebus sublatus nihil contra se regem nisurum existimabat; sed ubi certis auctoribus comperit minus — eius copias abesse, — sese, — recepit.* et praesens historicum Gall. 1, 18 §. 1 *Caesar hac oratione Lisci Dumnorigem — designari sentiebat, sed quod — nolebat, celeriter concilium dimittit.*

§. 3. prohibebant] Imperfectum non tam conatum, quam rem aliquamdiu factam, deinde vero omissam demonstrat.

§. 4. vi contendere] Cf. adn. ad 1, 13 §. 4; quae docent minus accurate egisse nostrates, qui interpretati sunt mit Gewalt durchdringen, et magis accommodatum esse Gewalt anwenden. Locis ibi indicatis adde 7, 70 *summa vi ab utrisque contenditur.* Videntur autem Germani semel et iterum fortasse ratibus factis, ut Helvetii in simili causa 1, 8 fecisse dicuntur, vi contendisse, utpote *omnia experti*, sed nihil cum effecissent, ea ratione amplius uti non potuisse.

regionesque] Hoc eo additum videtur, quod reversio in sedes simulari non poterat nisi ita, ut easdem regiones, unde venerant, repeterent.

tridui viam progressi] Sic 1, 38 §. 1 *cum tridui viam processisset.* Ex iis, quae ad eum locum dicta sunt, non mirum fuisse intelligitur, si idem spatium una nocte equitatu confecerunt. Reditum simulantium agmen impeditum et tempus anni hibernum erat.

rursus reverterunt] Nec verum hunc nec specie pleonasmum esse in adn. ad c. 1 §. 5 ostendi.

§. 5. equitatu] Pedites et qui per aetatem et sexum arma ferre non poterant, remanserunt.

Digitized by Google

flumen transierunt atque omnibus eorum aedificiis occupatis reliquam partem hiemis se eorum copiis aluerunt.

5. His de rebus Caesar certior factus et infirmitatem Gallorum veritus, quod sunt in consiliis capiendis mobiles et novis plerumque rebus student, nihil his committendum existimavit. Est autem hoc Gallicae con- 2

et a m. pr. Vind. A. *quae in suis sedibus* idem a m. s. et Ox. om. reliqui codices et edd. uncis inclusit Eckstein in Halensi ed. a. 1839. Sed omissis iis non facile scias, utrum ab his, qui remigraverant, relictam in citeriore ripa partem, an remotiores a Rheno nullasque trans flumen possessiones habentes significatos statuas: admissis iisdem de longius introrsus in Gallia habitantibus, ad quos Rhenanorum Menapiorum motus non pertinuisset, sermonem esse edoctus simul citeriorem ripam, postquam illi remigrassent, vacuam ab hominibus fuisse intelliges neque miraberis, quod nulla oppressorum aut interfectorum eis Rhenum mentione facta aedificia tantum eorum occupata a Germanis dicuntur. Ac iam ut hoc idem coniectura assequi possis, quidni a scriptore perspicuitatis amantissimo, quam ab uno sarcinatore haec verba adiecta putare malis? praesertim cum vitium ipsum, quo in maxima parte codicum eorum, in quibus exstant, affecta sunt, talem suspicionem defendat. Neque vero in Ephemeridibus posita in Commentario delevisse Caesarem suspicaberis, nisi aut oblitum veritatis aut incuriosum existimare voles. Equidem quod ex plerisque libris exciderunt, casui tribuendum et unius S. scripturam, etiamsi coniecturae lacunam explenti debeatur, pro genuina habendam censeo.

eorum] om. Leid. A. ante *omnibus* Hamb.

reliquam partem] *reliqua parte* Carr. cod. Turr. S. Leid. A. Duk. Vind. I. Cf. adn. cr. ad 2, 16 §. 1.

Cap. 5. §. 1. capiendis] *capiundis* Bong. C. sec. Confl.

§. 2. Est autem] *est enim* VV. CC. Vrs. in Not. et quinque Oud., quorum in numero est Bong. A. sec. Pl. *em* exhibens, et sec. Fabr. Voss. A. Egm., quibus accedunt Vrat. A. Goth. A.

Cap. 5. §. 1. plerumque] Cf. adn. cr. ad 2, 30 §. 2.

nihil his committendum existimavit] Sunt qui haec ita interpretentur, ut nihil consiliorum suorum Gallis aperiendum eorumque fidei committendum existimasse Caesar dicatur. Hi ad c. 6 extr. respici iubent, quo loco sane principibus evocatis ea, quae cognoverat, dissimulanda sibi existimasse dicitur. Sed hoc tempore nondum quicquam consilii ceperat, quod Gallis committere posset, et *infirmitatem* eorum verebatur. Ex pacatis enim et quietis rebelles et ad arma contra Romanos capienda proclives futuros esse suspicabatur, si Germanorum iis auxilium ostenderetur. Quod si constantes et a novis rebus alieni fuissent, adventus Germanorum non sollicitum eum habuisset, quippe qui in fide eos permansuros confidere potuisset. Sed cum infirmitatem eorum nosset, nihil eorum arbitrio permittendum arbitrabatur, er glaubte nichts auf sie ankommen lassen zu dürfen; sed ipse sibi prospiciebat et per se statum suum tutabatur. Cf. Civ. 3, 25 *venti, quibus necessario committendum existimabat:* bei

Digitized by Google

suetudinis, uti et viatores etiam invitos consistere cogant et quod quisque eorum de quaque re audierit aut cognoverit, quaerant, et mercatores in oppidis vulgus circumsistat quibusque ex regionibus veniant quasque ibi res
3 cognoverint, pronuntiare cogant. His rebus atque auditionibus permoti de summis saepe rebus consilia ineunt, quorum eos in vestigio poenitere necesse est, cum incer-

Vind. I. Apud Aimoinum, cuius in praefatione Gestorum Franc. c. 8 p. 28 Bouq. haec usque ad finem capitis, et in Vrat. D., in qua eadem usque ad *ineunt* §. 3 excerpta leguntur, particula omnino omissa est. *enim* non ineptum, sed magis aptum *autem* videtur. Cf. Civ. 3, 9 *oppidum oppugnare instituit. Est autem oppidum et loci natura et colle munitum.* Eodem codices inclinant.

et quod] *quod* Ven. cdef. Ber. *et quid* Aim. Sic sane 5, 33 *et quid quoque loco faciendum esset, providere* et aliis locis. Illi vero scire volunt id, quod quisque eorum de quaque re audivit. Quod quia incertum est an aliquid sit, coniunctivo usus est.

quaque] *qua* Leid. A. Vind. CE. *quacunque* Aimoin. *qualibet* Pet. quo vocabulo Caesar omnino non usus videtur.

vulgus] *volgus* Ox. Oud. cf. adn. cr. ad 2, 23 §. 1.

cogant] *cogat* Leid. A. Vind. A. Hav. A. et, qui paulo ante cum Hamb. aperto vitio *quaerat* habet, Dr. A.

§. 3. rebus] om. Dr. A. Vind. B. *rumoribus* VV. CC. Vrs. in Not. And. Ox. S. Cu. sec. Oud. Leid. A. Vind. A. Hav. A. margo Aimoini, Ald. et sqq. *rebus*, quod Oud. „reliqui" et sec. Fabr. Pet. Gott. Voss. A. Egm. Lov. Lb., Confl. omnes, Carr. cod. Turr. Dr. B. Vrat. ABCD. Goth. AB. Gu. Hamb. Vind. CDEL Aimoin. et edd. ante Ald. tuentur, sive ad proxime praecedentia *quasque ibi res cognoverint* retuleris, sive pro *dictis* acceperis, quam significationem Oud. ad Civ. 1, 2 (*paucis fere mutatis rebus*) probavit, pariter aptum est. *rumoribus* vero, licet ab auditionibus differant rumores fere ut nostrum Gerücht a Gerede (exiguum certe discrimen fuisse Taciti locus ostendit Ann. 4, 11 *mihi tradendi arguendique rumoris causa fuit ut claro sub exemplo falsas auditiones depellerem*) tamen h. l. si praecessit, *atque auditionibus* fere inane additamentum est: sin praecessit *rebus*, rectissime ad earum rerum levitatem significandam additum est *atque auditionibus* h. e. quae solis auditionibus constant. Quod autem paulo post alia significatione *de summis rebus* positum est, criticis occasionem mutandi dare potuit, scriptoris vero consuetudini non repugnat, quippe qui repetere post pauca verbum idem minime reformidet. Denique quod paulo inferius legitur, *cum incertis rumoribus serviant*, haud dubie magis placet, si *rumores* nondum commemorati sunt: iteratum tautologiam facit. His de causis *rebus* restitui.

atque] *quoque* Dr. A.

in vestigio] Bong. A. And. Leid. ABC. Voss. ABC. Egm. Lov.

denen man es darauf ankommen lassen müsse.

§. 2. etiam invitos — cogant] Cf. adn. ad 1, 4 §. 1.

Digitized by Google

tis rumoribus serviant et plerique ad voluntatem eorum ficta respondeant. 6. Qua consuetudine cognita Caesar, ne graviori bello occurreret, maturius, quam con-

„alii" Gott. Lb. Dr. B. Vrat. ABC. Goth. B. Gu. Vind. ADF. Rom. a. inc. *investigatio* Pal. sec. Confl. *vestigio* Duk. a m. pr. et Hamb. Ven. cdef. Ber. *euestigio* Med. a. *e vestigio* Pet. et Bong. C. sec. Confl. Goth. A. et corr. in *e* Dr. A. Ven. b. Ald. et sqq. Atque ita Caesar Civ. 2, 12 et 25, Hirtius 8, 21, Cicero Div. in Verr. c. 17 (ubi cf. Garatonius), Sulpicius ad Cic. Fam. 4, 12 et alii. Sed *in vestigio* rationi minime repugnare cum alia ab Oud. allata probant, tum hoc, quod infra 7, 25 legitur, *cum — omnemque Galliae salutem in illo vestigio temporis positam arbitrarentur*, Caesari id, quod codicum auctoritate ei tribuimus, non alienum esse evincit. Vestigium enim impressam pedis nondum sublati notam eum appellasse manifestum est: quidni eos, quos nondum relicto, in quo stantes aliquid fecissent, vestigio poenitentia subiret, *in vestigio* poenitere dixerit? quemadmodum *e vestigio* qui facere aliquid dicuntur, cum primum pedem proferant, illud facere significantur. Etiam Apitzius *in vestigio* sibi genuinum eodemque modo, quo *illico*, dictum videri ostendit.

rumoribus] *moribus* „MSS. Vrs. et 8 mei et Edd. pp. male." De Vrsini codicibus nescio unde ei constiterit; ceterum in erroris facile condonandi societate sunt N. Bong. A. Voss. A. Egm. et a m. s. Gott. sec. Fabr. (a m. pr. totum omissum est) Vrat. ABC. Goth. B. Hamb. Vind. DEF. Aimoin. edd. ante Ven. f.

Cap. 6. §. 1. ne] *ut* Vind. E. Vascos. Gr. b. Turr.

consuerat] *censuerat* Vind. I. *consueverat* Dr. A. Hamb. Vind. AC. Ven. bcde. Ber. Ald. et sqq. usque ad Oud., qui „MSS. fere omnes" (Gott. Voss. A. Egm. Lov. sec. Fabr.) secutus syncopen restituit, ut aliis locis, quos significavit ad 1, 43 §. 4. Cf. quae infra ad c. 24 §. 4 adscripta sunt.

§. 3. cum incertis rumoribus serviant] H. e. omnia faciant, quae secundum rumores facienda videantur. Similiter *bello servire* 7, 34 est omnia facere, quae belli ratio praescribat; *auribus alicuius servire* Civ. 2, 27 nihil dicere, nisi quod auribus alicuius placiturum sit. *Scenae servire* in proverbio erat de iis, qui personam semel susceptam sustinere omnibus modis student. Sed quod Plautus Trin. 3. 2, 14 *rumori servire* dicit, nonnihil diversum est: omnia facere ut bonus de te rumor exsistat. Ei simile est Platonicum *τῇ κτήσει δουλεύειν* Civ. 6, 494 D: omnia facere ut aliquid adipiscare.

Cap. 6. §. 1. ne graviori bello occurreret] *Occurrere bello* h. l. idem est, quod in bellum incidere, significatione eadem, qua 3, 6 §. 4 Galba *alio in hiberna consilio venisse*, *aliis occurrisse rebus* dicitur. Alibi *occurrere* est adversari, remedium ferre, ut 1, 33 §. 4 *quibus rebus quam maturrime occurrendum putabat*. 7, 22 §. 1 *singulari militum nostrorum virtuti consilia cuiusque modi Gallorum occurrebant*. Alex. 9 *ita operosis Alexandrinorum machinationibus maximisque conatibus non longi temporis labore occursum est*. Itaque si bellum sibi iam illatum Caesarem putasse statuimus, non minus recte *ut occurreret*, quam *ne ecc.* dici potuisse fatendum est.

Digitized by Google

2 suerat, ad exercitum proficiscitur. Eo cum venisset,
3 ea, quae fore suspicatus erat, facta cognovit: missas legationes ab nonnullis civitatibus ad Germanos, invitatosque eos, uti ab Rheno discederent, omniaque, quae
4 postulassent, ab se fore parata. Qua spe adducti Ger-

§. 3. ab nonnullis] *a nonnullis* Vind. AD. Hav. A. edd. ante Oud. excepta Ven. f. et Oud. 2. In ed. 1 secundum „MSS. omnes et inc.“ (ex. Fabr. Gott. Voss. A. Egm. Lov. *ab* exhibere testatur) *ab n.* dederat. Cf. adn. cr. ad 2, 14 §. 3. Etiam paulo post *a* Rheno in Vind. A. Ven. f. et *a* se in Vind. AD. et edd. ante Ven. f. exstat.

omniaque, quae] *omnia quaeque* „MSS.“ Pet. Lov. sec. Fabr. cod. Brant. Dr. A. Vrat. ABC. Hamb. Goth. AB. Vind. A. Hav. A. *omnia queque* cum *a* super priori *e* Gott. Voss. A. Egm. sec. Fabr. *omniaque* Dr. B. *omnia quae* VV. CC. Vrs. in Not. Id Morus etiam ex coniectura (nam Vrsini librorum auctoritatem Oud. non commemoraverat) reponendum censebat, quo facto oratio similis fit illi Civ. 1, 74 *agunt gratias omnes omnibus, quod sibi perterritis pridie pepercissent: eorum se beneficio vivere.* in quibus ante *eorum* subaudiendum est *dicentes.* Sed neque ibi *eorumque*, quod in uno codice est, supplementi instar adhibita eiusdem verbi forma superioribus conveniente vitiosum esset, et c. 86 haec leguntur: *voce et manibus universi — significare coeperunt, ut statim dimitterentur, neque omni interposita fide firmum esse posse, si in aliud tempus differretur.* quorum ad modum haec nostra si redigere velis, recte *legationes missas, ut ab Rheno discederent, neque nihil eorum, quae postulassent, ab se fore paratum* posueris. Atque prorsus ita, ut hic, scriptum est Afr. c. 6 *legationes venire, polliceri frumentum paratosque esse quae imperasset, facere.* nec aliter Civ. 1, 69 *ac primo Afraniani milites — procurrebant contumeliosisque vocibus prosequebantur, nec non necessarii victus inopia coactos fugere atque ad Ilerdam reverti.* Ceterum *omniaque quae* in *omnia quaeque* corruptum redit 6, 19 §. 4.

ad exercitum proficiscitur] in hibernis ita collocatum, ut 3, 29 scriptum est. Ipsum vero Caesarem nunc demum accipimus non una cum exercitu hibernasse, sed discessisse ab eo eaque re consuetudinem quandam suam observasse, quae accuratius descripta est 5, 1 §. 1 *discedens ab hibernis Caesar in Italiam, ut quotannis facere consuerat*, h. e. in Galliam citeriorem, quae ei provincia simul cum tertia Illyrico demandata erat.

§. 3. ab se] Rectius ante, quam post haec, ut in Rom. a. Med. a. Gr. b. nec improbante Sincero factum, incidi primum ipsa verborum collocatio ostendit, quam scriptor, si hoc voluisset, ita instituisset, ut 1, 34 §. 1 *qui ab eo postularent* et ib. 35 §. 2 *haec esse quae ab eo postularet.* Deinde plus pollicentur, si quae omnino postulassent Germani, ea ab se parata fore pollicentur, quam si quae a se tantum postulassent. Poterant frumentum, arma, subsidia non ab una alterave civitate, sed omnino et ad certum numerum postulare: ea omnia illi ab se suaque opera fore parata di-

Digitized by Google

mani latius iam vagabantur et in fines Eburonum et Condrusorum, qui sunt Trevirorum clientes, pervenerant.

§. 4. latius iam] Carr. Dr. B. Vind. A. Hav. A. Ald. et sqq. *iam latius* Leid. A. *latius* omisso *iam*, „MSS. plurimi" Pet. Gott. Voss. A. Egm. Lov. Lb. Bong. AC. Pal. Dr. A. Vrat. ABC. Goth. AB. Gu. Hamb. Vind. BCDI. edd. ante Ald. *iam* facilius h. l. a librariis, quam a scriptore omitti potuit, qui quidem effectum illarum legationum iam tum, cum Caesar ad exercitum venit, conspicuum fuisse, si minus debuit significare, certe commodissime fecit, si significavit. Vagati enim Germani etiam ante erant: iam vagabantur latius. Et quod sequitur, *pervenerant*, ita comparatum est, ut, si non praecederet *iam*, supplendum esset.

fines] *finibus* Leid. A. Vind. A. *finem* Dr. A. Vind. B. *finis* Oud. nulla auctoritate, nisi quod *funus* in Bong. A. scriptum esse ostendit, quod pro *finiis* positum existimaverit. Si *feineis* esset, antiquum videri posset. Sed Pl. diserte *fines* in illo codice exstare testatur.

Condrusorum] „Leid. A. Voss. C. praeter alios." Hamb. Goth. A. Vrat. C. *Condrusorium* „cod. alius et Ed. Rom." *Condrasonum* Bong. C. sec. Confl. In Vind. A. quinque verba *et Condr. qui s. Trev.* exciderunt. *Condrusonum* „MSS. plerique" Bong. A. Dr. AB. Vrat. AB. Goth. B. Vind. CFI. „omnes" Brant. edd. ante Turr., qui Ciacconii, ut opinor, auctoritate vulgatam exhibuit, quae postea obtinuit. Vnus Clarkius *Condrusonum* revocavit, nescio an Davisii ratione motus, qui contra Ciacconium „cur enim" inquit „non aeque dici poterit *Condruso* et *Condrusus* ac *Teuto* et *Teutonus?*" Id aliquid esset, si *Condrusonos*, non *Condrusos* eos Caesar 2, 4 §. 10 et 6, 32 §. 1 appellaret. Nunc *n* per errorem ex antecedenti nomine illatum videri debet.

pervenerant] *pervenerunt* Pet. sec. Confl. Vind. A. *pervenerat* Turr.

cebant. — Praepositionis usus similis est Afr. 26 *quod nisi celeriter sociis foret subventum, praeter ipsam Africam terram nihil, ne tectum quidem, quo se reciperent, ab illorum scelere insidiisque reliquum futurum.* Pronomen autem ad eos, qui miserant legationes, spectat, ut 2, 35 §. 1.

§. 4. qui sunt Trevirorum clientes] Dubium est utrum Condrusos tantum, an Condrusos et Eburones clientes Trevirorum dicat. Vkertus p. 369 et Zeussius in libro *Die Deutschen und die Nachbarstämme* inscripto, qui liber Monaci a. 1837 editus est, p. 213 utrosque, Cluverius Germaniae l. 2 cap. 14 p. 69 ed. Lugd. Bat. a. 1616, cui Cellarius aliique adstipulantur, Condrusos tantum dici putat, propterea quod Eburones suos reges haberent, et quod Aduatucis stipendium penderent, quod Treviri, si horum clientes fuissent, non passuri fuisse videantur. Sed reges quidem etiam Senones habebant (v. 5, 54) et tamen in fide erant Haeduorum. (6, 4.) Similem Carnutum fuisse conditionem ex 5, 25 cl. cum 6, 4 apparet. Aduatuci autem, quibus Eburones ante Caesaris adventum stipendium pependisse 5, 27 traduntur, fortasse et ipsi Trevirorum vel alius populi aeque potentis clientes erant, ut Treviri

Digitized by Google

5 **Principibus Galliae evocatis Caesar ea, quae cognoverat, dissimulanda sibi existimavit, eorumque animis permulsis et confirmatis equitatuque imperato bellum cum Germanis gerere constituit. 7. Re frumentaria comparata equitibusque delectis iter in ea loca facere coepit, qui-**

§. 5. evocatis] Vind. A. Hav. A. Petrarcha Hist. 9, 3. *vocatis* „MSS. plerique" Gott. Voss. A. Egm. Lov. sec. Fabr. Pet. Bong. C. Pal. sec. Confl. Bong. A. Dr. AB. Vrat. ABC. Goth. AB. Gu. Hamb. Vind. BCEFI. edd. ante Ald. Post *Galliae* facile excidere *e* potuit. Cf. adn. cr. ad c. 20 §. 4.

gerere] *agere* Vrat. A. Cf. quae ad 3, 28 §. 1 extr. adnotavimus.

stipendium iis ab Eburonibus pendi facile paterentur vel quo minus penderetur, impedire non possent. Iam vero quod rerum naturae non repugnat, ut Eburones quoque Trevirorum in clientela fuisse statuamus, id ratio verborum et usus scriptoris plane postulat, qui pluribus nominibus sic deinceps positis pronomen relativum ita iungere solet, ut ad omnia referatur. Cf. praeter locos supra commemoratos 2, 4 et 6, 32, ubi de Condrusis sermo est, 1, 25 *Boii et Tulingi, qui* — 5, 54 *Haeduos et Remos, quos* — 7, 64 *Haeduis Segusianisque, qui* — 3, 1 *in Nantuatis, Veragros Sedunosque misit, qui* — 7, 75 *adiunctis Eleutheris Cadurcis, Gabalis, Velaunis, qui* — 1, 39 *Gallorum ac mercatorum, qui* — Civ. 2, 21 *tribunis militum centurionibusque, qui* — Cum vero *qui* ad alteros tantum referendum est, ambiguitati occurritur sententia ipsa, ut 1, 6 *inter fines Helvetiorum et Allobrogum, qui nuper pacati erant*, Civ. 1, 39 *ex Aquitanis montanisque, qui Galliam provinciam attingunt*, et ib. 60 *Oscenses et Calagurritani, qui erant cum Oscensibus contributi*. Praeterea notabile est h. l. vestigium Ephemeridum. Nam quo tempore hi Commentarii editi sunt, et Eburones esse desierant, et devicta atque in provinciae formam redacta, ut Suetonius Iul. 25 scribit, Gallia omni Condrusorum quoque et reliquorum res et rationes mutatas esse consentaneum est. Itaque quod *sunt Trevirorum clientes* dicit, non *erant*, scriptionis tempus aliud et idem atque rei scriptae fuisse argumento est.

§. 5. permulsis et confirmatis] Tamquam cum amicis tristitia et metu affectis agebat, qui exhilarandi et consolandi, non terrendi et castigandi essent.

constituit] H. e. se velle ostendit. Nam secum iam statuerat. Atque ita fere solet Caesar hoc verbo uti, ut capti consilii declarationem simul significet: consilium capere et animo decernere plerumque est *statuere*, cui verbo ob id ipsum saepe iunctum est gerundivum, quod alteri raro additur, ut 7, 36 *de obsessione non prius agendum constituit, quam rem frumentariam expedisset*. quamquam etiam hic de declaratione cogitari potest. Neque 7, 1 *quieta Gallia Caesar, ut constituerat, in Italiam ad conventus agendos proficiscitur* interpretandum est wie er beschlossen, sed wie er bestimmt hatte.

Cap. 7. §. 1. equitibusque delectis] ex iis, quos imperatos sibi Galli interim confecerant. Erant milia quinque. Vide infra c. 12 §. 1.

Digitized by Google

bus in locis esse Germanos audiebat. A quibus cum 2
paucorum dierum iter abesset, legati ab his venerunt,
quorum haec fuit oratio: Germanos neque priores po- 3
pulo Romano bellum inferre neque tamen recusare, si la-
cessantur, quin armis contendant, quod Germanorum
consuetudo haec sit a maioribus tradita, quicumque bel-
lum inferant, resistere neque deprecari. Haec tamen 4
dicere: venisse invitos, eiectos domo; si suam gratiam
Romani velint, posse iis utiles esse amicos; vel sibi agros

Cap. 7. §. 2. ab his] „MSS. mei et aliorum omnes" Pet. Voss. A. Egm. Lov. *ab hiis* Gott. Vrat. BC. Hamb. *ab iis* cod. Steph. Rom. a. Med. a. Ven. b. Aldinae, Gr. a. Turr. Lips. Iu. Graev. Dav. *ad eum* Reg. Bong. C. sec. Conf. Dr. B. Vind. CF. Goth. A. corr. Vascos. Gr. b. Cl. *his* nullam offensionem habet, si *quibus*, quod praecessit, non ad Germanos, sed ad loca refertur, quod etiam necessarium est, quia Caesar Germanos ibi esse non sciebat, sed audiebat. Ceterum ex h. l. colligi potest, quo genere codicum usus sit Vascosanus.

§. 3. haec] om. Bong. A. Aic. Id Oud. non male factum iudicans talia in mente habuisse videtur, quale est 5, 41 *non esse consuetudinem populi Romani accipere ab hoste armato conditionem* et Civ. 1, 48 *quod consuetudo eorum omnium est ut* — quae *haec* abesse posse probant. Sed cf. 1, 43 §. 8 *Populi Romani hanc esse consuetudinem, ut* — et 50 §. 4 *quod apud Germanos ea consuetudo esset, ut* — et auctoritatem illam ad damnandum non sufficere intelliges.

§. 4. Haec] om. Hamb. *hoc* Vrat. B. Ald. et sqq. usque ad Oud. „contra MSS. Bong. Leid. Voss. Pet. Lov. Egm. etc."

domo] *de domo* Leid. A. Vind. A.

iis] Gott. Egm. Bong. A. Vrat. A. Goth. B. Rom. a. Med. a. *is* Voss. A. *his* cod. Turr. Dr. AB. Goth. A. Vind. BCFI. Ven. bcdef. Ber. *hiis* Vrat. BC. Hamb. *eis* Vind. A. Ald. et sqq. quod in silentio Oudendorpii mihi secundum codices mutandum esse visum est.

§. 3. resistere neque deprecari] Ad prius subaudiatur *iis*, quod pronomen scriptor post *quicunque* omittere solet. Cf. 1, 40 §. 12 *quibuscunque exercitus dicto audiens non fuerit, aut male re gesta fortunam defuisse, aut — avaritiam esse convictam.* 7, 4 *quoscunque adit ex civitate, ad suam sententiam perducit.* et quae ad 3, 4 §. 2 collata sunt; quamquam hoc paulo insolentius hic est, quod subaudiendum a posito diversum casum habet. Sed *deprecari* neque eo supplemento eget, quod Petrarcha adhibuit (Hist. 9, 4 *nullum ob hanc causam precari*, quemadmodum Hirtius Alex. 32 *dominantes deprecari* dixisse videtur) neque quod Sincerus, qui *bellum* subaudiri iubet, ut Caesar 7, 40 *mortem deprecari* dixit, sed absolute positum videtur, ut *deprecandi causa* 5, 6 et 6, 4.

§. 4. Haec tamen dicere] Plerique minus plene ante haec verba, quam post *domo* incidunt. Sed ea, quae sequuntur, omnia pariter iis, quae antecesserunt, opposita et particulae *tamen* quasi

Digitized by Google

adtribuant, vel patiantur eos tenere, quos armis posse-
5 derint; sese unis Suevis concedere, quibus ne dii quidem immortales pares esse possint: reliquum quidem in terris esse neminem, quem non superare possint. 8. Ad haec quae visum est, Caesar respondit; sed exitus fuit

adtribuant] Voss. A. Egm. Bong. A. Vrat. A. Vind. A. non *attr.* §. 5. inmortales] Voss. A. Egm. Bong. A. non *imm.*

possint] *possunt* Leid. A. *pnt* Vrat. A., quod ambiguum est utrum *possunt*, an *possent* significet. *possent* Bong. A. Voss. C. quo oratio paulo moderatior fit, cum supplendum sit *si contendere vellent*. Sed ob id ipsum deterius videtur.

non superare] *non sperare* Ven. b. *nos sup.* Vind. C. *sup. non* Pet. sec. Fabr. Vind. I., quo modo laboranti, ut putabant, verborum collocationi subvenire sibi videbantur, vim ignorantes praegressae negationis, quae alteram quasi ad se trahit et a verbo, cui alias iungi amat, avellit. Sic 7, 47 milites *nihil* adeo arduum sibi existimasse dicuntur, *quod non* virtute consequi *possent*. Et notum est Horatianum Epist. 1. 1, 39 *Nemo* adeo ferus est, *ut non* mitescere *possit*. Nec aliunde *quin* originem ducit, quod et ipsum ab illo verbo diiungitur, ut 5, 2 *neque multum abesse ab eo, quin paucis diebus deduci possint.*

Cap. 8. §. 1. quae visum est, Caesar] „MSS. plerique" Pet.

subiecta sunt. Itaque *haec* dicere maluit, quam *hoc*.

adtribuant] Id Vrsino ex legibus agrariis petitum videbatur. In iis vero ager *assignari*, *attribui* pecunia saepius dicitur. Neque Germanorum in oratione desideratur verbi proprii usus. Atque etiam 6, 22, quo loco Caesar suo nomine agros attribui dicit, de Germanis sermo est.

possederint] occuparint. Cf. Cic. Verr. 3, 60 §. 158 *quibus rebus brevi tempore totum hominem totamque eius praeturam possederat.* Tac. Hist. 3, 8 *possessa ipso transitu Vicetia.* ib. 59 *possessa Mevania.*

§. 5. concedere] Nihil supplendum, sed *concedere* ita dictum est, ut loco Ciceronis a Brantio adhibito Fam. 4, 3 extr. *a me vero sic diligitur* (Servius tuus) *ut tibi uni concedam, praeterea nemini.*

pares esse possint] *Possint* sunt qui genere quodam pleonasmi additum existiment, parum subtiliter. Inter *parem esse* et *parem esse posse* non minus interest, quam inter *vinci* et *vinci posse.* Et qui pares esse negantur, fere contendere aut contendisse significantur: qui posse negantur pares esse, de iis ex aestimatione virium, quas aliis in rebus produnt, etiamsi non contenderint, iudicatur.

reliquum — possint] Similem magniloquentiam Germanorum Caesar 1, 36 extr. in oratione Ariovisti, Gallorum 7, 29 in Vercingetorigis oratione exhibens partim barbarorum mores exprimit, partim suam Romanorumque virtutem, cui illi post tantam gloriam succubuerunt, illustrat. Ceterum hac extrema praedicatione Germani ad persuadendum, quo magis suam gratiam Romani quaerant, ita utuntur, ut simul ad terrendum, ne respuant, pertineat; neque satis prudenter Petrarcha eam ordine sententiarum mutato ante illa *Haec tamen dicere* posuit.

Digitized by Google

orationis: Sibi nullam cum his amicitiam esse posse, si in Gallia remanerent; neque verum esse qui suos fines 2

Gott. Vess. A. Egm. Bong. A. Da. A a m. pr. Vrat. ABC. Goth. AB. Hamb. Vind. B. edd. ante Ald. *quod vis. e. C.* Carr. Lov. Dr. B et a m. s. A. Vind. F. *C. quod v. e.* St. Gr. b. „nonnulli MSS. et Edd. *quod.*“ *vis. est C.* omisso relativo, Vind. C. *Caesar quae visum est* Vind. I. et corr. in *ae* A. Ald. et reliquae, quod haud dubie usitatius est. Sed cf. adn. ad 1, 24 §. 1 et haec, quae 7, 67 leguntur: *si qua in parte nostri laborare aut gravius premi videbantur, eo signa inferri Caesar — iubebat.* Etiam 5, 58 in verbis *nullo ab nostris dato responso ubi visum est, sub vesperum — discedunt* ex sequentibus demum cui visum sit, cognoscitur.

his] *hiis* Gott. sec. Fabr. Vrat. ABC. *iis* Rom. a. Med. a. Ven. b. *eis* Hamb.

Cap. 8. §. 1. sed exitus] Priores partes orationis illius relatu dignas non esse significatum est verbis *quae visum est* respondere, *Caesar respondit*, quibus nihil nisi respondisse aliquid Caesarem docemur; *sed* exitus orationis, qui fuerit, memoratu dignum est ideoque pluribus verbis proponitur. Similem adversativae particulae usum cum alibi observare licet, tum 6, 30 §. 3 et Civ. 3, 58 §. 5, quibus locis ita, ut hoc, supplementum a praecedentibus petendum est. Simul intelligitur nihil obstare, quo minus *exitus* proprie dictum existimetur, quod Heldius, qui *sed* pro *autem* videtur habuisse, metaphorice dictum putat: das Resultat. Nam Livium quidem 32, 40, quem locum confert Heldius, non proprie locutum esse *haec disceptatio sine exitu fuit*, nec Caesarem 5, 29 *Cottae consilium quem haeret exitum*, aut Hirtium 8, 44 *neque exitum consiliorum suorum animadverteret*, negari non potest; sed hoc loco pariter atque altero Livii 33, 41, quem Heldii interpretationem amplexus adhibet Herzogius, *ut nullus exitus impoueretur sermonibus*, propria significatio, quia apta est, praeferri debet.

cum his] quorum vos legati venistis, qui in Gallia locum ceperunt, vel tale quid animum nonnihil commotum simulans Caesar in ipsa oratione dixisse fingendus est.

remanerent] Imperfecti in oratione obliqua post *fuit* legitimus usus est, idque scriptorem h. l. partim ob propinquitatem illius praeteriti, partim propterea temuisse probabile est, quod facultatem remansionis concedere videri nollet. Nam *si remanerent* significare posset wenn sie, was wohl möglich sey, immerfort in Gallien blieben: *si remanerent* fieri illud posse nec negat nec ait nullaque facultatis ratione habita ipsam remansionem pro conditione ponit. Quo minus autem negari remansionem ita, ut si recta oratio esset, eaque causa imperfectum praelatum esse cum Baumstarkio statuamus („weil C. geschichterisch voraussetzt, daß diese Bedingung des remanere nicht eintreten werde“) reliquae orationis argumentum, inprimis illud *sed licere* obstat, quo prius aliquid vetitum, non fore negatum esse significatur.

§. 2. neque verum esse] Priscianus l. 18 p. 202 Kr: *Iustum*, inquit, *pro vero et verum pro iusto frequenter tam nos, quam Attici ponimus.* Exempla

Digitized by Google

tueri non potuerint, alienos occupare; neque allos in
5 Gallia vacare agros, qui dari tantae praesertim multitu-
3 dini sine iniuria possint; sed licere, si velint, in Vbiorum finibus considere, quorum sint legati apud se et de

§. 2. dari] Hoc in Leid. R. Beng. C. sec. Conf. Dr. B. Vind. Cl. omissum et paulo post *iniuria sufficere possint* scriptum est, ex quo et cognatio horum librorum et indoles colligitur.

§. 3. velint] *vellant* MSS. et Edd. qdd. " VV. CC. Vrs. in Not. Gott. Lov. Pal. sec. Conf. cod. Brant. Dr. A. Vrat. BC. Goth. R. Hamb. edd. ante Ven. f. quod non est deterius.

adhibet ex Sophoclis Aiace (cf. Lobeck. ad v. 547) δίκαιος γόνος et ex Virgil. Aen. 12 (694) *me verius unum Pro vobis foedus iacere et decernere ferro.* Quae explicatio magis huic loco convenit, quam quae aliis placuit, qui *verum* intelligunt *aequum*, ut Ruhnkenius ad Terent. Andr. 4. 1, 5, quo ipso loco iustitiae notio aptior est quam aequitatis. Sed optime Herzogius interpretatur *rei conveniens*, quod vulgatae vocabuli significationi pariter atque huic obtinenti appositum est. In rebus enim norma dictorum factorumque nostrorum posita est, ut neque dicamus neque faciamus quod rebus repugnet. Qui suos fines tueri non possunt, imbecillos esse oportet. Itaque quiescere debent et parere, non alienos fines occupare, quae res est fortium virorum. Iniquum quidem non minus sit, si fortes viri alienos fines occupent, sed rerum naturae minus repugnat ideoque magis verum dici potest. Cicero saepe ita locutus est. Cf. Att. 2, 1 §. 8 *quid verius, quam in iudicium venire qui ob rem iudicandam pecuniam acceperit?* pro Quinct. 15 §. 48 *illicone ad praetorem ire conveniet? Continuone verum fuit postulare ut ex edicto bona possidere liceret?* Mur. 35 §. 75 *negat verum esse allici benevolentiam cibo; negat iudicium hominum in magistratibus mandandis corrumpi voluptatibus oportere.* Antonius Att. 10, 10 *tuum consilium quam verum est.* Nec aliter Livius, cuius locos indicavit Gronovius ad 2, 48, aut Horatius Sat. 2. 3, 312 et Epist. 1. 7, 98. Tacitus vero Hist. 2, 84 pro *aequo* posuit: *Muciamus non ius aut verum in cognitionibus, sed solam magnitudinem opum spectabat.* Metaphrastes *verisimile* intellexisse videtur: οὐκ εἴλογον γὰρ τοῦδ' αὐτῷ φαίνεσθαι, εἰ τοὺς τὴν σφῶν αὐτῶν πατρίδα ζύεσθαι μὴ δυνηθέντας ἀλλοτρίων χώραν δυνηθῆναι καταλαβεῖν. qui si pro δυνηθῆναι καταλαβεῖν scripsisset καταλαμβάνειν, a scriptoris sententia non aberrasset. Neo aberravit Petrarcha, quamquam amplificans, Hist. 9, 5 *neque satis se mirari posse, quaenam esset ista ratio, ut qui sua defendere non valerent, invaderent aliena, quasi ad iniuriam inferendam, quam ad defendendam iustitiam fortiores, cum fortibus* (ita enim secundum interpretationem Italam scribendum est pro *fortioribus*) *vires vires addere soleat animosque defensio suscepta iustitiae.*

§. 3. quorum sint legati apud se] Id obiter docemur, quia consuetudine scriptorum iam saepius uti vidimus. Cf. adn. ad 3, 10 §. 2. Infra c. 16 plura eadem de re traduntur et obsides quoque missos Vbii dicuntur, quod ad iudicium de extremis hujus capitis verbis faciendum non inutile est.

Digitized by Google

Suevorum iniuriis querantur et a se auxilium petant: hoc se Vbiis imperaturum. 9. Legati haec se ad suos relaturos dixerunt et re deliberata post diem tertium ad Caesarem reversuros: interea ne propius se castra mo-

se Vbiis] Leid. A. Ort. et pro var. lect. Gu. Leid. C. *Suebis* Bong. AB. (prior sec. Pl. cum *u* super *i*) Voss. A. „et alii" Gott. Par. A. *Suevitis* Egm. sec. Fabr. Vrat. A. *Suevis* „MSS. plerique" Carr. (cum litura in *u*) Lov. N. Bong. C. Pal. sec. Confl. Dr. AB. Vrat. BC. Goth. AB. Vind. BCDEF. Gu. Hamb. edd. ante Ven. f. *se eis* Vind. I. *se idem ab Vbiis* Par. B. *se ab Vbiis* Pet. Vind. A. Hav. A. Ven. f. et sqq. usque ad Oud.

imperaturum] *impetraturos* Pet. *impetraturum* Par. B. Vind. A. Hav. A. Ven. bcdef. et sqq. usque ad Oud., qui recte mihi et *imperaturum* restituisse et in proxime praecedentibus Leidensis libri scripturam praetulisse reliquis videtur. Quam facile *se ubiis* in *suebiis*, quod ipsum in Bong. A. superest, ac denique in *Suevis* corrumpi potuerit, neminem fugit, et codices ipsi gradus, per quos facta est corruptela, monstrant. Sententia autem commodissima est. Nam quod Morus, qui *se ab iis impetraturum* a Caesare scriptum suspicatur, quod nonnulli recentiores receperunt, inhumanum futurum fuisse dicit imperare supplicibus, sine ratione dicit. Gratum potius esse debebat Vbiis auxilia adversus communem hostem accipere et viros fortes in fines suos traducere. Iis autem, qui obsides miserant, ut c. 16 scriptum est, et haud dubie *imperata facturos* promiserant, quidni Caesar aliquid imperaret? Non aliter 1, 28 cum Helvetios vicisset iique omnium rerum inopia premerentur, Allobrogibus *imperavit*, ut iis frumenti copiam facerent, 2, 32 Aduatucis arma tradere recusantibus promittit se finitimis *imperaturum*, ne quam dediticiis populi Romani iniuriam inferrent, denique 6, 10 his ipsis Vbiis *imperat*, ut pecora deducant suaque omnia ex agris in oppida conferant. Vulgatae vero inde a Ven. f. usque ad Oud. scripturae praeter codicum auctoritatem maxime obstant verba *licere, si velint*. Quis enim impetraturum se dicat quod iam liberaliter concesserit?

Cap. 9. §. 1. haec] *ea* Pet.

Cap. 9. §. 1. post diem tertium] Cf. adn. infra c. 28. §. 1.

interea] Hoc adverbium simul coniunctionis vice fungitur verba *dixerunt* et *petierunt* nectentis, ideoque sic positum est, ut eius significatio quoque ad hoc potius, quam ad *moveret* pertinere videatur. Et tamen non *interea* petierunt, sed *ne* interea propius se castra moveret. At mutata eius sede et praeposito *ne* nullus iam verbo *petierunt* relinquitur locus. Similem usum habet infra c. 27 *interea suos remigrare in agros inserunt*, et 7, 29 *interea aequum esse ab his — impetrari, ut castra munire instituerent.*

ne propius se castra moveret] Castra movet qui facit ut locum mutent. Mutatio autem loci necessario et discessionem et accessionem habet. Itaque *movere castra* cum praepositionibus utriusque generis coniungitur, ut 7, 8 *castra ex Biturigibus movet in Arvernos versus*; cum eadem, qua hic, 7, 18 *Vercingetorigem — castra movisse propius Avaricum*, et ib. 20 *quod castra propius Romanos movisset.*

Digitized by Google

2 veret, petierunt. Ne id quidem Caesar ab se impetrari
3 posse dixit. Cognoverat enim magnam partem equitatus ab his aliquot diebus ante praedandi frumentandique causa ad Ambivaritos trans Mosam missam: hos exspectari equites atque eius rei causa moram interponi arbitrabatur.

10. Mosa profluit ex monte Vosego, qui est in fi-

petierunt] *petiverunt* Leid. A. Vind. A. Cf. adn. cr. ad c. 27 §. 4.

§. 3. his] Bong. A. Dr. AB. Vrat. A. Goth. A. Vind. ABCFI. „omnes" Brant. edd. ante P. Man. Turr. *hiis* Gott. sec. Fabr. Vrat. BC. Hamb. *iis* Goth. B. P. Man. Ald. nep. Lips. et sqq., quod contra codices tenendum non putavi.

Ambivaritos] *Ambibaritos* V.V. CC. Vrs. in Not. („libri scripti" id. in Emend.) quemadmodum Orosii codices nonnulli illorum nomen scriptum exhibent, qui ab eo pro *Ambiliatis* Caesari 3, 9 §. 8 dictis commemorantur. *Ambivarritos* Lov. Dorv. Dr. B. Vrat. C. Goth. B. *Ambiaritos* Vind. C. et a m. s. Goth. A. (—*biua*—) *Ambimaritos* Vind. I. *Ambimaratos* Duk. *Ambivarcos* Bong. C. sec. Confl. *Ambiuaricos* Ven. f. *ambuiaritos* edd. ante Ven. f. *ambulantes* Hamb. τὴν τῶν Ἀμβιβαρίτων Metaphr. Per codices igitur tutum habere nomen neque propterea, quod nusquam alibi in hac Galliae parte Ambivariti occurrant, in dubitationem vocare debemus, quod a quibusdam factum esse Vkertus p. 372 ostendit. Ceterum quod Baumstarkius *Ambivarītos* scribit, non magis mihi ratione factum videtur, quam quod 2, 34 *Curiosolītes* exhibet, nisi forte secutus est *maritos*, *cerritos* et similia, quae, quia non propria sunt, nihil efficiunt, aut consimile *Ambivaretorum* nomen, qui 7, 75 et 90 memorantur, cuius nec scriptura tam certa est nec de prosodia constat.

Cap. 10. §. 1. Vosego] *Vosegho* Dr. A. *voxego* Goth. A. *no-*

§. 3. trans Mosam] Ex eo, quod c. 6 §. 4 iam in fines Eburonum et Condrusorum Germani pervenisse dicantur, Eburonum autem secundum 5, 24 pars maxima inter Mosam ac Rhenum, Condrusi secundum 6, 32 inter Eburones Trevirosque erant, plerique interpretes Germanos inter Mosam ac Rhenum versatos et equites hos in sinistram seu ad occidentem vel septentrionem spectantem Mosae ripam missos esse colligunt. Quod si recte fit, aut transitum illum Rheni c. 1 §. 1 supra eum locum, quo Rhenus Vacalum a se dimittit, factum aut transitum Mosae silentio praeteritum esse a scriptore statuendum est, quorum prius propter verba c. 1 *non longe a mari, quo Rhenus influit*, posterius propterea, quod a Rheno et a Menapiis Gallorum rogatu digressi hanc primam Mosae commemorandi occasionem dedisse videntur, pariter a vero abhorret. Itaque quod secundum 5, 24 de minore Eburonum parte certum est, idem de extremis Condrusis statuamus et *trans Mosam* in dextram seu ad orientem vel meridiem spectantem Mosae ripam interpretemur. Quam interpretationem ea quoque, quae infra c. 15 §. 2 et c. 16 §. 2 scripta sunt, commendant.

Cap. 10. §. 1. qui est in finibus Lingonum] Recte Baumstar-

Digitized by Google

nibus Lingonum, et parte quadam ex Rheno recepta, quae appellatur Vacalus, insulam efficit Vatavorum,

sego Vrat. B. *prevolego* Hamb. *Vogeso* And. Gr. ab. Ald. nep. Turr. Lips. Iu. Graev. Dav. Cl., quemadmodum scriptum est apud Lucanum 4, 397 *Castrumque quae Vogesi curvam super ardua rupem.* Item Plinii Hist. nat. 16, c. 39 p. 34, 8 Harduinus *monte Vogeso* tenuit, cum codex Dalecampii *Vosego* praeberet, et apud Silium 4, 213, qui montis nomen viro imposuit, Drakenborchius secundum N. Heinsii coniecturam *Demetit aversi Vogesus tum colla iubaque* scripsit, ubi libri *Vosegus, Vesegus, Vesogus* habent. Nescio, quid viri docti praeter Lucani auctoritatem secuti sint; VOSEGO etiam in inscriptione (Orell. 2072) exstat, et hodiernum nomen *Voges* (Vogesen) prius *Vosges* fuit.

et parte] *ex p.* Vrat. A. *et ponto* Lb. sec. Fabr. Quae sequuntur verba *quadam — insulam* Goth. A. in marg. posita habet.

ex] *et* Dr. B. om. Aldinae, Gryphianae, Vasc. Turr. Lips. Iu. Graev. Dav. Cl.

Rheno] *Rheni* Gr. b. Ald. nep. Turr. et sqq., usque ad Oud.

recepta] *recepto* And.

Vacalus] „MSS. vetustiores *Vaçalos* (Aldinae, Gr. a. St.) *Vacalus* (Pet. sec. Conf. Gott. Egm. et a m. s. Voss. A. Bong. A. Par. AB. Vrat. A. Vind. A. Hav. A.) vel *Vaculus* (Pet. et a m. pr. Voss. A. sec. Fabr. item Aimoinus p. 25 D, qui addit *vulgo autem dicitur Walis.*) *Valus* tamen (Lov. Lb. Pal. sec. Conf., liber Cardinalis nescio cuius sec. Ciacc., Vrat. BC. Goth. B. Vind. BEF. Gu. et, qui haec omnia inde a *quae appellatur* usque ad finem paragraphi in marg. a m. s. prius scriptis erasis habet, Dr. A.) et *Vallus* (Hamb.) *Valis* (cod. Brant. *Vallis* Bong. C. sec. Conf. Dr. B) invenitur in aliis. *Walis* Cu. (etiam sec. Fabr.)

kius Vosegum montem per plurium gentium fines porrectum, hic vero eam eius partem designatam esse docet, ex qua profluat Mosa. Similiter 2, 5 §. 4 cum flumen Axona in extremis Remorum finibus esse dicitur, pars eius significatur ea, qua Caesar exercitum traduxerit.

parte quadam ex Rheno recepta] Huius locutionis ratio eadem est atque illius, qua *recepti ex fuga* c. c. 6, 35 dicuntur, et pars ex Rheno derivata ac recepta breviter *ex Rheno* dicitur recepta.

insulam efficit Vatavorum] Hanc Caesar triquetram facit, Rheno, Vacalo, Mosa circumdatam, quorum primus secundum a se dimittens incboat insulam, tertius secundum recipiens continuat, idem denique in primum influens absolvit. Itaque Mosam primas quasi partes agentem, *efficere* insulam dicit. Hodiernam vero rerum constitutionem et quae a posterioribus scriptoribus de iis tradita sunt, a Caesaris descriptione discrepare mirum non videbitur reputantibus, quam mutabilis cum in omnibus ad Oceanum vergentibus terris, tum illisibin partibus locorum situs et facies sit; neque eam ob causam aut propterea, quod non ipse has regiones perspexerit, falsa retulisse existimandus est. Cf. Vkertus p. 149; quamquam quod Oudendorpium veras ex codicibus lectiones recepisse, sequentia autem verba *neque longius — transit* ex interpolatione accessisse putat, probari nequit.

Digitized by Google

Ciacc. („scriptus liber" Ciacc. Lips. In. Graev. Dav.] *Vualis* margo Voss. A. Carr. Duk. Voss. B. Aic. et alii. (margo Vrat. B. a m. s. Goth. A. Vind. D. edd. ante Ald. margo Gr. a. Gr. b. Turr. *Valem* V. C. Sambuci. *Vacalis* V. C. Ciacc. *Vachalus* alius Ciacc. om. Vind. C. *uuals* Vind. I. *Vhalis* Cl.) *Vulgo* additur quoque in recentioribus nonnullis." (praepositum nomini habent V. C. Samb. Bong. C. sec. Conf. Goth. A. Vind. F. et, qui *vulgos*, Dr. B.) Ipse Oud. *Vahalis* scripsit, Glareanum et Cluverium secutus, fortasse ut consensum efficeret scriptorum veterum in patrii amnis nomine, quem apud Tacitum Ann. 2, 6 (cuius tamen in codice *Vahalaem* scriptum exstare tradit Furia), Eumenium Paneg. in Constant. c. 8 et Pacatum Paneg. in Theodos. c. 5. *Vahalem* appellatum videret. Sed cf. Schneideri Gramm. Lat. 1 p. 203. Mihi non est visa causa ab optimorum utriusque generis codicum consensu discedendi. Recentiores Oudendorpii scripturam tenuerunt.

insulam] Pet. Ox. S. N. Reg. et unus ex duobus Bouhierii codicibus, quorum lectiones nonnullas possessor e Francia ad Oud. miserat, V. C. Sambuci, Aimoin. Ald. et sqq. usque ad Oud. om. cum duobus sequentibus vocabulis Vind. C. *insula quam* And. *insula quae* Par. A. *insulaque* Par. B. *insulam quae* Voss. A. sec. Fabr. Vrat. B. *insulamquae* Bong. A. *que insulam* Hamb. *insulamque* reliqui, edd. ante Ald. Oud. et recentiores nonnulli.

efficit] *efficiens* Vind. A. tribus extremis litteris ab eadem manu, sed altera scriptione additis.

Vatavorum] „Bong. And. Pet. Egm. aliique." Gott. Voss. A. Egm. Bong. A. Par. A. Gu. Vrat. A. Goth. A. *Vatanorum* Dr. A. Vrat. B. Vind. B. ed. P. Manut. *natanorum* Dr. B. Vind. F. *natavorum* Bong. C. sec. Conf. *Batanorum* Hamb. Vind. I. *Batavorum* V. C. Sambuci, cod. Brant. Vrat. C. Goth. B. Vind. A. Aimoin. et pars Oudendorpianorum cum edd. excepta P. Man. omnibus, quae scriptura apud Lucanum, Iuvenalem, Martialem, Silium, Tacitum, Plinium, Suetonium et in inscriptionibus tam constans tamque usu et consensu recepta est, ut Oud. discrepantium h. l. codicum non modo rationem habendam, sed ne mentionem quidem accurate faciendam existimaverit. At ille consensus non impedit, quo minus quod inde ab exeunte Vrbis seculo octavo *Batavi* sonabat nomen, id centum annis ante *Vatavi* sonuisse codicibus antiquissimis credamus, praesertim cum prosodiam quoque mutationi obnoxiam fuisse doceat Lucani versus 1, 431 *Vangiones Batavique truces* — collatus cum Iuvenalis 8, 51 — *domitique Batavi*, Silii 3, 608 — *praeformidate Batavo* et Martialis 8, 33, 20 *Et mutat Latias spuma Batava comas*. Itaque ne hic quidem discedendum a librorum auctoritate putavi. Praeterea duo h. l. in codicibus additamenta scriptoris verbis attexta sunt, unum agnitu facile et quod nulli editorum fraudi fuit, *quae adpellatur Batua*, quod Oud. in Leid. B. Voss. B. et in eodem illo Bouhierii codice, qui *insulam* habet, additum ostendit, seu *quae vulgo dicitur batua*, ut in Goth. A. et praeciso *quae* in Vind. C., seu *quae v. d. batava*, ut in Dr. B. Vind. F., seu — *batana*, ut in Bong. C. sec. Conf., seu *quae rustico sermone vocatur Battua*, ut apud Aimoinum hic desinentem legitur; alterum *in Oceanumque influit*, quod Dr. B. Vind. F., seu *inque Oceanum influit*, quod V. C. Sambuci, seu *in Oceanum influit*, quod reliqui omnes praeter And. et illos sex, in quibus *insulam* pro *insulamque* legitur, ex-

Digitized by Google

neque longius ab Oceano milibus passuum LXXX. in Rhenum influit. Rhenus autem oritur ex Lepontiis, qui 2

habent, quodque edd. ante Ald. Ond. et recentiores nonnulli receperunt, ut recepto *insulamque* addi aliquid necesse fuit, quod copula *et* ante *parte* posita iungeretur verbo *profluit*. In qua lectione primum incommodum est quod non Mosa, de quo nunc agitur, sed pars quaedam Rheni, cuius obiter iniecta est mentio, insulam Vatavorum incertum quo modo efficere, Mosa autem, quasi nullae omnino partes eius in efficienda insula sint, influere in Oceanum dicitur, deinde gravius et prorsus intolerabile hoc, quod in Oceanum influere eundem Mosam audimus, quem statim milibus passuum LXXX. longe ab Oceano in Rhenum transire vel potius influere docemur. Quod ut explicari possit, si in duas eum partes diffluere earumque alteram Oceano, alteram Rheno misceri ponamus, tamen hanc ipsam divisionem significari a scriptore non dicam perspicuitatis studioso, sed modo non aenigma proposituro oportebat. His de causis Andinam et sex vel quinque reliquos (nam de Petaviane exemplar Confl. nonnihil dubitationis iniicit) itemque Vind. DI. et Bong. C., qui illis adnumerandi videntur, secutus cum Aldo et sqq. usque ad Ond. edd. haec verba omisi. Addita autem in margine primum ab aliquo, qui cum ex Taciti Ann. 2, 6. vel alicunde Mosam in Oceanum influere didicisset, id quod Caesari nondum cognitum fuerit, non corrigere scriptorem, sed docere lectorem vellet, indeque in ordinem recepta adiiciendae ad *insulam* copulae necessitatem intulisse suspicor. Quam suspicionem librorum in ipsa copula tam h. l. tum supra conspicua varietas adiuvat.

ab Oceano] *a Rheno* Vind. D; *ab eo* Ald. et sqq. usque ad Ond.

in Rhenum] *in Oceanum* Vind. D. Ald. Gr ab. St. Turr. Lips. Iu. Graev. Dav. Cl. Huic lectioni, quam una cum proxime praecedenti *ab eo* dissentientes ab Ond. recentiores nonnulli admiserunt, praeter codicum auctoritatem hoc obstat, quod non intelligitur, cur Mosa *non longius* LXXX. m. p. a Rheno seu ab eo loco, quo Rheni partem Vacalum appellatam recipit, in Oceanum influere dicatur; quod genus loquendi ibi locum habet, ubi longius spatium exspectari poterat, cuiusmodi exspectationem hic nihil est quod excitare potuerit.

influit] *transit* „nonnulli, teste Manutio; atque ita etiam Ill. Boulierii Cod. alter.“ P. Man. Ald. nep. Lips. Iu. Graev. Dav. Cl. Ond., qui cum *in Oceanum influit* pro genuino posuisset, h. l. a codicibus tantum non omnibus discedere coactus est. Nam qui sint *nonnulli*, quos Manutius auctores esse testetur, aut ubi Ma-

neque longius] Novum hoc et praeter exspectationem fieri videtur, ut amnis tam prope Oceanum in alium amnem potius, quam in ipsum Oceanum influat.

§. 2. Rhenus autem oritur ex Lepontiis] Hoc non solum Plinius, sed etiam Strabo ignoravit, nec reliquorum, qui de Rheni ortu scripserunt, quisquam apud Lepontios orientem facit. Cf. Vkertus p. 151 sqq. Omnino rerum in his Commentariis ad geographiam pertinentium posteriores geographi uno Strabone excepto non multo maiorem, quam ad grammaticam spectantium grammatici rationem habuerunt.

Digitized by Google

Alpes incolunt, et longo spatio per fines Nantuatium, Helvetiorum, Sequanorum, Mediomatricum, Tribocorum,

nutius seu Aldus nepos id testatus sit, nescio. Ceterum ipsum sibi Oud. his omnibus non satisfecisse haec eius verba ostendant: „Quomodo vero hic locus iam constituendus sit, me nescire fateor. Certissima tamen videtur haec lectio, quam e MSS. reposui: *Mosa* etc. *quae adpellatur Vahalis, insulamque efficit Batavorum, in Oceanum influit; neque longius ab Oceano m. p.* LXXX. *in Rhenum transit.*" Superest ut Metaphrasten audiamus, qui Aldinae lectionis (*et parte quadam Rheno recepta, quae appellatur Vacalos, insulam efficit Batavorum, neque longius ab eo millibus passuum* LXXX. *in oceanum influit*) vestigia premere videtur: *καὶ τοῦ Ῥήνου μέρος τι Βάκαλος καλούμενον προσλαβὼν τὴν τῶν Βαταύων ἀπεργάζεται νῆσον καὶ οὐ πλεῖον ἐντεῦθεν τριακοσίων* (an *ἑξακοσίων* voluit?) *καὶ τεσσαράκοντα σταδίων εἰς τὸν Ὠκεανὸν ἐμβάλλει.*

§. 2. Nantuatium] „Sic fere MSS. vel *Natuantium* (Dr. B.) *Vatuantium* (Vind. I.) *Mantuantium.*" (Vrat. B. Vind. D. Gu. Med. a. Ven. f.) om. Aimoinus p. 22 D haec *oritur autem ex Lep.* usque ad finem capitis afferens. *natuancium* Vrat. A. *Nantuantium* Voss. A. Lov. Pal. sec. Confl. Dr. A. Vrat. C. Goth. B. Vind. CF. Rom. a. Ber. *Nautuantium* Vind. B. *vantuantium* Hamb. Goth. A. (hic cum *b* super *v* a m. s.) *Mautuantium* Ven. bcde. *Natuatium* Egm. *Nontuatium* Pet. sec. Fabr. *Namnetum* Hav. A. *Nemetum* Vind. A. quod ipsum Cluverius Germ. 2, 6 p. 25 a Caesare utpote Nantuates 3, 1 propius lacum Lemannum et Allobroges collocante atque a Rheno removente scriptum suspicabatur. Sed Nemetes longe infra sitos Caesar nullo modo ante Helvetios ponere poterat, et 6, 25, quo exemplo Cluverius ordinem perturbatum tuebatur, quod ibi quoque Nemetes inter Helvetios et Rauracos ponerentur, Rauracorum nomen a codicibus valde incertum est. Accedit quod Strabo l. 4 p. 46 Tz. fontes Rheni apud Nantuates esse tradit, cuius verba *τὴν δ' ἐπὶ τῷ Ῥήνῳ πρῶτοι τῶν ἁπάντων οἰκοῦσιν Αἰτουάται, παρ' οἷς εἰσὶν αἱ πηγαὶ τοῦ ποταμοῦ* quis cum Cluverio in *οἰκοῦσιν Ἐλουήτιοι*, quam cum Casaubono in *οἰκοῦσι Ναντουᾶται* mutare malit? Cf. adn. cr. ad 3, 1 §. 1, quem ipsum locum cum hoc ita in concordiam redigendum puto, ut Caesaris Nantuates angusto, sed longo tractu a summo Rheno ad Lemannum usque pertinuisse statuamus. In eandem fere sententiam disputat Vkertus p. 347 sqq.

Mediomatricum] „MSS. et Edd. qdd." Bong. A. Dr. AB. Vrat. ABC. Goth. B. et, qui *r* a m. s. superne additum habet, A. Vind. BCDEF. Aimoin. edd. ante Iu. excepta St. (*medio matricum* Rom. a. Med. a.) *Mediomatercum* Vind. I. *medio maricum* Hamb. *Mediomatricorum* VV. CC. Vrs. in Not. („liber meus" in Emend.) Vind. A. (qui *Tribocorum* omittens ab praecedentis terminatione ad hanc aberrasse videri potest: *Mediomatri* (cum Tribo) *corum*) St. Iu. et sqq., quibus id praestare videbatur ob locum 7, 75, quo omnes consentiunt in *Mediomatricis*. Et Straboni l. 4 p. 48 sq. Tz. sunt *Μεδιοματρικοί*. Sed metaplasmi cum alia in his Comm. exempla inveniuntur, tum unum huic simillimum, in proximo exstat; et Ptolemaeo 2, 9 *Μεδιομάτρικες* vocantur. Inscriptiones

Digitized by Google

Trevirorum citatus fertur, et ubi Oceano adpropinquavit, in plures defluit partes multis ingentibusque insulis 3

terminationem non ostendunt, tantum MEDIOM. vel MEDIOMATR. exhibentes.

Tribocorum] St. Gr. b. P. Man. Lips. et sqq. usque ad Oud. *Tribotorum* Gr. a. Ald. nep. Turr. *Tribucorum* edd. priores. Id Oud. restituit „sic MSS. constanter" scriptum habere affirmans. Nec aliter habent ii, qui in ex. Fabr. et Confl. collati sunt, Pet. Gott. Voss. A. Egm. Lov. et Pet. Bong. C. Pal., et quos ego vel contuli vel conferri jussi, nisi quod in Vind. B. *Tubucorum* legitur et in Vind. A. ut apud Aimoinum totum omissum est. Sed *Triboccorum* Vrsinus in Notis ex VV. CC. affert, quorum auctoritas mihi, cum 1, 51 §. 2 in medio nomine omnes libri *bo* exhibeant, scriptorem autem vix credibile sit sibi in ea parte non constitisse, ad tuendam scripturam ante Oud. vulgatam sufficere visa est. Accedit quod qui post Caesarem horum mentionem faciunt, quos Vkertus p. 358 recenset, in eadem parte omnes consentiunt. Sed in declinando nomine liberius agere scriptori licebat, neque propterea, quod hic *Tribocorum* posuit, l. 1 non *Triboces* posuisse existimandus est; quamquam *Tribocos* ibi praeferenti non magnopere repugnabo: *Triboccos* tantum neque illo neque hoc loco satis auctoritatis habere arbitror.

§. 3. Oceano] *Oceanum* And. Ox. Vind. A. quod Oud. non temere spernendum censet. Sed cf. adn. cr. ad 2, 19 §. 2.

adpropinquavit] Bong. A. Hav. A. Vrat. A. Vind. A. Goth. A. Aldinae, Gr. a. Lips. Iu. Graev. Dav. cum parte codicum Oud., qui ipse post Cl. *adpropinquat* ex And. Ox. S. Leid. ABC. Egm. Voss. C. Duk. Dorv. exhibuit, quemadmodum teste ex. Confl. in Pet. Bong. C. Pal., ex. Fabr. tantum in Pet. Gott., praeterea in VV. CC. Vrs. in Not., in cod. Brant., apud Aimoin., in Gu. Vind. EF. (*propinquat* Vind. I.) reliquisque a me visis, in edd. ante Aldum et in Vascos. St. Gr. b. Turr. legitur. Me praeter rarum diversorum codicum consensum praeteritum ut praeferrem hoc movit, quod quae in sequentibus praedicatur *defluendi* actio, ea propinque iam facto flumini magis, quam adpropinquanti ad Oceanum convenit, et quod praeteritum ob insolentiam mutationi magis, quam praesens obnoxium erat. Nam praeter h. l. et c. 25 extr. Caesar eo non est usus. (*adpropinquavit* pro *appr.* est in Bong. A. Vind. A. et sec. Fabr. in Voss. A. et Egm., quem ab Oud. perperam inter auctores praesentis relatum puto, cum plerumque cum Bong. A. et Vrat. A. consentiat.)

defluit] „MSS. plerique" Gott. Voss. A. Egm. Lov. Lb. Bong.

citatus fertur] *Ferri* flumen etiam Hirtio dicitur 8, 40; integra autem dictione hac, cui compar est Graecorum ὀξὺς φέρεται, Cicero translata utitur Orat. c. 12 de Thucydide; *Herodotus — quasi sedatus amnis fluit, alter incitatior fertur.* — Post Treviros Rhenus sedatior fluit, sed gentes ibi accolentes Caesar non nominat, fortasse quod sedes crebro mutarent.

§. 3. multis ingentibusque] Cf. adn. ad 2, 25 p. 183.

in plures defluit partes] Hac quoque dictione translata usus est Quintilianus 1. 8, 9 *nos in omnia deliciarum vitia defluximus.*

Digitized by Google

effectis, quarum pars magna a feris barbarisque nationibus incolitur, ex quibus sunt qui piscibus atque ovis avium vivere existimantur, multisque capitibus in Oceanum influit.

A. Dr. A. Vrat. ABC. Goth. AB. Hamb. Almoin. Rom. a. Med. a. Ven. bcdef. *defuit* Dr. B. *influit* Ber. *diffluit* Vind. A. Ald. et sqq. Id per se optimum cum sequentibus consistere nequit, nisi *effectis* significationem praesentis habere statuitur. Rhenus enim non postquam insulas effecit, diffluit, sed eo, quod diffluit, eas efficit. Itaque divisionem fluminis fieri scriptor non hoc verbo significat, sed iam factam ponens *defluxum* eius seu extremum cursum ita describit, ut eum non unam in partem regionemque recollectis in unum alveum aquis, sed in plures partes fieri dicat, idque multis ingentibusque insulis *effectis* h. e. effici coeptis, qua ratione in adn. ad 1, 27 §. 4 praeteritum speciem recipere praesentis ostendi. Dum enim *defluit* in plures partes Rhenus et cursum ita divisus peragit, insulas efficere iam coepit, quas influens denique multis ostiis in Oceanum absolvit. Vernaculo sermone dicas er fließt nach mehreren Seiten hin ab.

ex quibus sunt qui — existimantur] Indicativum *existimantur* nonnulli argumenti loco sumunt iis, quos vulgi opinio piscibus atque ovis vivere ferret, sedem his verbis assignari eosque in illis nationibus esse ostendi; quod si voluit scriptor, certe indicativo uti debuit, ut 6, 11 *earumque factionum principes sunt qui summam auctoritatem eorum iudicio habere existimantur.* Atque in hanc sententiam interpretatus est Ad. Wagnerus: worunter auch die so von Fischen und Vogeleiern leben sollen. At non solum per se improbabile est fuisse aliquos aut esse scriptori visos esse, qui nonnullas gentes piscibus et ovis vivere existimarent et tamen ubi terrarum illae essent, nescirent atque hoc tantum docendi essent, verum etiam verba ita posita sunt, ut illarum gentium nonnullae describi et inter ichthyophagos et oophagos referri videantur, ut si Germanice dicas unter denen es welche giebt, die —. Cuiusmodi in descriptionibus pronomini relativo coniunctivus ita subiici solet, ut genus quoddam hominum rerumve *cogitari* significetur, cuius generis notam coniunctivus exhibet, ut in adn. cr. ad c. 1 §. 4 extr. ostendi. Neque h. l. *existimentur* non ferendum, sed ita intelligendum esset, ut Germanicum unter denen es solche giebt, welche —. Sed ubi pronomen ad homines vel res singulares retuleris, etiamsi descriptio ad omnes aliquo modo comparatos pertineat, dum ne unum in genus comprehensos et in cogitatione potius, quam extra per se singulatim positos intueare, coniunctivum non desiderabis. Cf. 6, 27 *sunt item quae appellantur alces*, et quae Ramshornius Gramm. p. 739 congessit, cuius tamen rationes a vero, h. e. ab usu scriptorum abhorrere mihi videntur. Probabiliora sunt quae Reisigius in Scholis gramm. priore in parte §. 332 p. 605 disputavit.

multisque capitibus] H. e. ostiis. Falso hoc a Caesare relatum et Rheno tantum duo ostia esse Asinius Pollio teste Strabone l. 4 p. 47 Tz. statuebat.

Digitized by Google

11. Caesar cum ab hoste non amplius passuum XII. milibus abesset, ut erat constitutum, ad eum legati revertuntur; qui in itinere congressi magnopere ne longius progrederetur, orabant. Cum id non impetrassent, petebant, uti ad eos equites, qui agmen antecessissent, praemitteret eosque pugna prohiberet, sibique ut potestatem faceret in Vbios legatos mittendi; quorum si 2 3

Cap. 11. §. 2. pe] „MSS. plerique." Gott. Voss. A. Egm. Bong. A. Dr. B. et a m. s. A. Vrat. ABC. Goth. A. Gu. Hamb. Vind. BCEFI. om. Pal. sec. Confl. Goth. B et a m. pr. Dr. A. cum edd. ante Ald. uti. Vind. A. Ald. et sqq. sine idonea auctoritate.

Cap. 11. §. 1. Caesar cum — abesset, — ad eum legati revertuntur] Cf. 7, 17 *quin etiam Caesar cum in opere singulas legiones appellaret et si acerbius inopiam ferrent, se dimissurum oppugnationem diceret, universi ab eo ne id faceret, petebant.* 8, 1 *omni Gallia devicta Caesar cum a superiore aestate nullum bellandi tempus intermisisset militesque — reficere — vellet, complures eodem tempore civitates renovare belli consilia nuntiabantur.* Vtrobique ita, ut hic, Caesaris nomen eo loco positum est, ut de ipso aliquid praedicatum iri exspectes, quam exspectationem sequentia frustrantur. Eodem pertinent talia, quale est 1, 31 §. 4 *hi cum tantopere — contenderent, factum esse, uti — Germani — arcesserentur.* 5, 22 *it cum ad castra venissent, nostri — reduxerunt.* infra c. 28 §. 2 *quae cum appropinquarent Britanniae — tanta tempestas subito coorta est* et plurima huic similia, quae si ad Germanici sermonis normam exigas, anacolutha dicas. Sed Latini ea libertas est, ut non tam logica necessitate, quam rhetorica utilitate regatur. Et hoc quidem loco simplicissimum erat *cum Caesar abesset,* ut l. 2 initio, quo modo nihil nisi rerum gestarum continuatio significaretur. Sed ostendendum erat Caesarem interim aliquid fecisse et ab illo loco, in quo primum legati Germanorum eum convenerant, propius ad eos accessisse. Itaque *Caesar* praepositum est.

orabant] Falluntur qui imperfectum descriptioni vividae inservire putant. Si una et simplex illorum oratio fuisset, perfecto usus esset scriptor. Sed ab una in alteram transibant, nullam absolvebant, quin aliam in promptu haberent. Itaque plura deficeps imperfecta posita sunt, se invicem quasi respicientia. Similis quodammodo ratio est c. 13 §. 1, 2, 3.

§. 2. ad eos equites, qui agmen antecessissent] De his nihil supra dictum est, non magis, quam c. 8 §. 3 de Vbiorum legatis. Antecesserat autem equitatus omnis. Vide §. 6.

praemitteret] Intererat Germanorum ut nuntii quam celerrime et prius, quam Caesar, eo pervenirent. Caesarem autem eodem tendere eis videri, quo equites praecedere iussisset, ipsum *praemittere* verbum ostendit, cuius loco infra §. 6 simplex *mittere* positum est, quia ibi nihil attinebat significari Caesari quoque in animo fuisse illuc venire.

potestatem faceret] Poterant per se et invito Caesare legatos mittere, sed frustra missuros intelligebant, si Caesar interim bello se peteret. Quare petebant, ut eius voluntate id sibi facere liceret.

Digitized by Google

principes ex senatus sibi iureiurando fidem fecisset, ea conditione, quae a Caesare ferretur, se usures ostendebant; ad has res conficiendas sibi tridui spatium daret.
4 Haec omnia Caesar eodem illo pertinere arbitrabatur, ut tridui mora interposita equites eorum, qui abessent, reverterentur: tamen sese non longius milibus passuum
5 quattuor aquationis causa processurum eo die dixit: huc postero die quam frequentissimi convenirent, ut de eo-
6 rum postulatis cognosceret. Interim ad praefectos, qui

§. 3. fecisset] Bong. A. Egm. Leid. A. Duk. Voss. B et sec. Fabr. A. Paris. Vrat. A. Vind. AC. Hav. A. Oud. 2. *fecissent* reliqui (Goth. A. cum puncto sub *n*) cum edd. ante Oud. 2. Singularem Oud. in adnot. ut apud optimos quosque scriptores frequentem commendaverat, sed h. l. non tam elegantiae causa, quam certa ratione positus videtur. Nam si diversos a senatu principes Vbiorum Germani fecissent et non contenti illius iureiurando etiam horum singulorum fidem sibi obstringi voluissent, nimia de fide Vbiorum sollicitudo et suspecta Caesari videri potuisset. Itaque *senatus* ad *principes* accuratius significandos additur et *ac* fere idem est, quod *id est;* qua ratione singularem tantum non necessarium esse intelligitur. Simillimus huic inter eos, quos Oud. sine discrimine contulit, locus est Hirtii Alex. 2 *in omnes partes, per quas fines Aegypti regnumque pertinet.*

§. 4. quattuor] Bong. A. (cum puncto sub priori *t*) Goth. B. et corr. in *tt* A. Rom. a. Med. a. Ven. bdef. Ber. *quatuor* Dr. AB. Vrat. ABC. Hamb. Vind. F. Ven. c. Ald. Gr. ab. Stt. P. Man. Turr. *IIII*, Vind. A. *IV* Ald. nep. et sqq. Cf. adn. cr. ad 1, 12 §. 4.

§. 4. fidem fecisset] H. e. fecisset ut tuto se credere Vbiis possent, quod Germanice dicitur Sicherheit geben. Plerumque vero est facere ut fides habeatur dicto. Sic 5, 41 *Ambiorigem ostentant fidei faciundae causa.* 6, 41 *tantus fuit — terror, ut — Volusenus — fidem non faceret adesse eum incolumi Caesarem exercitu.*

ferretur] Illam conditionem significant, de qua sermo fuit c. 8 §. 3, quam Caesar iam tulerat et, quia non retractaverat, tuta quoque ferre videbatur. Id ex Vbiorum mentione apparet, quae de futura aliqua conditione, quam Caesar laturus esset, cogitari vetat.

tridui spatium] Cf. adn. ad 2, 16 §. 1.

§. 4. eodem illo pertinere] ad eandem causam illam referenda esse, quae c. 9 extr. demonstrata est. Cf. 1, 14 §. 3.

§. 5. ut de eorum postulatis cognosceret] Cum Germani neque in Caesaris iurisdictione essent neque controversiam cum quoquam haberent, iudicialis verbi *cognoscere* significatio aliena ab h. l. videtur. Neque magna, quam Caesar postulaverat, frequentia ad eiusmodi cognitionem requirebatur. Sed ex paucis, qui venerant, legatis minus certo quid omnes postularent, cognosci et intelligi poterat. Itaque vulgarem significationem eandemque in his libris frequentissimam sequamur, damit er sich von ihren Forderungen unterrichten könnte. Cf. 7, 55 *cum — de statu civitatis cognovissent.*

§. 6. praefectos] Cf. adn. ad 1, 39 §. 2.

Digitized by Google

cum omni equitatu antecesserant, mittit qui nuntiarent, ne hostes proelio lacesserent, et si ipsi lacesserentur, sustinerent, quoad ipse cum exercitu propius accessisset. 12. At hostes, ubi primum nostros equites conspexerunt, quorum erat v. milium numerus, cum ipsi non amplius octingentos equites haberent, quod ii, qui frumentandi causa ierant trans Mosam, nondum redierant, nihil timentibus nostris, quod legati eorum paulo ante a Cae-

Cap. 12. §. 1. v. milium] *v* Bong. A. Dr. A. omisso ductu transversario, qui numeri notae impositus millenarium significat, ut est in Vind. B. $\bar{v}$. Contra Vind. C. tantum *M* habet. *duorum milium* Egm. Vrat. A. *v.* saepe cum *II.* a librariis permutatum est. (*quinque milium* Dr. B. Vrat. BC. Goth. B. Hamb. Vind. E. edd. ante Ald. nep. Turr.)

octingentos] Bong. A. Dr. AB. Vrat. ABC. Goth. B et, qui *ott.* habet, A. Hamb. Vind. DEF. edd. ante nep. Turr. (*DCCC* recentiores edd.) *quam DCCC* Pet. *CCCC*, sup. *tos*, Vind. A. *CCCCC* VV. CC. Vrs. in Not. *CCDCCC* „meus liber" id. in Emend. Numerum vulgatum agnoscunt Plutarchus in Caes. c. 22 et Appianus Gall. T. 1 p. 89 sq. Schweigh.

ii] Bong. A. (si recte tacet Pl.) Goth. B. Med. a. Ven. b. P. Man. Ald. nep. Lips. et sqq. *hi* Dr. AB. Goth. A. Vind. BCFI. Ven. c. et sqq. usque ad P. Man. Turr. quod nescio an pro genuino habendum sit. *hii* Vrat. BC. Hamb. et corr. in — *si* Vind. A. Rom. a. *reliqui* Egm. sec. Fabr. Vrat. A.

ierant trans Mosam] *tr. M. ie.* Gott. Voss. A. Egm. sec. Fabr. *erant tr. M. profecti* And. Leid. A. Vind. A. „meus liber" Vrs. in Emend. *tr. M. profecti* Ox. *πέραν τοῦ Μόσου ὄντες* Met., qui *erant* pro *ierant* videtur legisse. Indidem Andini et reliquorum librorum scriptura repeti potest.

timentibus nostris] *n. t.* Dr. B. Vrat. C. Goth. B. Hamb. Vind. D. cum plerisque edd. ante Oud., qui tacite secundum codices ordinem iam a Ven. f. St. Gr. b. exhibitum restituit. Eundem notavit ex. Fabr. non addita codicum designatione.

sustinerent] impetum eorum ferrent, non ipsos retardarent aut illo in loco detinerent, quemadmodum Sincerus interpretatus est: sollten sie den Feind so lange aufhalten, bis —. Non verebatur Caesar, ne in ipsum exercitumque impetum facerent, nisi equites eos retardassent, nec detineri eos in illo loco volebat, sed hoc spectabat, ut ne maius committeretur proelium. Recte *Lippertus*: sie sollten sich defensiv verhalten. Ceterum ex hoc Caesaris praecepto fidem Germanorum ei suspectam fuisse intelligitur, quae res ad eius, qua paulo post usus est, agendi rationis iudicium aliquid momenti habet.

Cap. 12. §. 1. ubi primum] H. e. simul ac. Sic 7, 51 *ubi primum planitiem attigerunt.* Civ. 3, 18 *ubi primum de mandatis Caesaris agere instituit.*

nihil timentibus nostris] Hoc non tam ad perfidiam hostium, quam ad imprudentiam equitum Caesaris notandam et ad rationem reddendam tum audaciae illorum, tum horum perturbationis additum

Digitized by Google

sare discesserant atque is dies indutiis erat ab his petitus,
2 impetu facto celeriter nostros perturbaverunt. Rursus resistentibus consuetudine sua ad pedes desiluerunt,

indutiis] *inditus* Voss. A. *indutus*, sup. *l.* post *du*, Vind. A. Vtrumque ad eam scripturam ducit, quam a Gellio 1, 25 probatam cum Aldo nep. praetulit vulgatae *inductis*.

his] Pet. Voss. A. sec. Fabr. Bong. A. Dr. AB. Vind. ABFI. Goth. A. Ven. cdef. St. Gr. b. *hiis* Gott. sec. Fabr. Vrat. BC. Hamb. *iis* reliquae edd. ante Oud. *eis* Vrat. A. Goth. B. Oud. sine adnotatione. *his* eo minus mutandum erat, quod ad legatos pertinet.

§. 2. resistentibus] *iis res.* VV. CC. Vrs. in Not. *his res.* Leid. A. Vind. A. Ald. St. *in res.* And. *his res. nostris* Turr. *res. nostris* reliquae edd. excepta Gr. a. omnes, etiam Oud., qui tamen *nostris* in „MSS. plerisque" omissum esse testatur. Et omissum est in Pet. sec. Confl., in Gott. Voss. A. Egm. Lbb., in cod. Brant. (quamquam Brantius non *nostris*, sed *rursus* in eo omissum scribit; sed idem ab ed. Basil. abesse dicens, a qua *nostris* abest, vel ipse calamo errasse vel operas non obedientes habuisse indicandus est.) et in Bong. A. Dr. A. Vrat. AB. Goth. A. Gu. Hamb. Vind. B., ad quorum auctoritatem accedente alterius generis discrepantia delere *nostris* non dubitavi. Facillime enim ex proximis qui resistentes sint, colligitur, ac primus hic quasi gradus est ad liberiorem illum solitarii ablativi absoluti usum, qui Tacito maxime familiaris est. Cf. Annal. 1, 5 *haec atque talia agitantibus gravescere valetudo Augusti*. et quae Waltherus ad Ann. 1, 29 collegit. (Suetonii locus ab eodem significatus est Claud. 15, non 9.)

desiluerunt] „Bong. A. Voss. ABC. Duk. Gott. Dorv." (Voss. A. Egm. Gott. cum *i* super *lu* sec. Fabr.) Dr. B. Gu. Hamb. Rom. a. Med. a. Ber. St. Gr. b. Oud. *dissiluerunt* Pal. sec. Confl. Vrat. C. Goth. B. Vind. E. *dissilierunt* Pet. sec. Confl. et Fabr. *desilierunt* Dr. A. Vrat. AB. Goth. A. et corr. Vind. A. edd. reliquae. Vide praeterea varietatem scripturae c. 25 §. 5 et Hisp. 19 §. 3, et formam ab Oud. Burmanni, ut opinor, auctoritate ad Sueton. Iul. c. 64 exstante praelatam eandemque Garatonio ad Cic. Cael. c. 26 p. 522 (1265, 30 Hal.) et ad Mil. c. 10, Struvio de decl. et coni. p. 293, Reisigio Schol. gramm. p. 252 probatam a codicibus nequaquam tam certam esse intelliges, ut dubitationi locus non relinquatur. Caesarem tamen *u* posuisse codices probabile reddunt: belli Hispaniensis scriptori *transiliit* concedendum videtur.

a scriptore videtur. Incautius iter faciebant, quam ita, ut c. 11 extr. significatum est, moniti debebant.

§. 2. Rursus resistentibus] Cf. adn. cr. ad 2, 23 §. 2 et quae ad huius libri c. 1 §. 5 diximus, quo loco *rursus* eam significationem habere videbatur, quam hoc haud dubie habet, si *nostris* iure eiecimus: si minus, tamen proximo praecedentia ita sunt comparata, ut alteri, quam Heldius adhibet (die Feinde kämpften gegen die Römer angreifend, und diese kämpften gegen jene Widerstand leistend) nullo modo conveniant. Non magis probari potest incisio post *rursus*, quam Oud. in edd. antiquioribus factam reprehendit in adnotatione, in ed. 2 ipse fecit.

Digitized by Google

subfossis equis compluribusque nostris deiectis reliquos in fugam coniecerunt atque ita perterritos egerunt, ut non prius fuga desisterent, quam in conspectum agminis no-

subfossis] „*que* bene inserunt Codd. Vrsini, S. And. Ox. et Leid. A. cum Edd. Rom. et. Med. Nam Ed. Incerta et aliae cum ceteris MSS. habent *subfossis*.“ De codd. Vrs. nescio unde Oud. constiterit, editionem vero ego nullam vidi, quae non *suffossisque* haberet, neque ex Bong. A. aliud attulit Plüschkius. Nihilo minus, cum in reliquis codd. Oud. ut in Carr. cod. Turr. Pal. sec. Conl. Pet. Gott. Voss. A. Egm. Lov. Lb. Dr. AB. Vrat. ABC. Goth. AB. Vind. BEF. Gu. Hamb. *que* omissum et asyndeton non solum ad rem celeriter gestam aptissimum, sed etiam initio enuntiati item abruptiori accommodatum sit, *subfossis* praetuli. (In Pet. Gott. Voss. A. Egm. *sub fossis*, in meis *suff.* scriptum est.)

in conspectum] *in conspectu* Leid. A. Vind. A. Hav. A. Par. B. Vrat. A. Reg. Voss. B. Goth. B. Ven. de. Bas. a. 1521. Similiter infra c. 37 §. 4 *in conspectu venit* teste Oud. in Bong. A. legitur, et Civ. 3, 109 *cum in conspectu eius venissent* magnam auctoritatem habet; Civ. 2, 27 vero *in conspectu exercitum venire* Oud. in minore ed. et ib. 32 *in conspectu adversariorum venerit* in utraque non sine codicibus edidit. Item Hirtio 8 c. 23, 27, 29, 46 *in conspectu venire*, *venerat*, *veniunt*, *veniat* a nonnullis tribuitur, ut uno omnino horum commentariorum loco *in conspectum* cum verbo *venire* sine codicum discrepantia legatur, Afr. 2 *in conspectum Africae venit*. Nec deest ablative analogia. Nam si *in potestatem esse*, *in mentem esse* et similia, quae Gellius 1, 7 agnoscit et codices tuentur, aliter dici non poterant, nisi ut *esse* pro *venisse* acciperetur, etiam *venire* et *venisse in conspectu* pro *incipere esse* et *esse* dici potuit. Ac recentiores Latinos satis constat saepe ablativum huic praepositioni ita coniunxisse, ut de motu in locum magis, quam de re in loco cogitasse videantur, quod nisi veteres quoque nonnunquam saltem fecissent, vix non recipi potuit. Sed tamen hi falsa opinione ducti quem illi recte posuissent ablativum, eum pro accusativo habere et sibi aliquid, quod illis non placuisset, permittere potuerunt. Veluti cum Plinius Hist. nat. 2 §. 103 (225 Sill.) *quae in Aesculapii fonte Athenis immersa sunt, in Phaterico reddunturr* scribit, recte ablativo significat locum, in quo aliquid in aquam immergatur; recentiores vero prava imitatione etiam *in aqua immergere* dice-

perterritos egerunt] Haec dictio comparanda est cum illa 5, 17 *praecipites hostes egerunt*, h. e. fecerunt ut hostes praecipites irent seu ruerent. Similiter *transversum agere* est facere ut a recta via deiectus erret, *diversum agitare* (Salust. Iug. 25) facere ut in diversas partes tractus quiescere nequeat. Itaque participium vel adiectivum conditionem significat, in qua effectus cernatur agitationis, non in qua versans aliquis rursus aliquo agatur, et *perterritum agere* a *perterrere* non differt nisi eo, quod commotionem simul indicat, quae territorum esse solet. Quae si h. l. cum corporis motu et fuga coniuncta erat, *agere* nihilo minus ad animum referendum est, et sedentem quoque ac iacentem recte dixeris perterritum *agi*.

Digitized by Google

3 stri venissent. In eo proelio ex equitibus nostris interficiuntur IIII. et LXX., in his vir fortissimus Piso, Aquitanus, amplissimo genere natus, cuius avus in civitate sua regnum obtinuerat amicus ab senatu nostro appella-
4 tus. Hic cum fratri intercluso ab hostibus auxilium ferret, illum ex periculo eripuit, ipse equo vulnerato de-
5 iectus, quoad potuit, fortissime restitit: cum circumventus multis vulneribus acceptis cecidisset, atque id frater, qui iam proelio excesserat, procul animadvertisset, incitato equo se hostibus obtulit atque interfectus est. 13. Hoc facto proelio Caesar neque iam sibi lega-

bant. Atque ipse Gellius soni potissimum gratia veteribus accusativum illum quibusdam in locis probatum esse statuens rationis aut incuriosus aut ignarus videtur fuisse. Neque vero ab hoc aut ab alio, quod sciam, veteri grammatico *in conspectu venire* optimis scriptoribus in usu fuisse perhibetur. Vt igitur Caesarem ita scripsisse credamus, si minus omnium, certe vetustissimorum utriusque generis librorum testimonio opus est. Hoc vero loco qui ex potiori genere ablativum exhibent, ii et pauci sunt et a sui simillimis, ut Vrat. A. ab Egm., discrepantes ob id ipsum non sui generis auctoritate, sed librariorum errore exhibere eum videntur. Pari modo in Planci epistola ad Cic. Fam. 10, 23 §. 5 codicis Vrat. scriba, qui in plerisque cum Mediceo optimo consentit, tamen *in conspectu venire* posuit.

§. 3. IIII.] Vind. A. Vrat. B. (hic cum puncto sub ultimo *I*) et superne addito *or* Gott. sec. Fabr. Goth. AB. Vrat. C. *quattuor* Voss. A. Egm. sec. Fabr. Bong. A. edd. ante Ald. *quatuor* Dr. AB. Vrat. A. Hamb. Ald. Gr. ab. St. P. Man. Turr. *IV.* Ald. nep. Lips. et sqq. *quadringenti* Bong. C. sec. Conf. Petrarch. Hist. 9, 7.

LXX.] *septuaginta* Egm. sec. Fabr. Vrat. A. Hamb. Rom. a. Ber. In Vind. A. post alterum *x* aliquid erasum est.

his] *iis* Gott. sec. Fabr. Bong. A. Rem. a. Ber. *is* Vrat. A. *hiis* Vrat. BC.

ab senatu] *a s.* „MSS. 4." Dr. AB. Vind. ABC. Goth. A. paene aequali auctoritate.

§. 5. animadvertisset] *animum advertisset* And. Vind. A. Oud., quem sequi h. l. non satis tutum est visum. Cf. adn. cr. ad 1, 24 §. 1 et 52 §. 1.

§. 3. Piso] Nomen Romanum hominis Aquitani ad Romanum aliquem Pisonem referendum videtur, qui, ut C. Valerius Flaccus Caburio, de quo 1, 47 §. 4 dictum est, sic huius patri vel avo suum nomen fortasse una cum civitate impertiverit. Succurrit autem L. Calpurnius Piso, cuius mentio 1, 12 est facta, Caesaris soceri avus. Nam quae de hoc Aquitano praedicantur, ab illa necessitudine non abhorrent.

Cap. 13. §. 1. neque iam] Postpositum negationi *iam* cum ea significare solet *non amplius*, antepositum fere eandem, quam in affirmatione vim habet. Cf. 7, 20. *nec iam vires sufficere cuiusquam*, et 85. *nec iam arma no-*

Digitized by Google

tos audiendos neque conditiones accipiendas arbitrabatur ab his, qui per dolum atque insidias petita pace ultro bel-

stris nec vires suppetunt cum 2, 33 *cum iam defenderet nemo.*

conditiones accipiendas] Supra c. 8 Caesarem legimus conditionem tulisse Vsipetibus et Tencteris, ut Vbiorum in finibus considerent. Ea se usuros ostenderant, si Vbii sibi fidem fecissent et Caesar interim bello abstineret. Vide c. 11 §. 2 et 3. Has igitur illi retulerant conditiones, neque eas respuerat Caesar, sed postero die de postulatis eorum se cogniturum esse dixerat, haud dubie ut concessurus, si aequa postulassent. Iam vero dolo et insidiis eorum perspectis nullas conditiones ab iis accipiendas, h. e. nihil eorum, quae ita postulassent, ut iis impetratis et ipsi aliquid se facturos pollicerentur, concedendum arbitrabatur. Cf. 5, 41 *non esse consuetudinem populi Romani accipere ab hoste armato conditionem.* Afr. 90 *libentes cupidique conditionem acceperunt.* Hisp. 13 *se conditiones dare, non accipere, consuevisse.*

arbitrabatur] Hoc imperfecto et sequentibus, *iudicabat, sentiebat, existimabat* non firma et perpetua Caesaris sententia (die feste und anhaltende Ueberzeugung, ut Baumstarkius interpretatur) sed cogitatio, quae illo proelio facto mentem eius occupabat, et ipsa mentis actio cum tempore, quod ea explebat, significatur. Quae quoniam non una et simplex erat, sed ad plura pertinebat, ita ut altera alteram comitaretur, etiam propterea imperfectum poni potuit, ut c. 11 §. 1.

petita pace] Hoc ad doli et insidiarum rationem declarandam pertinet. Petitio pacis effecerat, ut equites Caesaris nihil timerent, idque illi eius rei causa, ut incautos opprimerent, petiisse Caesari videbantur. Fortasse immerito; sed tamen eosdem per fraudem Rhenum transisse et clam cum Gallis de bello sibi inferendo egisse compererat, resque ita comparata erat, ut neque tum verum inveniri sine longa quaestione posset, quam si haberet Caesar, periculum esset, ne ab hostibus circumveniretur, neque postea ad liquidum perduci potuisse videatur, cum seniores scilicet se invitis proelium equestre commissum dicerent, iuniores autem plerique interissent. Atque illorum auctoritate Dionis Cassii narratio 39, 47 sq. maiores natu improbato iuniorum facto contra eorum voluntatem ad Caesarem deprecandi causa venisse et culpam in eos contulisse tradentis niti videtur. Catonem vero, quem Appianus Gall. c. 18 et secundum *Ταυσιον* quendam, quem Tanusium Geminum rerum scriptorem a Suetonio Iul. c. 9 memoratum putant, Plutarchus Caes. c. 22 Romae in senatu, cum Caesari supplicatio decerneretur, ob perfidiam dedendum eum barbaris eoque piaculo rempublicam poena liberandam censuisse tradunt, etiam Caesaris ex litteris re ita, ut in Commentario scripta est, cognita sententiam dixisse ab eius moribus non magis, quam a vero illud abhorret, quod idem Plutarchus Comp. Nic. et Crassi c. 4 et Cat. min. c. 51 ostendit, sententiam suam Catonem probasse nemini. Cui non repugnat quod Suetonius Iul. c. 24 *nonnullos* id censuisse scribit. Itaque ne Caesarem quidem excusationem facti quaerere, sed ingenue maiores natu a se retentos et ius legatorum quodammodo violatum fateri non est, quod miremur, quippe qui nec sibi nec ceteris omnibus quicquam, quod excusatione egeret, commisisse videretur.

Digitized by Google

2 lum intulissent: exspectare vero, dum hostium copiae augerentur equitatusque reverteretur, summae dementiae
3 esse iudicabat, et cognita Gallorum infirmitate, quantum iam apud eos hostes uno proelio auctoritatis essent consecuti, sentiebat; quibus ad consilia capienda nihil
4 spatii dandum existimabat. His constitutis rebus et consilio cum legatis et quaestore communicato, ne quem diem pugnae praetermitteret, opportunissima res accidit, quod postridie eius diei mane eadem et perfidia et

Cap. 13. §. 4. opportunissima] *opportunissime* „MSS. et Edd. plerique" Bong. C. Pal. sec. Confl. Pet. Gott. Voss. A. Egm. Dr. AB. Vrat. ABC. Goth. AB. Gu. Hamb. Vind. BCDEF. edd. ante Ald. et Gr. b. Emendationem ab Aldo factam confirmant Vind. A. Hav. A. et quantum ex silentio Plüschkii colligi potest, Bong. A. perfidia et simulatione] *s. et p.* VV. CC. Vrs. in Not. Vind. A. (hic *perfida* cum *i* superne addita) St. *perfidie et s.* Gu. *perfidis et s.* Rom. a. Med. a. προσποιήσει τε καὶ ἀπάτῃ Metaphr. In vulgata principium et fons priorem locum obtinet, in altera id, quod prius in conspectum prodibat, utramvis recte; neque quod §. 5 simulatio prius declaratur, quam perfidia, non ad utramvis verborum collocationem aptum est. Quare ambigas, utrum malis. Vulgatam codices tuentur, sed alteram insuper gradatio, quae dicitur, a minori ad maius commendat.

§. 4. His constitutis rebus] Propter ea, quae ad c. 6 extremum docui, existimandum videtur Caesarem has res, quas in superioribus secum reputasse dicitur, suis quoque proposuisse et secundum eas agendum esse ostendisse. Cf. 6, 9 *His constitutis rebus — facere pontem instituit.*

quaestore] Cf. 1, 52 §. 1 *Caesar singulis legionibus singulos legatos et quaestorem praefecit.* Ibi non magis, quam hic aut infra c. 22 nomen quaestoris memoriae proditum est, quem hoc quidem anno Pighius Ann. T. 3 p. 391 L. Roscium fuisse putat, alii M. Crassum statuunt, utrique coniectura ex locis quibusdam libri quinti sextique (5, 53 et 24. 46. 6, 6.) ducta, quorum locorum nec satis certa scriptura nec momentum ad hanc rem definiendam satis grave est.

ne quem diem pugnae praetermitteret] Possunt haec ad sequentia referri, quemadmodum Hausius interpretatus est: bot sich die schönste Gelegenheit an, das Treffen keinen Tag länger zu verschieben. Similiter *ne* dicitur 7, 32 *id ne accidat, positum in eius diligentia atque auctoritate* et Civ. 1, 19 *id ne fieri posset, obsidione atque oppidi circummunitione fiebat.* Sed propter verborum collocationem et quod consilium Caesaris nondum declaratum est quale fuerit, potius ad praecedentia referenda sunt ita, ut consilium cum legatis communicatum eo spectasse significetur, ne quem diem pugnae praetermitteret. Sic 5, 57 *ne quam occasionem rei bene gerendae dimitteret, cogitabat.* Tacitus Ann. 12, 32 *destinationis certum, ne nova moliretur nisi prioribus firmatis.* De casu autem nominis *pugnae*, quem Oud. dativum putasse videtur, equidem propter coniunctum ei *diem* non dubito, quin genitivus

Digitized by Google

simulatione usi Germani frequentes omnibus principibus maioribusque natu adhibitis ad eum in castra venerunt, simul, ut dicebatur, sui purgandi causa, quod contra 5
atque esset dictum et ipsi petissent, proelium pridie commisissent, simul ut, si quid possent, de indutiis fallendo impetrarent. Quos sibi Caesar oblatos gavisus 6

usi Germani] *G. u.* Vind. A. *Germani* in Goth. A. in marg. positum, in Iu. Graev. uncis inclusum est. Nescio, quid Scaligero suspicionem moverit, nisi suo in codice omissum vidit.

§. 5. sui purgandi] *p. s.* VV. CC. Vrs. in Not. Vind. A. Goth. A. St. ne id quidem male.

indutiis] Ald. nep. Cf. adn. cr. ad c. 12 §. 1. Vulgo *induciis.*

§. 6. Quos] *quibus* P. Man.

oblatos] corr. Dr. A. Ante corr. videtur *obligatos* fuisse. *ablatos* Hamb. (P. Man. tenuit *oblates.*)

gavisus] *gravius* „MSS. quos Hotomannus et Brandius videre;

sit et id Caesaris consilium fuisse dicatur, ne quem diem praetermitteret, quin *dies pugnae* esset.

Germani frequentes omnibus principibus — adhibitis] Si quaeras, quinam *omnibus* illis *adhibitis* ad Caesarem venerint, alios nisi ipsos *omnes* illos non invenias. Itaque hoc ita interpretandum est, ut illud c. 1 §. 1 *magna cum multitudine hominum.* Ratio autem locutionis eadem est, ut publico factum consilio ostendatur.

§. 5. simul — simul] Recte Rhellicanus hanc Graecam dicendi formam esse monuerat, Hotomannus vero exempla eius desiderabat, quae post Caesarem non ita rara sunt. Ex historicis Gesnerus in Thesauro quattuor certa Livii, totidem Taciti, unum Curtii, praeterea Oud. unum significavit Velleii 2, 22 §. 4, eumque ad locum notata a Burmanno conferri iussit, qui dum Gronovium ad Livii 33, 12 docuisse dicit „omitti tamen hanc particulam semel positam etiam solere" non satis perspectam habuisse rationem dicendi videtur. Semel positum *simul* seorsum commemoratae rei alteram addit temporis communione coniunctam: bis positum communionem eam pariter ad prius commemoratum atque ad alterum pertinere et rem duplicem enuntiari significat, cuius duplicitas in eo posita sit, quod utraque pars in idem tempus incidat. Veluti h. l. consilium Germanis duplex fuisse unoque tempore eos et purgare se et fallere Caesarem voluisse docemur idque statim initio cogitare, non postea demum fallendi consilio commemorato colligere cogimur. Si vero res duae non solum tempore, sed etiam alio modo coniunctae cogitantur, pro altero *simul* copula ad eam coniunctionem significandam adhibetur, ut 8, 16 *fuga timoris simul calliditatisque plena*, et Livii loco 33, 12 *ita componendam pacem esse, ut Graecia etiam absentibus Romanis satis potens tuendae simul pacis libertatisque esset*, quod non prorsus idem est ac si dictum esset *simul pacis*, *simul libertatis.* Sed facile intelligitur pro arbitrio fere scriptoris vel solam in temporis communione positam vel alio quoque vinculo effectam duarum rerum coniunctionem respici ideoque pro *simul — simul* plerumque *simul — atque*, *ac*, *et*, *que* recte dici posse.

sui purgandi] Cf. adn. ad 3, 6 §. 1.

Digitized by Google

illos retineri iussit: ipsè omnes copias castris eduxit equitatumque, quod recenti proelio perterritum esse existimabat, agmen subsequi iussit. 14. Acie triplici instituta et celeriter octo milium itinere confecto prius ad

neque aliter Bongars. Petav. Vossiani, Leidenses, Scalig. Egm. Lov. Gott. Duk. Dorv. aliique cum Edd. priscis." „Stephan. liber et alii complures" Hot. Carr. cod. Turr. Pet. Bong. C. Pal. Gott. Voss. A. Egm. Lov. Lb. Pariss. excepto B., in quo *gavis.*, sup. a m. s. *gravius*, scriptum est; Dr. AB. Vrat. ABC. Goth. AB. Hamb. Vind. CFI. edd. ante Ald. Cum Aldo faciunt Hav. A. Vind. A. et fortasse Gu., ex quo nihil ab Aldo discrepans affertur; cui rei certe plus tribuendum, quam Vindobonensis collatoris de Vind. BDE. silentio; item Metaphr., qui τούτοις δὲ παροῦσιν ὁ Καῖσαρ ἡσθεὶς posuit; neque dubito, quin *gavisus* verum sit. Nam quod Herzogius parum id Caesare dignum existimat, nonne quam rem *opportunissimam* dixisset, ea se *gavisum* fateretur? Denique ut Aldinae scripturae, quae mihi ex incorrupto libro ducta videtur, nullam nisi coniecturae auctoritatem concedamus, quidnam eorum, quae viri docti coniecerunt, ei comparandum putabimus? Lipsio *gratis*, Heinsio *ingratiis*, Oud. *gratulatus*, Herzogio *gravatus* placebat, quae aut longius a codicum lectione recedunt, aut scriptoris usui aut sententiae minus conveniunt.

illos] „And. S. Bong. Vossiani, Pet. Egm. Gott. Leid. C. Duk. inc." Par. B. Hav. A. cum potiore parte meorum. om. reliqui Oud. Carr. cod. Brant. Dr. B. Vrat. C. Goth. D. Hamb. edd. ante Oud., qui merito restituit. Sed quod *is* et *ille* saepissime abundare, item quod perspicuitati Iulianae *illos* apprime convenire dicit, non intellexisse videtur minime id h. l. abundare neque tam perspicuitatis causa additum esse, quam quo plenior et illustrior fieret gaudii significatio, obiecto verbi *gavisus* ad id solum relato neque cum altero verbo communicato. Cf. Civ. 3, 9 *celeriter cives Romani ligneis effectis turribus his sese munierunt.* Ibi sane *his* etiam ad ambiguitatem vitandam facit. — Quid Petrarcha in suis libris invenerit, incertum est: *quos ubi Caesar aspexit, nulla penitus de re auditos illico capi iussit.* Hist. 9, 10.

§. 6. ipse — eduxit] In his inesse aliquid, quod praecedentibus *illos retineri iussit* oppositum sit, et eius oppositionis causa ibi pronomen repetitum et *illos* potius, quam *eos* dictum esse, non omnes interpretes fugit, sed qui opposita contineri verbis *illos* et *ipse* putant, falli videntur. Nam si Caesar copias non eduxisset, sed in castris mansisset, *illos retineri iussit*, *ipse castris se tenuit* scribi vix potuisset. Vt enim vera sit et perfecta oppositio, ad personarum diversitatem accedat necesse est rerum seu actionum diversitas, quam h. l. verba *retineri* et *eduxit* perspicue demonstrant. Quod autem ad personas attinet, nescio an non solum *illis*, quos retineri Caesar iusserit, sed etiam *retinentibus*, qui ipsius milites erant, *ipsum* Caesarem opponi statuendum sit. Cf. 3, 9 *naves interim longas aedificari — nautas gubernatoresque comparari iubet. His rebus celeriter administratis ipse, cum primum per anni tempus potuit, ad exercitum contendit.*

Cap. 14. §. 1. octo milium itinere confecto] Ex comparatione

Digitized by Google

hostium castra pervenit, quam quid ageretur, Germani sentire possent. Qui omnibus rebus subito perterriti, 2 et celeritate adventus nostri et discessu suorum, neque consilii habendi neque arma capiendi spatio dato pertur-

Cap. 14. §. 2. consilii] *consilium* Leid. A. Gronovius ad Liv. 44, 2 eumque secutus Oud. *concilii* requirebant, quia apud Germanos non paucorum, sed commune totius populi consilium esset, quod in concilio seu conventu omnium agitari consuesset. Consilium autem haberi a rege vel imperatore, adhibitis de populo quibusdam vel magistratibus vel dignitate et prudentia conspicuis. Sed *discessu suorum*, h. e. principum et seniorum, Germani quo minus concilium haberent, impediri non poterant, consilium vero, ex quo deinde res ad concilium referretur et totius populi consensu sanciretur, absentibus omnibus consiliorum auctoribus fieri vix poterat ut haberent. Et tamen scriptor discessum illum non aliam ob causam commemorasse et cum celeritate adventus Romanorum coniunxisse videtur, nisi ut quemadmodum hac, ita illo rerum maxime necessariarum spatium et facultatem praereptam Germanis esse demonstraret. Itaque per se magis probabilis librorum scriptura habenda est. De moribus autem et institutis Vsipetum et Tencterorum neque nobis satis constat neque Caesar cognitum aliquid habuerit, quod obstaret, quin quae Romanorum in eiusmodi casu consuetudo et rerum naturae maxime consentanea agendi ratio esset, eandem illis tribueret, praesertim cum reliqua quoque, quae usque ad eum diem gesta essent, ex principum et seniorum consilio gesta et administrata existimasse videatur.

c. 11 §. 1 et 4 intelligitur Caesarem quamvis insidiis et proelio ab hoste petitum tamen non longius die pristino, quam quousque dixerat, processisse. Sed non dubitandum, quin id loci opportunitate commotus et aquationis causa potius, quam fidei servandae fecerit. De dicendi genere monui ad 2, 12 §. 1.

quam quid ageretur, Germani sentire possent] Sententiam perspexit Petrarcha Hist. 9, 10 *ante illis apparuit, quam quid de legatis suis esset, quidve de hostibus, scire aliquid potuissent.* — *Germani* non tam perspicuitatis, qua salva omitti poterat, quam numeri gratia additum videtur. De verbo *sentire* cf. adn. cr. ad 1, 54 §. 1.

§. 2. omnibus rebus] quae quidem aliquid momenti ad Germanorum animos vel confirmandos vel perterrendos habere poterant. Eae omnes eiusmodi erant, ut terrorem iis incuterent. Cf. adn. ad 8, 17 §. 5. Sed causa tam iniquae rerum conditionis duplex erat.

discessu suorum] non equitum trans Mosam missorum, quae Graeci interpretis, sed principum maioremque natu, quae Hotomanni sententia est. Equites iam aliquot dies aberant, eosque ante pugnam committendam reversuros esse non ita pro certo posuerant Germani, ut discessu eorum *subito* perterreri possent. Sine principibus et senioribus vero sibi pugnandum fore non putaverant. Quod autem *discessu*, non *retentione* illorum perturbati dicuntur, mirari non debebat Hotomannus, cum discessisse eos necdum redisse scirent Germani, retineri a Caesare non scirent.

neque consilii habendi neque arma capiendi] Cf. 3, 6 *neque cognoscendi, quid fieret, neque*

Digitized by Google

bantur, copiasne adversus hostem ducere, an castra de-
3 fendere, an fuga salutem petere praestaret. Quorum timor cum fremitu et concursu significaretur, milites nostri pristini diei perfidia incitati in castra inruperunt.
4 Quo loco qui celeriter arma capere potuerunt, paulisper

adversus hostem ducere] In Vind. D. et edd. ante Ber. *hostem*, cuius loco Dr. B. et Hamb. *hostes* exhibent, omissum, in Vind. A. Aldinis, Gr. a. P. Man. Turr. Lips. et sqq. non *ducere*, sed *educere*, in Leid. A. *castris educere* scriptum est. Mihi simplex praestare videtur, quod „MSS. plerique et Edd. Vett." VV. CC. Vrs. in Not. cod. Brant. Pet. Bong. C. Pal. sec. Confl. Gott. Voss. A. Egm. sec. Fabr. Bong. A. Dr. AB. Vrat. ABC. Goth. AB. Hamb. Gu. Vind. BDI. edd. ante Ald. St. Vasó. Gr. b. tuentur. Nam adversus hostem, qui nondum in castra inrupisset, ducendas copias e castris educendas fuisse quisque per se intelligit. Cur igitur argutius hic, quam e. c. 7, 61 (*reliquas copias contra Labienum duxerunt*) egisse scriptorem sine ulla paene auctoritate credamus?

§. 3. inruperunt] Bong. A. Vrat. A. Vind. A. non *irr.* (*eruperunt* Vrat. C. *irruerunt* Hamb. *irrumpunt* Flor. Ven. f.)

§. 4. Quo loco] Carr. cod. Turr. Pet. Bong. C. sec. Confl. Pet. Gott. Voss. A. Egm. sec. Fabr. Bong. A. Dr. A. Vrat. AB. Goth. A. Gu. Vind. BF. Par. A. nonnulli Oud. inc. *quo in loco* MSS. sec. Cl. „unus et alter recentiorum" Dr. B. Vrat. C. Goth. B. Hamb. Vind. DE. edd. ante Iu. Cl. *quorum* S. ut videtur, Cu. And. Ox. Leid. A. Vind. A. Hav. A. Par. B. Iu. Grasv. Dav. Oud. Id si a Caesare positum putamus, negligentius positum putare et eodem, quo *quorum* ante *timor* §. 3 referre debemus. Nam Oudendorpii

sui colligendi hostibus facultatem relinquunt. ubi item nonnihil ab aequabilitate discessum est. Item 5, 12 *praedae ac belli inferendi causa*.

perturbantur, copiasne — praestaret] Si verbo *perturbantur* vulgarem significationem tribuimus, ad sequentia adsciscere *dubitandi* notionem debemus, quo facto neque facile dixerimus, utrum pro *perturbati dubitant*, an pro *dubitantes perturbantur* positum, seu utrum perturbatio pro causa, an pro effectu dubitationis habenda sit, neque illud incommodum evitaverimus, quod qui modo *perterriti* sunt dicti, iterum *perturbari* dicuntur. Itaque non adsciscenda neque subaudienda dubitandi notio, sed ipsum *perturbantur* pro *dubitant* accipiendum videtur, ita ut perturbatio non alia in re nisi in animi fluctuatione posita cogitetur. Cf. Liv. 32, 13 *ibi stativis rem per aliquot dies habitis fluctuatus animo est, utrum protinus in regnum se reciperet, an reverti in Thessaliam posset*. Simili figura Caesar Civ. 1, 21 *ut alius in aliam partem mente atque animo traheretur, quid ipsis Corfiniensibus, quid Domitio, quid Lentulo, quid reliquis accideret*.

§. 3. concursu] Castrorum situs et munitio necesse est eiusmodi fuerit, ut quid intus fieret, extra cerni posset. Fortasse in loco acclivi carros tantum et impedimenta pro vallo obiecerant, ut Helvetii 1, 26. Petrarcha signorum fluctuationem ex c. 15 §. 1 finxit.

incitati] Cf. adn. ad 1, 4 §. 3.

Digitized by Google

nostris restiterunt atque inter carros impedimentaque 5
proelium commiserunt; at reliqua multitudo puerorum
mulierumque (nam cum omnibus suis domo excesserant,
Rhenumque transierant) passim fugere coepit; ad quos
consectandos Caesar equitatum misit. 15. Germani
post tergum clamore audito, cum suos interfici viderent,
armis abiectis signisque militaribus relictis se ex castris 2
eiecerunt, et cum ad confluentem Mosae et Rheni per-

ratio, qui *sc. castrorum homines* explicandi causa adscripsit, non minus, quam Baumstarkii, qui *castra* per synecdochen pro iis, qui in castris sunt, accipit, linguae usui repugnare videtur. Sed illi negligentiae a Caesaris scribendi genere non ita alienae h. l. ob interiectum *milites nostri* coniuncta est ambiguitas, quae plane ab eo aliena est. Quare *quorum* per librariorum negligentiam ex superiore illo illatum, *quo loco* genuinum videtur. Nam praepositioni codices locum, quem alibi sine controversia obtinet, negant.

§. 5. consectandos] *consectando* Vind. C. *scetandos* Hamb. „*conservandos* aliquando legendum existimavi, ne Caesar de sua ipse in pueros et mulieres saevitia testaretur.“ Hotom. Non sine omni ratione Hotomannum hic offendisse ex iis, quae ad 1, 26 §. 4 animadverti, colligi potest. Sed *conservandos* et sequentibus et rei ipsi repugnat. Etenim ulciscenda erat perfidia.

Cap. 15. §. 1. post tergum] *postergum* Vind. B. *post terga* Vind. A. et, quod Oud. silentio praeteriit, Ald. Gr. a. P. Man. Turr. Sine varietate *post tergum* legitur c. 22 §. 2 et 7, 62. 84. 88. et h. l. singularem ex. Fabr. in Pet. Gott. Voss. A. Egm., ex. Confl. in Bong. C. Pal. legi testatur; quibus omnes a me visi praeter unum Vind. A. suffragantur.

ex castris] *e c.* Vind. A. *castris* Ox. Dr. A. contra consuetudinem scriptoris. Cf. 5, 15. 21. 7, 28. 47. Civ. 3, 96. Non aliter Hirtius Alex. c. 17. 19. 20. 21.

Cap. 15. §. 1. post tergum clamore audito] Clamor erat puerorum et mulierum, qui dum Germani adversus inrumpentes in castra Romanos pugnant, passim fugere et aversam ab hostibus regionem petere coeperant et iam ab insequentibus Caesaris equitibus caedebantur. Eum *post tergum* conversorum in Romanos Germanorum audiri necesse erat.

signisque militaribus] Cuiusmodi ea fuerint, ignoramus. Etiam Gallorum signa militaria commemorantur, non describuntur 7, 2 et 88.

§. 2. ad confluentem Mosae et Rheni] sc. alveum. Nam quod alii subaudiunt *amnis* nomen, non solet id genitivo coniungi. Sine ellipsi dicendum erat *ad confluentes Mosam et Rhenum*, quemadmodum est in inscriptione, quam exhibent Annales Instituti archaeologici a. 1834 p. 146 *a Forulis ad confluentis Atternum et Ticinum.* Locus ipse a scriptore his verbis significatus alius esse nequit, nisi is, quo c. 10 §. 1 Mosam *ab Oceano milibus passuum* LXXX. *in Rhenum influere* ostendit. Ac si ita, ut in adn. ad c. 9 §. 3 demonstratum est, rem in sinistra parte Mosae gestam putamus, omnium rerum probabilis existit convenientia, nec usquam aut secum ipse

Digitized by Google

venissent, reliqua fuga desperata magno numero interfecto reliqui se in flumen praecipitaverunt atque ibi timo-
3 re, lassitudine, vi fluminis oppressi perierunt. Nostri ad unum omnes incolumes perpaucis vulneratis ex tanti

§. 2. in flumen] *in flumine* S. Leid. A. Voss. B. ex usu recentioris aetatis, de quo dictum est in adn. cr. ad verba *in conspectum venire* c. 12 §. 2. (In Vrat. A. Hamb. *in flumen* ante *se* posita sunt.)

lassitudine] *et l.* Pet. sec. Conf. et Fabr. Gott. Vrat. B. Goth. A. Gu. Hamb. inc. Id probare debebat Baumstarkius, qui huius et proxime praecedentis ablativi diversam a sequente rationem statuens vim fluminis causam interitus, timorem et lassitudinem causam, cur vi fluminis interierint, fuisse interpretatur. Sed id, quod illis mortem afferebat, non vis fluminis erat, sed ipsum flumen seu aqua, quae eos suffocabat. Vis fluminis efficiebat, ut qui se in flumen praecipitaverant, abriperentur, ut emergere ex aqua et transnare non possent. Nec alia erat timoris et lassitudinis ratio. Primo autem loco timor ponitur, quippe qui inde ab initio fugae animos eorum occupatos tenuerat, secundo lassitudo, quae per ipsam fugam accesserat, tertio denique vis fluminis, ut quae novissima et ultima interitus causa erat.

vi fluminis] om. Voss. A a m. pr. *flumine* idem a m. sec. et Voss. B. *in flumine* Pet. (ex quo intelligi potest, cur in eodem *et lassitudine* scriptum sit.) *in fluminis* Gott. sec. Fabr. *in fluminis alveo* Egm. Vrat. A. (notabile in horum integritate vitium.) *et vi flumine* Goth. B. a m. pr. *et vi fluminis* idem a m. sec. et Dr. B. Vrat. BC. Hamb. Vind. B. et, qui *et vi* in marg. ponit, Goth. A. cum edd. ante Oud. plerisque. Copulam Oud. auctoritate Bong. A. Leid. A. S. Ox. Aic. St. sustulit. Accedunt Hav. A. Vind. A. Dr. A. ut de asyndeto dubitari non possit, quod Oud. insuper multorum exemplo locorum tuetur. Est tamen et copulae secundum inter et tertium idemque ultimum nomen locus. Vide 3, 20 *Tolosa, Carcasone et Narbone.* 1, 29 *pueri senes mulieresque.* huius libri c. 4 §. 2 *agros, aedificia vicosque.* Civ. 2, 1 *aggerem, vineas turresque.* Et huius quidem modi ut apud Ciceronem, de quo monuit Zumptius §. 783, ita apud Caesarem plura exstant: copulae *et* alterum exemplum certum non habeo. Nam quod 7, 24 apud Oud. legitur, *luto, frigore et adsiduis imbribus*, incertum est. Reliquarum copularum fere eadem est ratio: *ac* nusquam, *atque* uno loco ita positum est. Civ. 1, 4 *iudiciorum metus, adulatio atque ostentatio sui et potentium.*

pugnat scriptor aut ambigue quicquam vel obscure significavit. Ceterum quam vere hoc retulerint il, qui Caesari renuntiarunt, alia est quaestio.

magno numero interfecto] Huius caedis initium non tum demum factum est, cum Germani de reliqua fuga desperare, sed cum primum se ex castris eiicere coeperunt. Multi in fuga interfecti erant, cum reliqui ulterioris fugae spe abiecta se in flumen praecipitaverunt.

§. 3. ex tanti belli timore] Non re vera, sed opinione et timore magnum futurum fuerat bellum, quod cum tanta multitudine gerendum esset. Itaque non ex tanto bello, sed ex tanti belli ti-

Digitized by Google

belli timore, cum hostium numerus capitum ccccxxx. milium fuisset, se in castra receperunt. Caesar his, 4
quos in castris retinuerat, discedendi potestatem fecit. Illi supplicia cruciatusque Gallorum veriti, quorum agros 5
vexaverant, remanere se apud eum velle dixerunt. His Caesar libertatem concessit.

§. 3. ccccxxx.] Bong. A. Dr. AB. Vrat. BC. Goth. AB. Vind. ADEFI. edd. ante Ald. nep. et Turr. Cl. In Vind. E. *ta* in Vind. A. *torum* et *ta* superne adscripta. *xxx* Vind. C. *quadringentorum triginta* Egm. sec. Fabr. Vrat. A. et, qui *treginta* habet, Hamb. *cDXXX* Ald. nep. Lips. Iu. Graev. Dav. Oud.

§. 4. his] *hiis* Gott. sec. Fabr. Vrat. BC. Hamb. *iis* Rom. a. Med. a. Ven. b. Ald. et sqq. usque ad Oud., qui tacite *his* scripsit, quod sec. Fabr. in Pet. Voss. A. Egm. Lov., item in Bong. A., in Vind. F. Gu. et in reliquis a me collatis legitur.

§. 5. His] *hic* Hamb. *hiis* Gott. sec. Fabr. Vrat. BC. Vind. A. *iis* Rom. a. Med. a. Ven. b. Ber. Aldinae, Gr. a. Turr. et sqq. usque ad Oud. qui idem h. l., quod §. 4 fecit. Auctores sunt Pet. Voss. A. Egm. sec. Fabr. Bong. A. Vind. FI. cum reliquis a me visis.

more se recepisse dicuntur. Cuius dictionis significatio ab illa, qua *ex timore se recipere* idem est, quod *animum recipere*, prorsus diversa et addito *in castra* satis discreta est. Cf. infra c. 27 §. 1.

capitum ccccxxx. milium] Orosius 6, 8 extr. *Caesar Germanos, qui Rhenum cum inmensis copiis transmiserant, simul et totas Gallias subiicere sibi parabant, bello adortus usque ad internecionem cecidit. Quorum fuisse numerum ad ccccxl. milia ferunt.* Magis discrepat Plutarchus comp. Nic. et Crassi c. 4 trecenta milia Germanorum in fugam conicta memorans. Sed Caes. c. 22 eorum, qui Rhenum transissent, quadringenta milia caesa, paucos ex fuga a Sugambris receptos esse tradit. Caesar dum numerum omnium, qui domo exierant, ccccxxx. milia fuisse ostendit, quartam circiter partem, detractis tamen equitibus trans Mosam missis, in fuga et in flumine perisse significat, si quidem eorum, qui arma ferre possent, numeri ad universos rationem eandem in Germanis, quam in Helvetiis, de quibus 1, 29 dictum est, statuere licet. De pueris mulieribusque certi nihil tradit, fortasse nec ipse compertum habuit.

§. 5. cruciatusque] Cf. adn. cr. ad 2, 31 §. 4.

vexaverant] Cf. adn. ad 1, 14 §. 2. Non tantum Menapiorum agros vexaverant, quemadmodum *Ludewius* narrat Geschichte des teutschen Volkes T. 1 p. 624, sed etiam in Ambivaritos praedatum miserant et Eburonum Condrusorumque in agros incursionem fecerant.

libertatem concessit] Cum discedendi potestate a Caesare, qui eos pro captivis retinuerat, eodem imperatoris iure, quo 7, 90 captivos Haeduis reddidit, oblata uti noluissent seque apud eum remanere velle dixissent, Caesar alterum pro iure suo fecit et quos praedae nomine vel ipse in servitute habere vel suis militibus addicere posset, ut 7, 89 ex captivis toto exercitu singula capita distribuit, eis libertatem conces-

Digitized by Google

16. Germanico belle confecto multis de causis Caesar statuit sibi Rhenum esse transeundum; quarum illa fuit iustissima, quod, cum videret Germanos tam facile impelli, ut in Galliam venirent, suis quoque rebus eos timere voluit, cum intellegerent et posse et audere populi

Cap. 16. §. 1. sibi Rhenum esse transeundum] *esse* in „MSS. quibusdam et Edd. pp.“ Dr. B. Vrat. C. Goth. B. Hamb. Vind. E. Rom. a. Med. a. Ber. post *sibi* positum, in Leid. A a m. pr. omissum est, idque Oud. iudice non male. Sic sane 3, 20 §. 1 *cum intellegeret in his locis sibi bellum gerendum.* Sed reliquis in locis nisi postposito verbo, ut 1, 11 §. 6 *non exspectandum sibi statuit*, non omissum est *esse.* Cf. 2, 31 §. 2 *si forte — statuisset Aduatucos esse conservandos.* 8, 48 *quod ego non exi-*

sit et liberorum loco apud se remanendi potestatem fecit.

Cap. 16. §. 1. tam facile] Non igitur fidem habuit iis, quae supra c. 7 §. 4 Usipetes dixisse refert: *venisse invitos, eiectos domo.* Quamquam hoc quidem ipse c. 4 §. 2 narravit, agris a Suevis expulsos esse.

voluit] Rarus est perfecti usus in eo verbo, quod fere continuatam per aliquod tempus actionem significare solet, neque in priori *fuit* causam eius quaerendam esse ex 3, 1 §. 2 intelligi potest: *causa mittendi fuit quod iter per Alpes — patefieri volebat.* Accedit quod huius causae ratio imperfecto *videret* reddita est, quod item continuatam significat actionem. Nihilo minus absolutum quoque voluntatis motum et quasi propositum apud animum edictum causam decreti alicuius habere possumus, idque Caesari h. l. sufficere visum est ad causam consilii illius reddendam. Cf. Civ. 3, 51 *Sulla hoc fuit contentus neque proelio decertare voluit.* Afr. 51 *voluit etiam experiri, cum propius hostem accessisset, haberetne in animo dimicare.* Hisp. 2 *neque ut ipse voluit, equitatum sibi praesidio habuit.*

cum intellegerent] Huius rei tempus idem, quod verbo *timere* indicatae est, idque tum, cum Caesar hoc volebat, futurum, sed futuri significatio neque in hoc neque in illo, sed in notione *voluit* verbi inest, cuius loco si positum esset *gavisus est*, tum, cum gaudebat, praesentem, si *gavisus erat*, tum, cum erat, praeteritam et intelligendi et timendi actionem statuere cogeremur. Ex quo sequitur hoc coniunctivo atque illo infinitivo omnino non tempus, sed solam rem demonstrari, imperfectum autem positum esse propterea, quod haec omnia ut praeterita narrantur. Nam illo ipso tempore, quo fiebant, si quis conscius de Caesaris voluntate interrogatus esset, haud dubie *vult eos timere, cum intelligant* respondisset. Cf. 3, 2 §. 4 *quod propter iniquitatem loci, cum ipsi ex montibus in vallem decurrerent et tela coniicerent, ne primum quidem posse impetum suum sustineri existimabant.* 5, 5 §. 3 *quod cum ipse abesset, motum Galliae verebatur.*

et posse et audere] Cf. locus a Brantio monstratus Civ. 1, 62 *ut equites, etsi difficulter atque aegre fiebat, possent tamen atque auderent flumen transire.* et qui ei simillimus est, ib. 64 §. 3. Multi autem possunt quod non audent, alii etiam quod non possunt, audent. Itaque non sine ratione *et — et* positum est.

Digitized by Google

Romani exercitum Rhenum transire. Accessit etiam 2
quod illa pars equitatus Vsipetum et Tencterorum, quam supra commemoravi praedandi frumentandique causa Mosam transisse neque proelio interfuisse, post fugam suorum se trans Rhenum in fines Sugambrorum receperat

stimavi mihi esse faciendum. Civ. 3, 44 *quod eo tempore statuerat non esse faciendum.* Itaque vulgata non sollicitanda est. Similiter Cic. Fam. 5, 2 §. 1 in verbis *ut ea, quae statuisses tibi in senatu de mea laude esse dicenda, reticeres* cum cod. Med. et Vrat. *esse* tenendum neque a Martyni — Laguna expungendum fuit.

§. 2. Tencterorum] Gott. Voss. A. Egm. sec. Fabr. *Teucter.* Vrat. B. *Tencher.* Lov. sec. Fabr. *Tenctber.* Bong. A. Dr. B. Vrat. A. Vind. EF. *Teuther.* Bong. C. sec. Confl. *Tenether.* Pet. sec. Fabr. Vind. A. *Tenecher.* Hamb. *Tanctber.* Dr. A. Vind. B. *Tenocer.* Vind. C. et *h* super *ce* a m. s. posita Goth. A. *Tencather.* Pal. sec. Confl. Goth. B. Flor. Ven. f. *Tenchater.* Vrat. C. Ven. cde. *Thencater.* Ber. *Tenocatorum* Vind. D. *Thencateorum* Rom. a. Med. a. *Tenchateorum* Ven. b. Cf. adn. cr. ad c. 1 §. 1.

commemoravi] *memoravi* „MSS. tres." Lov. Bong. A. Dr. B. Vrat. C. Goth. B. Vind. E. edd. ante Ven. f. *memoravimus* Hamb. In vulgatis Commentariorum recensionibus verbum *memorare* nusquam, in codicibus raro compositi loco legitur, e. c. c. 17 §. 1 in Vind. D. 8, 22 et 47 in paulo pluribus.

Sugambrorum] Voss. A. Egm. sec. Fabr. V. C. Vrs. in Not. „liber meus" idem in Emend. Bong. A. Vrat. A. Vind. A. cum

§. 2. Accessit] Tempus historicum in hac verbi significatione indicat eam rem, quae *accessisse* dicitur, tempore discretam fuisse ab ea, ad quam accessit. Nam quae in idem tempus incidere et unum quasi corpus efficere videntur, earum altera *accedere* ad alteram dicitur. Sic 3, 2 §. 5 *accedebat quod suos ab se liberos abstractos obsidum nomine dolebant.* Item ib. c. 13 §. 9. 5, 6 §. 2 et 16 §. 4. Civ. 3, 32 §. 5 et 110 §. 3. Sed ib. 24 §. 4 eadem, quae h. l. forma est: *ad hoc detrimentum accessit ut equitibus per oram maritimam ab Antonio dispositis aquari prohiberentur;* quibus verbis iam accepto detrimento alterum postea illatum coniungitur. Quamquam interdum id quoque, quod prius factum est, *accessisse* ad posterius dicitur, ut h. l. et Civ. 3, 79 *accessit etiam ex improviso aliud incommodum, quod Domitius — discesserat.* Afr. 47 *ad hoc autem incommodum accesserat quod Caesar non more superiorum imperatorum in hibernis exercitum continebat.*

supra] c. 9 §. 3.

trans Rhenum] Hoc illud est, quod interpretationem nostram verborum c. 9 §. 3 commendare supra ostendimus, qua adhibita equites Germanorum inter Mosam et Rhenum versantes facile intelligitur post fugam suorum commodiorem receptum habuisse nullum. Contra si in sinistram Mosae ripam transgressi statuuntur, non modo iterasse Mosam, sed etiam illas regiones, in quibus fusis fugatisque suis Romanos victores versari scirent, repetiisse statuendi sunt, quod prorsus a vero abhorret.

Digitized by Google

3 seque cum iis coniunxerat. Ad quos cum Caesar nuntios misisset, qui postularent eos, qui sibi Galliaeque
4 bellum intulissent, sibi dederent, responderunt: Populi Romani imperium Rhenum finire: si se invito Germanos in Galliam transire non aequum existimaret, cur sui quicquam esse imperii aut potestatis trans Rhenum

parte codicum Oud., qui cum Lipsio et sqq. edd. h. l. et infra c. 18 et 19 et 6, 35 *Sigambr.* scribens de varietate lectionis nihil docet, nisi MSS. qdd. et Edd. Vett. *Sugamb. Sicamb.* exhibere. *Sigambrorum* exhibent h. l. Pet. Gott. sec. Fabr. Dr. A. Goth. A. Vrat. B. Gu. Lips. et sqq. *Sigabrorum* Hamb. *Siccambrorum* Vrat. C. *Sicambrorum* „omnes" Brant. Dr. B. Goth. B. Vind. CE. Petr. Hist. 10, 5. Metaphr. (*Σικάμβρους*) edd. ante Lips. exceptis Flor. Ven. f., quae habent *Sycambr.*, quod Hubertus Leodius apud Rhellicanum in vetustis codicibus, ut *Sygambr.* Lambinus apud Brantium in aliquot MSS. reperiri dicit. De tertia littera codices dubitare non sinunt, quin Caesar *g* posuerit, secundam incertam relinquunt, ita tamen, ut in *u* inclinent. Et apud Tacitum *Sygambri* sunt Ann. 2, 26. 4, 47. 12, 39. item apud Orosium 6, 9 in. in codd. plerisque Havercampii et in V. C. Vrsini. Apud Horat. Carm. 4. 2, 36 et 14, 51 *Sygambros* non sine auctoritate et ratione praetulerunt, item apud Sueton. Aug. c. 21 (ubi in priore Vrat. est *Sicc.*) Apud reliquos fere *Sicambri* sunt, Propert. 4. 6, 77. Martial. Spect. 3. Flor. 4, 12 §. 25. Sidon. Apoll. Epist. 4, 1. Aurel. Vict. Epit. 1 §. 7. Paulo minus variant Graeci. In Dione 39, 48 et 54, 32 *Συγάμβρους* dedit Sturzius, et Ptolemaeo 2, 11 *Σύγαμβροι* vocantur. Apud Strabonem l. 4 p. 50 Tz. *Σουγάμβροι*, rectius *Σούγαμβροι* l. 7 p. 325 et saepius (in cod. Mosq. *Σούγαβροι*) et apud Plutarchum Caes. c. 22. (in quibusdam libris *Σίκαμβροι*) legitur, Appiano Gall. 1 p. 76 Schw. *Σούκαμβροι* nominantur. Cf. adn. cr. ad c. 18 §. 2. 4. c. 19 §. 4 et ad 6, 35 §. 5. Lipsio et recentioribus *i* placuisse videtur ob nomen *Segi* seu *Sigi* fluminis, quod in illa regione fertur, hodie die Sieg appellatum. Cf. Speneri Not. Germ. ant. 4, 3 §. 17. Alia proposuit *Zeussius* l. c. p. 83.

iis] *hiis* Vrat. BC. Hamb. *his* Pet. sec. Fabr. Dr. AB. Goth. A. Vind. BCFI. Ven. cdef. St. Gr. b. *populis* Vind. A. Vulgatam auctoritate Bong. A. Vrat. A. Goth. B. et eorum, qui secundum Fabr. consentire in ea videntur, tenendam putavi. Oud. tacet.

§. 4. sui] *sibi* Vind. E. St.

§. 4. sui quicquam esse imperii] Si genitivus ex pronomine pendet, *esse trans Rhenum* coniungenda et pro *locum ibi habere* accipienda sunt, et Caesar totum imperium suum cis Rhenum habere nullamque eius partem trans flumen versari velle iubetur. Quod ut ferri possit, tamen interpositum *esse* et additum *aut potestatis* faciunt ut genitivos ad *esse*, pronomen ad *trans Rhenum* referre malim; qua ratione hoc simile fit illi 1, 21 §. 2 *quid sui consilii sit* et tribus ibi in adnot. collatis, quibus addere licet Civ. 1, 13 *docent sui iudicii rem non esse.* Alex. 60 *Marcellus cum confligere miserrimum putaret — neque suae potestatis esset,*

Digitized by Google

postularet? Vbii autem, qui uni ex Transrhenanis ad 5
Caesarem legatos miserant, amicitiam fecerant, obsides
dederant, magnopere orabant, ut sibi auxilium ferret,
quod graviter ab Suevis premerentur; vel si id facere 6
occupationibus rei publicae prohiberetur, exercitum mo-

§. 5. ad Caesarem legatos miserant] Vocem *legatos* in And. Ox. Vind. A. Hav. A. omissam, in Leid. A. ante *ad Caes.* positam Oud. insiticiam esse suspicatur suamque ad 1, 34 §. 1 adnotationem conferri iubet. Si vera sunt quae ibidem a me sunt dicta, legatorum nomen non magis h. l. omitti potuit, quam e. c. 3, 28 §. 1, ubi Morinis atque Menapiis vitio vertitur, quod nunquam ad Caesarem legatos de pace misissent. Nam eadem ratione Vbiorum hoc quasi meritum commemoratur, quod legatos miserant. Praeterea magnum h. l. concinnitas detrimentum remoto illo caperet. Itaque temere in eo libro, ex quo And. etc. ducti sunt, omissum, deinde in margine positum atque ex margine in Leid. A. non suo loco receptum videtur.

magnopere] *magno opere* Hamb.

ab Suevis] om. Lov. sec. Fabr. Hamb. *a Suevis* „MSS. et Edd. qdd." Egm. Dr. AB. Vrat. AC. Goth. AB. Vind. EF. edd. ante Ven. f. Cf. adn. cr. ad 2, 14 §. 3.

§. 6. rei publicae] VV. CC. Vrs. in Not. S. Cu. Ox. Leidenses, margo Pet. „aliique" Hav. A. Par. B. Vind. A. Petr. Hist. 10, 3. Iu. et sqq. *populi Romani* MSS. sec. Cl. „ceteri" Vrat. A. Rom. a. Ber. Ven. f. Ald. Gr. a. St. *populi Rom.* Gr. b. *populi Ro.* Dr. AB. Vind. D. Med. a. Ven. bc. Turr. *populi R.* Voss. A. P. Man. Ald. nep. Lips. *popu. Ro.* Ven. de. *po. Ro.* Vind. C. *p'p. Ro.* Hamb. *p. R.* Bong. A. Par. A. Vrat. BC. Goth. AB. *Romani populi* Vind. B. Id quidem ex litteris singularibus *r. p.* originem ducere apparet, quibus, cum *rei publicae* nomen significaretur, *populi Romani* significari putantes librarii inversione opus esse statuerent. Sic vulgata ante Scaligerum lectio exstitit, quae neque illo modo intelligi potest, quo e. c. Livius loco ab Herzogio adhibito, 10, 45 *Etruriam* scribit *occupationem populi Romani pro occasione rebellandi habuisse*, qui genitivus subiecti seu personae occupatae est, neque ita, ut genitivus causae seu originis sit, quemadmodum in *occupatione temporum* quam Caesar Civ. 3, 22, aut *belli civilis*, quam Hirtius dicit Alex. 34. Nam quaelibet proconsulis occupatio, quia populi proconsul erat, a populo originem ducebat, neque vero usus loquendi aut ratio permittebat, ut in quo quis statu actuve per aliquem esset, is status actusve non ipsius, qui esset, sed eius, per quem esset, diceretur. Con-

legiones Baetim traducit. Sic nihil, quod trans Rhenum sit, Caesaris imperio aut potestati subiectum esse volunt.

§. 5. orabant] iterum legatis missis post illam supra c. 8. §. 3 commemoratam legationem, ut ex *novissimi proelii* (§. 7) mentione intelligitur. Imperfectum autem significare potest eodem tempore legatos venisse, quo Sugambrorum responsa ad Caesarem perlata sunt. Si minus, referendum est ad alterum in fine capitis positum; qua de re dictum est in adn. ad c. 11 §. 1.

Digitized by Google

do Rhenum transportaret: id sibi [ad] auxilium spemque
7 reliqui temporis satis futurum. Tantum esse nomen atque opinionem eius exercitus Ariovisto pulso et hoc novissimo proelio facto etiam ad ultimas Germanorum nationes, uti opinione et amicitia populi Romani tuti esse
8 possint. Navium magnam copiam ad transportandum exercitum pollicebantur. 17. Caesar his de causis, quas commemoravi, Rhenum transire decreverat, sed navibus transire neque satis tutum esse arbitrabatur neque

tra commodissima est Scaligeri lectio ab altero codicum genere servata, quae genitivum habet obiecti seu rei ab occupato gerendae vel administrandae, qua significatione c. 22 §. 2 *has tantularum rerum occupationes* dici videmus.

[ad] auxilium spemque] Praepositionem omittunt „MSS. plerique" „Pet. Voss. A. Gott. a secunda manu. Egm. Lb. Lov." Fabr. Carr. Bong. A. Dr. AB. Vrat. ABC. Goth. AB. Vind. ABCDEFI. Hamb. edd. ante Aldum, qui non secus e coniectura addidisse eam videtur ac manus secunda in Gott. (si tamen ea vetustior est Aldo) et librarius in Gu., ex quo discrepans ab Aldo nihil h. l. affertur. Sed vix inveniri poterit quod probabilius sit. Cf. 7, 66 *id sibi ad praesentem obtinendam libertatem satis esse: ad reliqui temporis pacem atque otium parum profici.* Civ. 3, 92 *inter duas acies tantum erat relictum spatii, ut satis esset ad concursum utriusque exercitus.* Quod Oud. proponit, *auxilii in spem*, praesentis opis significationem, quam habet *auxilium*, vel tollit vel opprimit, neque *in* praepositionis, quam infert, usu neque mutationis lenitate commendatur. Itaque *ad* retinendum, sed quia codicum auctoritate caret, notandum putavi.

satis] om. Lov. Dorv. Leid. B. Lb. Dr. B. Vrat. C. Goth. B. Hamb. Vind. DEF. edd. ante Ven. f. Id praetermissione praepositionis *ad* factum videtur.

futurum] *facturum* Dr. A.

Cap. 17. §. 1. commemoravi] *commemoravimus* Dr. B. Hamb. *memoravi* Vind. D. Cf. adn. cr. ad c. 16 §. 2.

tutum esse] In Leid. A. Vrat. A. *esse* omissum est, quod valde probabile videtur. Cf. 2, 28 §. 1 *cum victoribus nihil impe-*

§. 7. opinione] quam modo *tantam* esse *etiam ad ultimas Germanorum nationes* ostenderunt. Nam per se potius ut §. 6 *auxilium*, et quae in adn. cr. ad 2, 34 extr. significavi, ita *opinione* dictum, quam cum *populi Romani* coniungendum videtur, et ita interpretandum, ut 6, 1 *ad opinionem Galliae.* Alias sola opinione tutela praestari non solet, verum auxilio et armis opus est; at hi opinione sibi tuti fore videbantur, modo amicitia populi Romani accederet, quam declaraturus esset exercitus Romani amicus adventus. Ceterum hanc Vbiorum praedicationem non veram fuisse vel Sugambrorum responsa docent.

Cap. 17. §. 1. neque satis tutum] „Singillatim navibus cum transitur, et hostis facile impediat aut partem excipiat, nec dignitatem etiam habet, quia furtim et clam fere transitur." Li-

Digitized by Google

suae neque populi Romani dignitatis esse statuebat. Itaque, etsi summa difficultas faciendi pontis proponebatur propter latitudinem, rapiditatem altitudinemque fluminis, tamen id sibi contendendum, aut aliter non traducendum exercitum existimabat. Rationem pontis hanc instituit. Tigna bina sesquipedalia, paulum ab imo 2 3

ditum, victis nihil tutum arbitrarentur. Civ. 2, 41 *sic neque in loco manere ordinesque servare neque procurrere et casum subire tutum videbatur.* Repetiti autem *esse* infinitivi exempla huic similia sunt Alex. 34 *Domitius non tantum ad explicandos sumptus rei militaris cum pecuniam necessariam esse iudicaret, sed etiam turpe populo Romano et C. Caesari victori sibique infame esse statueret*, et Afr. 8 *tanta homines esse dementia, ut malint regis esse vectigales, quam cum civibus in patria in suis fortunis esse involumes.* et tamen minus, quam hoc, offensionis habent. Similiter quae indicativo abundantia in adn. cr. ad 2, 33 §. 3 collata sunt.

§. 2. faciendi] „MSS. et Edd. pp.“ Gott. Voss. A. Egm. Lov. Bong. A. Dr. AB. Vrat. ABC. Goth. AB. Hamb. Vind. ACFI. edd. ante Ald. *faciundi* Ald. et sqq. Id licet in Pet. et uno alteroque eorum, quos Aldus adhibuit, repertum fuerit et 1, 7 §. 4 certam sedem habeat, admittendum tamen non magis visum est, quam 1, 13 §. 1 et 31 §. 14, ubi cf. adn. cr.

traducendum] „MSS. et Edd. pp.“ *transd.* Dr. A. Ald. nep. Lips. et sqq. Cf. adn. cr. ad 1, 19 §. 1. 31 §. 16. 35 §. 3. 44 §. 3. 48 §. 2. 2, 4 §. 2. 5 §. 4. 9 §. 4. 10 §. 1.

Rationem pontis] In Goth. A a m. s. et in ed. Cl. *igitur* additum est, quod Leid. B. Dorv. Bong. C. Pal. sec. Conf. Dr. B. Goth. B. Vrat. C et a m. s. B. et edd. ante Cl. et Oud. 2. interpositum habent, sine necessitate. Antea dictorum sententia haec est: ponte transire decreverat. Huic recte subiicitur: *rationem pontis* hanc instituit.

positus Poliorc. l. 2. p. 102, ubi hoc caput interpretatur. Idem Tacitum confert Ann. 2, 11 de Caesare Germanico ad Visurgim: *Caesar nisi pontibus praesidiisque impositis dare in discrimen legiones haud imperatorium ratus equitem vado transmittit.*

§. 2. proponebatur] demonstrabatur et in conspectu ponebatur a rerum peritis in consilium adhibitis. Sic 7, 71 *sua in illos merita proponit.* 5, 52 *rem gestam proponit.* 3, 18 *timorem Romanorum proponit.*

id sibi contendendum] cuius summa difficultas proponebatur, ut pontem faceret, quo modo alibi dictio expletur. Cf. adn. ad 1, 31 §. 2.

Rationem pontis hanc instituit] Similiter Civ. 1, 42 quem locum Ciacconius adhibuit, *similem rationem operis instituit.* Ceterum quod Lipsius suspicatur „an non flumine prius averso aliquantum et sic minuto“ Hotomannus vero pro certo ponit, in silentio scriptoris difficile ad credendum.

§. 3. sesquipedalia] crassitudine, ut §. 6 *bipedalibus.* Cf. adn. cr. ad 3, 13 §. 4.

paulum ab imo praeacuta] Qui *praeacuta* interpretantur *valde acuta*, quod perperam fieri ad 3, 14 §. 5 ostendimus, ii *paulum* ut sine

Digitized by Google

praeacuta, dimensa ad altitudinem fluminis, intervallo
4 pedum duorum inter se iungebat. Haec cum machinationibus inmissa in flumen defixerat fistucisque adegerat non sublicae modo directe ad perpendiculum, sed

§. 4. inmissa] *demissa* VV. CC. Vrs. in Not. (in Emend. *immissa* suo ex libro affert) Ox. In. Graev. Dav. Cl. *imissa* Hamb. (*inm.*, non *imm.*, Voss. A. Egm. sec. Fabr. Bong. A. Vind. Al. Goth. B.)

fistucisque] *festucisque* Leid. B. *fistutisque* Vrat. B. *fistulisque* Lov. cod. Sambuci, Hamb. Dr. B et pro var. lect. margo Vind. F. et, qui *l* a m. s. super *c* positum habet, Goth. A. *fusticisque* Egm. Vrat. A. *festuculisque* VV. CC. Vrs. in Not. S. Leid. A. Cu. Vind. A et pro v. l. margo Pet. *figisticisque* Leo Baptista Albertus (seu de Albertis, Florentinus, a. 1398 natus, 1472 mortuus) hoc caput recitans in De re aedificatoria l. 4 c. 6 ed. Flor. a. 1485. fol. (*figistucisque* ed. Paris. a. 1512. 4. p. 112.) quod, quemadmodum alia, non ex codicibus ab eo ductum, sed quod machinam ad *figendum* factam ita potius appellandam censeret, positum arbitror.

sublicae] *sublimo* Vind. E et pro v. l. margo F. *sublime* non Bong. C. sec. Confl. *sub illice* Hamb. ante corr. *sublicis* edd. ante Ber. Infra §. 9 pro *sublicae* in Hamb. iterum et sine corr. *sub illice*, sed in Leid. A. *subliquae*, in Goth. A. Gu. Vind. D. et edd. ante Ber. *sublices* legitur, Albertus autem *graciliores trabes*, *quas subiiciendo subucas nuncupant* vel potius *sublicas* (in ed. Argentor. a. 1541. 4. perperam *sublicas* factum est) scripsit, vulgatam scripturam eadem ratione, qua in *fistucis*, corrigens. Denique Civ. 3, 49 et Gall. 7, 35, ubi *sublicis* est, illic omnes idem, hic Leid. A. *sub locis*, Vind. C et pro v. l. F. *subditis*, Goth. B. *sublicibus* cum punctis sub *bu*, Pal. sec. Confl. *subliciis* exhibent. Satis certam igitur a Caesaris codicibus scripturam habemus vocis, cuius prosodia et origo dubia est, aliis eam Volscorum e lingua, aliis a Graeco ὑποβλής, aliis indidem, unde *obliquum*, repetentibus. Cf. Festi Fragm. p. 263 ed. Müll., Schneideri Comment. ad Vitruv. p. 201 et Scaligeri Castig. in Festum p. 198, 7 ed. Santandr. a. 1593. 8. (p. 662 ed. Lindem.)

directe] Cu. Pet. Goth. sec. Fabr. Pet. Pal. sec. Confl. Vrat. ABC.

controversia ab hoc separetur et ad spatium ab imo sursum pertinens referatur, efficiunt, quod contra *prae* ad partem et locum relato dubitatio exsistit, utrum paulum *ab imo*, an paulum *praeacuta* tigua dicantur. Sed eam collocatio verborum (cf. 7, 79 *pedestres copiae paulum ab eo loco abditas*) et ipsum *paulum*, quod locum significare solet, tollit.

dimensa] passive, ut 2, 19 §. 4 *opere dimenso*. Active Cic. Or. c. 55 §. 183 *dimensa ratio*.

inter se iungebat] Hoc extra flumen nec sine vinculis et tigillis transversariis factum puta.

§. 4 defixerat] Indicativi rationem redditam vide in adn. cr. ad 3, 15 §. 1. Praeterea cf. Curtii 3, 10 §. 8 *cum adierat Graecos, admonebat*. Sed coniunctivo quoque locum fuisse ea, quae ad 3, 12. §. 1 monita sunt, docere possunt.

ad perpendiculum] Eadem significatio *ad* praepositionis est Cic. 3, 40 *ad libram fecerat turres*.

Digitized by Google

prone ac fastigate, ut secundum naturam fluminis pro-

Vind. AB. et corr. in ultima Goth. A. item Albertus et Rom. a. *dirrecte* Dr. A. *directae* Carr. cod. Turr. Voss. A. Egm. sec. Fabr. cod. Steph. Brant. Goth. B. Vind. D. Med. a. Ven. bcde. Ber. *derecte* Hav. A. Hamb. Dr. B. et cum *i* super priori *e* Bong. A. sec. Pl. *derectae* Lov. sec. Fabr. Pariss. *directa* VV. CC. Vrs. in Not. cod. Hotom. Vind. Cl. Ven. f. et sqq. usque ad Oud. *directa al. directe* Vind. F. *derecta* Gu. et Oud. cum hac adnotatione ad prius vulgatum *directa*: Notandum in Edd. primis et MSS. omnibus, praeter Hotom. librum et unum Bouhier. exarari, *Directae*, sive potius *derectae*, ut habent vetustiores quique, vel *directe*. eadem variatio l. VII, c. 23. VII, 27. l. II. B. Civ. c. 9, 24. III. 46. et statim, *pronae ac fastigiatae* sive *fastigatae*, praeter unicum Leid. secundum recentissimum, vel *prone ac fastigiate:* ut et in Vrs. MS. quin etiam Ed. Incerta *directe* et *prone ac fastigiate* praefert. Et sane nihilo deterius vulgato; sed parum aut nihil refert." Quod ad primam syllabam attinet, Oudendorpium apparet, sive huius loci singillatim, sive omnium omnino rationem habuit, non prorsus quod res est dixisse. Nam h. l. ex ipsius quidem libris quem simpliciter *der.* habere constet, vetustus unus Lov. est, et qui postea accesserunt, non id efficiunt, ut codicum causa *dir.* repudiandum sit. Infra §. 8 *der.* maiorem auctoritatem habet, sed in reliquis belli Gall. Comm. locis (ad eos, quos Oud. indicavit, adde 7, 72 et 8, 9) non item, et 6, 26 omnes *cornu directum* tuentur. In locis Comm. belli Civ. (etiam 3, 79 et Alex. 38. 64. Afr. 41) Oud. ex Leid. A. *der.* affert, qui utique vetustissimus inter ipsius codices est, eique Pet. et Vind. A. interdum suffragantur, interdum, ut Alex. 2 §. 5, sine eo *der.* habent. Sed Civ. 1, 45 *locus praeruptus utraque ex parte directus* sine varietate vocalis legitur, ut *oculos directos* Afr. 26, *equitatu directo* ib. 78, *aciem directam* Hisp. 29 taceam. Quare non simpliciter cum Garatonio ad Cic. Agrar. 2, 17 p. 157 Neap. (740, 21 Hal.) assentiendum est Oudendorpio, sed ita statuendum, vetustiores libros interdum *der.* habere idque eorum auctoritate pariter ac *delectus* pro *dil.* posse probari. De terminatione recte sensit Oud. adverbia h. l. nihilo deteriora esse adiectivis. Atque hoc primum vix explicatione, nedum excusatione eget: adeo proprie tigna *directe adigi* dicuntur, non secus ac sublicae *oblique agi* §. 9. Hoc igitur sine dubitatione tot libris consentientibus (nam qui diphthongum habent, consentire existimandi sunt) recipi debet.

prone ac fastigate] Bong. A. sec. Pl. Vrat. A. Hav. A. et corr. in —*ne* (a m. pr. fuerat —*ni*...) Vind. A. *prone ac fastigiate* VV. CC. Vrs. in Not. Pet. Pal. sec. Confl. Cu. Pet. Gott. Voss. A. Egm. sec. Fabr. cod. Turr. Dr. A. Vrat. BC. Vind. BEI. Gu. Rom.

fastigate] Ita collocata erant, ut cum oppositis tignis adversus flumen procumbentibus fastigium effectura viderentur. In der Richtung, als sollten sie einen Giebel bilden.

ut secundum naturam fluminis procumberent] Natura fluminis est ut fluat, h. e. aquam suam aliquo proferat et moveat. Tigna igitur secundum naturam fluminis procumbentia sunt eodem, quo aqua

Digitized by Google

5 cumberent, his item contraria duo ad eundem modum iuncta intervallo pedum quadragenum ab inferiore parte

a. inc. *pronae ac fastigatae* Pariss. Vind. D et a m. pr. Goth. A. (et *fastigatae* Oud. paenultimae, de qua supra p. 141 dixi, rationem habens ex Bong. A. And., *fatigatae* ex Leid. A. affert.) *pronae ac fastigiatae* Carr. cod. Steph. Brant. Lov. sec. Fabr. Goth. B a m. pr. Med. a. Ven. bcde. Ber. *ac faticate*, om. *prone*, Hamb. *prona ac fastigiata* cod. Hotom. Leid. B. Dr. B et a m. s. Goth. A. Albertus, Ven. f. Gr. a. et sqq. usque ad Dav. item Cl. *prona ac fastigata* Goth. B a m. s. Ald. a. Dav. Oud., cuius de codicibus partim ex hac, partim ex proxime praecedente adn. coniectura facienda est. Sed de auctoritate ambigi nequit, quin abunde adsit adverbio. Neque vero usus linguae ei obstat. Tigna ita adacta, ut prona ac fastigata fiant, *prone ac fastigate adigi* dicuntur eodem modo, quo 3, 13 §. 6 alutae conficiendo tenuatae *tenuiter confectae*. Simile est apud Ciceronem Somn. c. 4. *acute excitato movetur sono*, ut legendum cum Macrobio videtur, et ita explicari potest quod dicit Tacitus Ann. 4, 47 *quidam audentius apertis in collibus visebantur*.

§. 5. his] VV. CC. Vrs. in Not. Dr. AB. Vrat. A. Goth. A. Vind. ABCEI. Ven. cdef. Ald. et sqq. usque ad Oud. *hiis* Gott. sec. Fabr. Vrat. BC. Hamb. *iis* Bong. A. Goth. B. Rom. a. Med. a. Ven. b. Ber. Oud.

duo] II. Oud. secutus Clarkium, qui ita scribendum existimabat, ut *bina* legi posset, quod ipsum recentiores editores nonnulli exhibent. Cum supra dictum sit *bina* et imperfectum *statuebat* repetitam actionem satis certo significet, ab omnium codicum scriptura discedendum non puto. Cf. §. 3 *pedum duorum*.

fertur, inclinata. Brevius dici poterat *secundum flumen*, sed illud certius res in ipso flumine, non in ripa, procumbentes significat. Eandem ob causam paulo post *contra vim atque impetum fluminis*, quam *contra flumen* dicere maluit. Ceterum paulum modo inclinata ut cogitemus, tum rerum natura suadet, tum quod inter haec et opposita intervallum simpliciter quadragenum pedum fuisse dicitur. Ac *procumbere* in quantulacunque proclinatione locum habere non solum Alfeni verba a Gesnero et Forcellino indicata probant, qui Digest. l. 8 tit. 5 leg. 17 parietem *semipedem procumbere* in vicini domum dixit, sed ipsius quoque Caesaris Civ. 2, 11 extrema *repentina ruina pars eius turris concidit, pars reliqua consequens procumbebat*. quae nonnulli perperam interpretati sunt.

§. 5. item] eodem modo, quo priora illa statuerat, machinationibus primum inmissa in flumen, deinde defixa, denique fistucis non directe, sed prone ac fastigate adacta. Cf. § 10.

contraria] directa regione opposita. Cf. 2, 18 §. 2 *collis — adversus huic et contrarius*.

ab inferiore parte] non tignorum, sed fluminis. Nam quod inter summae atque imae tignorum partis intervallum haud dubie, quia non directa ad perpendiculum erant, intercedebat discrimen, eius si rationem habendam scriptor putasset, aut utriusque partis aut summae potius intervallum demonstrare debebat; id enim latitudinem definiebat pontis. Fluminis vero partem et quem

Digitized by Google

contra vim atque impetum fluminis conversa statuebat. Haec utraque insuper bipedalibus trabibus inmissis, quantum eorum tignorum iunctura distabat, binis utrimque 6

§. 6. inmissis] Bong. A. Vind. A. non *imm.* (*inmissa* Leid. A. *missis* Hamb. *bipedales trabes immissae — distinebant* Hotomannus ex „vetustissimo codice" nescio quo affert.)
utrimque] Egm. sec. Fabr. Bong. A. Vind. A. non — *inque. utrumque* Vind. I.

in eo locum contraria haec tigna tenerent, plane opus erat ut demonstraret, ne dubium relinqueretur, utrum supra, an infra illa, quae secundum flumen procumbebant, posita essent. Itaque non cum antecedentibus, sed cum sequentibus haec verba coniungenda sunt, atque ita et comparativi et praepositionis ratio perspicitur.

§. 6. insuper — inmissis] Adverbii significationem recte declaravit Oud. collatis locis 7, 23 *alius insuper ordo adiicitur* et Civ. 2, 9 *centonesque insuper iniecerunt*. Pluribus tigna illa bina vinculis seu copulis erant iuncta, ut pluribus locis inmitti trabes in ea possent: propterea *insuper* inmissae dicuntur: oben hineingelegt, so daß sie auf der obersten Verbindung beider Tragbalken zwischen diesen ruheten. Verbum Gesnerus et Forcellinus ex libris ICtorum docent propie dictum esse de tignis et trabibus eo porrectis, ubi requiescant. Nec multo aliter Alex. 1 *ex aedificiis autem per foramina in proxima aedificia arietes inmittuntur*. Vt autem talis immissio, quae trabes vestiret tignis, fieri posset, tigna bina secundum latitudinem fluminis seu ita posita esse oportebat, ut alterum eorum propius Gallicam, alterum propius Germanicam ripam esset. Nec aliter hoc ab interpretibus intellectum est ante *Feldbauschium* Rastattiensem, qui in programmate a. 1830 edito tigna bina secundum longitudinem fluminis seu ita collocat, ut alterum propius ad fontem, alterum ad ostium fluminis admoveat, trabesque insuper inmissas interpretatur superimpositas. Cui maxime repugnant verba sequentia.

quantum eorum tignorum iunctura distabat] In his *quantum* necesse est referatur ad *bipedalibus*, quae crassitudo vel latitudo tanta erat, quantum binorum tignorum inter se iunctorum intervallum §. 3. demonstratum est; quod ipsum ibi hanc potissimum ob rem est demonstratum, quod ad eam, in qua nunc versamur, descriptionis partem scitu necessarium esset. Simili brevitate infra c. 21 extr. *quantum* dictum videmus. Feldbauschio vero ante *quantum* subaudiendum est *tantae longitudinis*, *iunctura* autem interpretanda compages binorum tignorum utrorumque; quod pariter a vero abhorret. Longitudo enim trabium *intervallo pedum quadragenum* §. 5 tam certo est definita, ut iterum significari nec debuerit nec vero his verbis potuerit, quorum loco dicendum fuisset *quantum utraque distabant*. Nam *iunctura* tignorum duorum non totum illud, quod iunctis constat, sed eam utriusque partem, qua iuncta sunt, significat; quae pars in duobus distantibus iunctis necessario duplex est et tantundem distat, quantum illa distant. Itaque distantia demonstratur extremitatum vinculi eius, quo bina tigna iungebantur, seu ipsius vinculi longitudo: so weit die Ver-

Digitized by Google

7 fibulis ab extrema parte distinebantur; quibus disclusis atque in contrariam partem revinctis tanta erat operis firmitudo atque ea rerum natura, ut quo maior vis aquae
8 se incitavisset, hoc artius illigata tenerentur. Haec

distinebantur] „*destin.* vel *detin.* MSS. pauci." *destinebantur* Vind. AI. *destinebatur* Vrat. B. *detinebantur* Voss. A. sec. Fabr. Dr. B. Goth. A. Vind. C. *detinebatur* Vind. F. *destinabantur* Vrat. A. quae fere solennis est horum confusio.

§. 7. inligata] Voss. A. Egm. sec. Fabr. Bong. A. Vrat. A. (hic *in lig.*) non *illig.* (*ligata* Vind. A. *alligata* Goth. A. Vind. D. edd. ante Ald.)

knüpfung dieser Balken, das eine Ende des sie verknüpfenden Bandes vom andern, abstand.

binis utrimque fibulis ab extrema parte distinebantur] Tignorum utrorumque prona ac fastigata positura id moliri videbatur, ut prolaberentur prolapsaque coirent, sed trabibus inmissis distinebantur eo, quod bini utrimque clavi (id certe simplicissimum genus fibularum) trans prominentia trabium capita adacti erant. *utrimque* ad utramvis tignorum binorum compagem duas fuisse fibulas significat, easque ambas extrinsecus infixas ostendunt verba *ab extrema parte*, sc. trabium inmissarum; et quod in contrariam partem *revincta* dicuntur tigna, item quae de vi aquae se incitante narrantur, eam interpretationem confirmant. Memorabilis autem h. l. velocitas est scriptoris, qua firmitudini operis demonstrandae intentus trabium inmissarum mentione obiter facta statim qua ratione eis inmissis tigna distinerentur, ostendit, quasi inmissio illa non omnino ad pontem efficiendum necessaria, sed tantum ad distinenda tigna instituta fuisset.

§. 7. quibus disclusis atque in contrariam partem revinctis] *Discludere* est separare, distinere, ut 7, 8 *mons Cavenna, qui Arvernos ab Helvtis discludit.* Discludebantur autem tigna fibulis a tergo eorum iniectis et prolabi tendentia retrahentibus; atque hoc est *revincire*, vinculo aliquid ne promoveatur, retinere. Cf. 3, 13 §. 5 *ancorae pro funibus ferreis catenis revinctae.* 7, 23 §. 5 *materia — perpetuis trabibus pedes quadragenos plerumque introrsus revincta.* Ib. 73 §. 3 *stipites — ab infimo revincti, ne revelli possent.* Tendebat autem hic fibularum quasi conatus in contrariam partem, cum superiora tigna, quae secundum fluminis naturam procumbebant, contra flumen retraherent, inferiora contra impetum fluminis conversa retro secundum flumen trahere niterentur. Sic tigna utraque *in contrariam partem revincta erant.*

atque ea rerum natura] Cf. 5, 43 *tanta militum virtus atque ea praesentia animi fuit, ut — paene ne respiceret quidem quisquam.* ubi si pro *praesentia* ponatur *indoles*, forma sententiae eadem fiat, quae hoc loco est. Sed hoc loco id, quod sequitur, ad proxime praecedens magis, quam ad prius est accommodatum. Operis enim firmitudo tanta erat, ut nulla vi aquae everti posset, rerum vero natura ea, ut quo maior vis aquae se incitasset, eo firmius fieret.

se incitavisset] Cf. adn. cr. ad 3, 10 §. 3.

inligata tenerentur] trabes et tigna, seu *iuga*, quo usus est Albertus.

Digitized by Google

derecta materia iniecta contexebantur ac longuriis cratibusque consternebantur; ac nihilo secius sublicae et ad 9

§. 8. derecta] „MSS.“ Gott. Egm. Lov. Gu. Hamb. Vind. A. Hav. A. et cum *i* super priori *e* Bong. A. *de recta* Vrat. A. Vind. E. *decreta* Vrat. B. *iniecta* „vel tale“ a m. pr. Voss. A. sec. Fabr. (paulo post *inecta* pro *iniecta* habet.) *dirrecta* Dr. A. *directa* Voss. A a m. s. Dr. B. Vrat. C. Goth. AB. Vind. BCI. edd. ante Oud., qui si diligentius codicum rationem inisset et de significatione utriusque formae idem sensisset, quod in var. lect. ad 7, 23 §. 1 ostendit, fortasse discessionem non fecisset. Nam ibi ad libram rectum *directum*, ad perpendiculum vero *derectum* statuere satis etymologiae convenienter videtur, ideoque *directas* trabes in *derectas* non mutavit. Quod si recte factum est, ne hic quidem *directa* mutari debet. Nec mihi res certa videtur; sed tamen codicibus, ut nunc cogniti sunt, aestimatis h. l. cum Oud. faciendum puto. Nam etymologiae non nimis tribuendum esse *cornu directum* et *locus directus* ad §. 4 commemorata et ipsum illud *directe ad perpendiculum* satis docent.

materia] *materiae* Hav. A. *materie* Cu. Leid. A. Vind. A. Oud. „quo vitatur concursus litterae *a*. Vide ad Lucan. VIII, 137. lib. VII, 24. *materiem* MSS. Bong. Lovan. etc.“ Ad Lucani versum *Materiam . sed iam satis* etc. Bersmanni notae *materiem* in suo cod. esse testantis Oud. haec adscripsit: „*Materiem* habet quoque Pulm. unus et Voss. sec. a m. pr. rectius hic. variatur quoque Lib. II, 8 et alibi.“ Infra 7, 24 Caesar *materiem* scripsisse videtur, sed 3, 29 §. 1 et 5, 12. 40, 7, 23. Civ. 2, 1. 10. 15. altera forma in omnibus codicibus exstat, et huius libri c. 18 §. 1 *materies* in uno Goth. A. c. 31 §. 2 *materie* in uno Dr. B. legitur.

ac] om. Goth. A a m. pr. et Albertus. *et* Vind. A. St. Oud. mutationis indicio non facto. Fortasse paulo post iteratum *ac* moleste ferebat, ut *atque* c. 23 §. 3. Sed vide 3, 4 §. 3 et angustiore etiam intervallo iteratum Civ. 2, 9 *tuto ac sine ullo vulnere ac periculo*.

§. 9. sublicae] vide ad §. 4 adnotata.

et] „Bong. A. Voss. ABC. Leid. BC. Egm. Gott. Lov. Dorv. Duk. Bouhier. et alii.“ Pet. Bong. C. sec. Confl. Voss. A. Gott. Egm. sec. Fabr. Dr. AB. Vrat. ABC. Goth. AB. Gu. Hamb. Vind. EI. Hav. A. Rom. a. inc. Med. a. Ber. St. om. Vind. A. et reliquae edd. ante Oud., qui merito restituit.

§. 9. nihilo secius] quamvis firmum et per se tutum opus videri posset.

sublicae et ad inferiorem partem fluminis oblique agebantur] Cum supra §. 4 tigna bina non directe ad perpendiculum adacta demonstraturus scriptor *non sublicae modo* adacta dicat, *sublicas* necessario ad perpendiculum directas habuisse verbisque *oblique agebantur* non pronam adactionem significare voluisse putandus est. Neque *agere* idem, quod *adigere*, aut *oblique* quod *prone* significare solet. Sed sicut turres, vineae, aliae res mobiles proprie, tum earum in modum minus proprie cuniculi, fundamenta (Cic. Mil. c. 27 extr.) *agi* dicuntur, h. e. duci, promoveri (Germanice similiter dicimus einen Graben, eine Grundmauer ziehen) sic *sublicas agere* dici potest is, qui ordinem

Digitized by Google

inferiorem partem fluminis oblique agebantur, quae pro ariete subiectae et cum omni opere coniunctae vim fluminis

oblique — fluminis] om. Egm. sec. Fabr. Vrat. A. (ob homoeoteleuton). Pro *oblique* „Voss. A. et multi alii," Carr. Vrat. B. Goth. A. Vind. AD. Albertus, Med. a. et sqq. usque ad Dav. *obliquae* habent, quod Oud. 2 repetiit.

agebantur] *adigebantur* Pet. Ox. Ald. et sqq. usque ad Oud.

ariete] „*pariete* emendarat Faernus ope veteris libri: et ita est in meo." Vrs. in Emend. „quod autem est in VV. CC. *pro pariete;* id ex loci obscuritate irrepsit." idem in Notis, ubi *arietis* causam agit. Faernum secuti sunt Lips. Iu. Graev. Dav. Cl. Oud., quorum postremus unius codicis Ox. auctoritatem ad duos, qui erant, adiecit. Mei omnes cum Hav. A et Pariss. in *ariete* consentiunt; nec aliter Albertus.

seu seriem sublicarum instituit ac ducit seu unam post alteram infigens adigensque facit ut series augeatur et certum usque ad locum producatur. Atque id ipsum scriptor velle videtur additoque *oblique* docere non directe trans flumen actas fuisse sublicas. Vnam igitur eamque firmissimam medio in flumine quam proxime infra pontem adactam statuamus: huic alteram apponamus ad sinistram, non parallelam, sed paulum ad inferiorem fluminis partem versus obliquatam, tertiam deinde ad dextram pari modo obliquatam, atque ita deinceps usque ad ripam utramque, sic ut duo obliqui sublicarum ordines a medio flumine versus ripas porrecti crurum instar angulum obtusum ad primam illam et mediam sublicam efficerent. Hac adhibita interpretatione non solum *ad* aptissimum esse intelligitur sublicaque oblique ad inferiorem partem fluminis actas fere eodem dici modo quo 2, 12 §. 5 *vineis ad oppidum actis* et 3, 21 §. 3 *cuniculis ad aggerem vineasque actis,* sed etiam ea, quae sequuntur, faciliorem explicationem habent.

pro ariete subiectae] ad aquas rumpendas sic subiectae, ut qui vulgo vocatur aries ad muros diruendos adhiberi solet. Nam *subici* hic quidem non dicebatur, et quod Cicero Top. c. 17 scribit, *ex quo aries ille subiicitur in vestris actionibus*, de animali pro homine substituendo immolandoque intelligendum esse Vrsinus in adnotatione ad hunc Caesaris locum certis docuit argumentis. Sublicae vero *subiectae* dicuntur, quia humiliores erant, ut ex ponte despicerentur. Neque inepta ad illam, quam statuimus, sublicarum dispositionem arietis comparatio videtur. Quemadmodum enim aries murum, sic illae undarum vim frangebant. Et bene Hotomannus, qui oblique actas sublicas sicut nos interpretatus est, Ciceronis Leg. 2, 6 adhibuit, ubi insula *quasi rostro findi* Fibrenus amnis dicitur. Etiam singularis aptissimus est, si omnes sublicae figuram eam, quae cum ariete comparatur, efficiebant. Ad praepositionis usum cf. 3, 18 §. 3 *qui ubi pro perfuga ad eos venit.*

et cum omni opere coniunctae] ita comparatae, ut ad nullam operis partem non pertinerent; id quod propinquitate efficiebatur, etiamsi opus ipsum non contingerent. Quod si prima eademque media sublica unum duosve pedes infra pontem infixa ab eaque ductis obliquis ordinibus duobus reliquae ita positae erant, ut duae extremae longius ceteris, sed tamen et ipsae paucos pedes a pon-

Digitized by Google

exciperent, et aliae item supra pontem mediocri spatio, ut si arborum trunci sive naves deiiciendi operis es- 10

§. 10. operis] Bong. A. Voss. AB. Leid. C. Lov. Egm. Palm. Lb. Gu. Hamb. Vrat. A et a m. pr. Pet. Gott. Dr. A. Vrat. B. inc. *operis causa* Dr. B et a m. s. A. Vrat. C et a m. s. B. Goth. AB. Vind. ADEI. Hav. A. edd. ante Oud. Id etsi a scriptore profectum et *causa* temere a librariis omissum esse potest, tamen codices contrarium persuadent. Cf. adn. cr. ad c. 1 §. 4.

te distarent, *cum omni opere coniunctae* omnes videri et dici poterant. Cf. 7, 58 *navibus celeriter coniunctis*. Ib. 73 *quini ordines coniuncti inter se*. Civ. 3, 39 *navem onerariam submersam obiecit et huic alteram coniunxit*. Liv. 3, 69 extr. *castra castris coniuncta*. quae omnia videntur sola propinquitate sine contagione effectam habuisse coniunctionem. Sublicarum quidem h. l. possit et alia eaque proprie dicta statui, velut trabibus capitibus earum impositis et pontem contingentibus, quae simul fulcro essent ponti. Sed quia usus sublicarum is tantum fuisse ostenditur, ut vim fluminis exciperent, nullam nisi quae talem usum praeberet, coniunctionem designasse scriptor videtur. Sin autem quaeratur, quo modo infra pontem positae sublicae usum praebere potuerint, *paulo* infra represso fluminis aestu etiam supra pontem ingruentis aquae vim frangi necesse fuisse apparet.

§. 10. et aliae item supra pontem] Horum si tria posteriora coniungimus, ut sensus omnium sit is, quem Germanice enuntiet und andere gleichfalls oberhalb der Brücke, eas quoque, de quibus §. 9 sermo fuit, supra pontem fuisse statuendum est, quemadmodum non modo Camerarius et Hotomannus statuebant, quorum prior *inferiorem fluminis partem* eam interpretabatur, qua flumen ad pontem defluereet, alter etiam *superiorem* pro *inferiorem* scribi oportere censebat, sed Plutarchus quoque statuisse videtur, qui truncorum et lignorum secundo flumine in pontem missorum mentione facta sic pergit: *ἀλλὰ ταῦτα προβόλοις ξύλων μεγάλων διὰ τοῦ πόρου καταπεπηγότων ἀναδεχόμενος καὶ χαλινώσας τὸ προσπῖπτον ῥεῦμα τῷ ζεύγματι* — quibus verbis unus sublicarum ordo supra pontem per flumen transversum ad excipienda ea, quae in pontem mitterentur, et simul ad refrenandum fluminis impetum institutus significatur. At Caesar clare duos ordines fuisse ostendit eorumque alterum, qui modo descriptus est, situm ad pontem diversum ab altero habuisse verbis *et ad inferiorem partem fluminis* demonstrat, quorum verborum primum, Camerario et Hotomanno nondum notum, horum *et aliae item supra pontem* primo haud dubie oppositum et interpretationem illius evertit, quae per se quoque improbabilis est, quia actis demum sublicis ita dividi flumen supra pontem poterat, ut una eius pars inferior, altera superior diceretur, et huius coniecturae repugnat, aliaque nisi pontis ratione habita, *inferiorem* illam fluminis partem dictam non esse evincit. Itaque *item* h. l. a sequentibus disiungendum et ita fere, ut §. 5 interpretandum est. Nam has quoque oblique actas esse a vero minime abhorret. Ceterum non cum opere coniunctae, sed mediocri spatio divisae erant.

deiiciendi] Eadem significatione legitur Civ. 2, 22 *deiecta turri*, Hisp. 13 *balista turrem de-*

Digitized by Google

sent a barbaris missae, his defensoribus earum rerum vis minueretur, neu ponti nocerent. 18. Diebus decem, quibus materia coepta erat comportari, omni opere
2 effecto exercitus traducitur. Caesar ad utramque partem pontis firmo praesidio relicto in fines Sugambrorum
3 contendit. Interim a compluribus civitatibus ad eum

Cap. 18. §. 1. materia] Cf. adn. cr. ad c. 17 §. 8.

traducitur] „MSS. plerique et Edd. Vett. ac semper." *transd.* Goth. A. Vind. A. Ald. nep. Lips. et sqq. Cf. adn. cr. ad c. 17 §. 2.

§. 2. Sugambrorum] Vind. A. *Syg.* Voss. A. sec. Fabr. *Sig.* Gott. Egm. sec. Fabr. Bong. A. Gu. Dr. AB. Vrat. A. et, sup. a m. s. *c*, B. Goth. A. Lips. et sqq. *Sigabrorum* Hamb. *Syc.* Ven. f. *Sic.* Vrat. C. Goth. B. Vind. CDEI. edd. rell. ante Lips. Cf. adn. cr. ad c. 16 §. 2.

contendit] *intendit* VV. CC. Vrs. in Not. Cu. Leid. A. Vind. A. Id non immerito probari posse censet Oud. tueturque Terentiano Andr. 2, 2, 6 *ubi nunc quaeram, aut quo nunc primum intendam?* Adde Ciceronianum ad Pompeium Att. 8, 11 D §. 3 *quod is celerius etiam, quam nos possemus, eo, quo intenderet, venturus esset.* Atque ipse Caesar 3, 26 §. 5 fuga salutem petere *intenderunt* scripsit, cum plerumque *contendere* soleat, et auctor belli Afr. c. 87 extr. *in regnum ire intendit.* At codices illi fidem non faciunt, ut scriptorem h. l. a consuetudine sua reces-

iecit, Horat. Carm. 1, 2, 15 *Vidimus flavum Tiberim — Ire dejectum monumenta Regis Templaque Vestae.*

missae] Sic *tela mittere* 3, 4 §. 2. 5 §. 3. 14 §. 4 et 25 §. 1 scriptor usurpat: in reliquis belli Gallici libris *coniicere tela* dicit.

his defensoribus] Argute Camerarius: „vel κοινῶς, vel appositive, ut *Sponsor coniugii stat Dea picta tui.*" (Ovid. Heroid. 16, 116.) Sed neque *defensor* a grammaticis inter communia relatum est, immo *defenstrix* Ciceroni tribuitur a Prisciano T. 2 p. 282 Krehl., neque pronomini adiectivo appositive substantivum, nisi adverbio, *quasi* vel simili, interoedente addi potest. *his* est masculinum, et *sublicae* sic *defensores esse* dicuntur, ut cum Germanice dicimus die Frau ward Bürge für ihn, et *hi defensores* utilitatem praebere vel aliquid facere, ut Germanice dieser Bürge rettete ihn.

neu ponti nocerent] Cf. 5, 34 *Ambiorix pronuntiari iubet, ut procul tela coniiciant, neu propius accedant.* quo loco ita, ut hic et ib. 58, §. 4 et 7, 8 §. 4, id, quod explicandi prioris causa additum est, quia ipsum negationem, prius affirmationem habet, perinde ac si diversum sit, additum est, cum vere diversum non sit. Nam vis earum rerum minuenda et damnum a ponte avertendum nisi cogitationis forma alterum affirmantis, alterum negantis non differunt, et huic differentiae significandae inservit *ve*.

Cap. 18. §. 1. Diebus decem, quibus] Ablativi ratio utriusque eadem est, ut tempus significet; sed posterior initium eius respicit, ex quo fit ut sententia eadem sit atque verborum *die decimo postquam*, sive, ut Civ. 1, 36 §. 5 oratio instituta est, *diebus decem a qua die.* Cf. 3, 23 §. 2.

Digitized by Google

legati veniunt, quibus pacem atque amicitiam petentibus liberaliter respondit, obsidesque ad se adduci iubet. At 4 Sugambri ex eo tempore, quo pons institui coeptus est,

sisse credamus. Cf. 6, 3 *de inproviso in fines Nerviorum contendit*, et 1, 7 §. 1. 10 §. 3. 33 §. 4. 4, 37 §. 1. 7, 9 §. 4. 59 §. 1 ubique *contendere in* — invenimus.

§. 3. liberaliter respondit] om. Vind. A. *l. respondet* St. Gr. b. obsidesque] *obsides* Vind. A.

§. 4. At] Cu. sec. Oud. S. Leid. A. Vind. A. In ex. Fabr. in margine est sine nota codicis, quem Oud. nescio ex coniectura an ex Drakenborchii exemplari, an Gruteri e schedis Cuiacianum esse posuerit. *ut* Hav. A. et VV. CC. Vrs. in Not., ubi Vrsinus sibi *at* scribendum videri ostendit. om. reliqui codd. et edd. ante Oud. Si brevius et simplicius esset quod sequitur, e. c. *Sugambri finibus suis excesserant seque in solitudinem ac silvas abdiderant*, etiam sine particula praecedentibus oppositum et ad *interim* referendum videri posset. Nunc interiecta *ex eo tempore — apud se habebant* rei diversae significationem longius removent et aliquid requirunt, quod statim qualis ea res sit, ostendat. Itaque *at* aptissimum est. Cf. c. 12 §. 1 *at hostes* etc. c. 24 §. 1 *at barbari* etc. Id librarii sive praecedentium litterarum similitudine decepti, sive quod non viderent, quomodo *ut* corrigendum esset, omiserunt.

Sugambri] VV. CC. Vrs. in Not. Hav. A. Vind. A. *Sig.* Pet. Gott. Voss. A. Egm. sec. Fabr. Bong. A. Gu. Dr. AB. Vrat. A et, sup. a m. s. *c*, B. Lips. et sqq. *Simgabri* Hamb. *Syc.* Ven. f. *Sic.* Vrat. C. Vind. C. Goth. B et corr. A. edd. rell. ante Lips. Vide §. 2.

§. 3. liberaliter] Spectat ad illorum petitionem, cui se facilem et ad concedendam pacem atque amicitiam paratum praebuit. Cf. 2, 5 §. 1 ibique adnotata; item Civ. 3, 104 §. 1 *his, qui erant ab eo* (Pompeio Alexandriam) *missi, palam liberaliter responderunt eumque ad regem venire iusserunt.* Ib. §. 3 *ab his liberaliter ipse appellatus.*

obsidesque ad se adduci iubet] ex civitatibus, et ad certam diem, ut 2, 5 §. 1 et 5, 1 §. 8, non quasi iam a legatis secum ductos, in conspectum suum, quemadmodum statuit Sincerus, qui haec ita interpretatus est: hat ihnen alles willig zugestanden und die Geissel zu sich bringen lassen. Tantum enim obsequii documentum Caesar non tam obscure significaturus fuisse videtur, cum c. 21 §. 5 etiam hoc commemorandum putaverit, Britannorum legatos *pollicitos esse* obsides dare. Immo nullam Germanos obsidum mentionem fecisse, sed Caesarem eis hanc conditionem pacis et amicitiae tulisse probabile est, eiusque rei haud scio an indicium faciat post praeteritum tempus *respondit* illatum praesens *iubet*, quod non rerum deinceps factarum seriem continuari, sed novum quoddam et ab iis, quae dicta sunt, discretum proponi ostendit. Cf. Afric. 36 *legati interim ex oppido Thisdrae — ad Caesarem venire — quibus Caesar in praesentia gratias egit praesidiumque brevi tempore se missurum dixit, cohortatusque ad suos cives iubet proficisci.*

Digitized by Google

fuga comparata hortantibus iis, quos ex Teneteris atque Vsipetibus apud se habebant, finibus suis excesserant suaque omnia exportaverant seque in solitudinem ac silvas abdiderant. 19. Caesar paucos dies in eorum finibus moratus omnibus vicis aedificiisque incensis frumentisque succisis se in fines Vbiorum recepit, atque iis

iis] *hiis* Gott. sec. Fabr. Vrat. BC. *his* Dr. AB. Goth. A. Vind. ABCFI. Gu. Hamb. Ven. cdef.

Tencteris] Bong. A. *Teneteris* Vind. A. *Tenctheris* Pet. sec. Conf. Lov. sec. Fabr. Dr. B. Vind. EF. *Tenetheris* Pet. sec. Fabr. *Tanctheris* Dr. A. Vind. B. *Tentiheris* Hamb. *Tençatheris* Pal. sec. Conf. Goth. B. Med. a. Ven. bcdef. *Tenchateris* Vrat. C. Vind. I. *Tenocheris* Vind. C. et, sup. *h*, Goth. A. *Thencteris* Gott. Voss. A. Egm. sec. Fabr. Vrat. A. *Theucteris*, in marg. a m. s. *tencateris*, Vrat. B. *Thencatheris* Vind. D. Rom. a. Ber. *Tenchtheris* Ald. et sqq. Cf. adn. cr. ad c. 1 §. 1.

exportaverant] *asport.* Gott. Voss. C. Graev. Eo usus est Hirtius Alex. 78 §. 2 et scriptor belli Afr. 91 §. 4.

Cap. 19. §. 1. succisis] cod. Brantii, VV. CC. Vrs. in Not. et Pet. Lov. sec. Oud. St. P. Man. Ald. nep. Lips. et sqq. *incensis* Vrat. C. Vind. F. *succenssis* Hav. A. *succensis* cod. Steph. sec. Hotom. Gott. Voss. A. Egm. sec. Fabr., reliqui Oud., Pariss. Bong. A. Dr. AB. Vrat. AB. Goth. B et corr. A. Vind. ABCDEI. Gu. Hamb. edd. ante St. Gr. b. Turr. Metaphrastes *frumentisque succ.* omisit, Petrarcha *succisis* legisse videtur, cum Hist. 10, 6 scripserit: *pervastatis ergo vicis rebusque hostium, quo vel ferrum potuit vel flamma pertingere.* Recte *turris* succensa dicitur 5, 43, item *urbs* 7, 15 et *agger* ib. 24, quibus rebus *subtici* ignes possit et soleat. Frumenta vero *succiduntur*, item arbores. Cf. infra c. 38 §. 3 *omnibus eorum agris vastatis, frumentis succisis, aedificiis incensis.* 5, 9 *crebris arboribus succisis.* Atque eo loco nihil simile in vicinia est et verbum incorruptum mansit: priori *incensis* sequitur et Gott. Voss. C. Vrat. B. Gu. inc. *frum. succensis* habent. Similiter hoc *succensis* ex praecedente *incensis* originem ducere suspicor, quod etiam totum in duobus codicibus receptum est. Nam quod Oud. ad 2, 6 §. 3 in veteribus libris *n* in hisce addi, *thensaurus*, *formensus*, similia legi monet, si *succinsis* scriptum esset, huc faceret: ad *succensis* explicandum non sufficit.

atque — cognovit] Haec in Gu. omissa, in Gott. sec. Fabr. et in Vrat. B. a m. s. in marg. scripta sunt.

§. 4. fuga comparata] Nihil amplius est, quam quod 7, 61 *fugam parare* dicitur. Certe celeritatis significationem, de qua Baumstarkius cogitavit, compositum non habet.

hortantibus iis] Hoc ad praecedentia pariter atque sequentia pertinet. Concursum participiorum similem vidimus 3, 1 §. 4.

exportaverant] Frequens apud Ciceronem et in mercibus et aliis in rebus verbum Caesar, qui *importare* in mercibus ponit, praeterquam hoc loco posuisse nusquam videtur.

Digitized by Google

auxilium suum pollicitus, si ab Suevis premerentur, haec ab iis cognovit: Suevos, posteaquam per exploratores 2 pontem fieri comperissent, more suo concilio habito nuntios in omnes partes dimisisse, uti de oppidis demigrarent, liberos, uxores suaque omnia in silvis deponerent, atque omnes, qui arma ferre possent, unum in locum convenirent: hunc esse delectum medium fere regionum 3 earum, quas Suevi obtinerent: hic Romanorum adventum exspectare atque ibi decertare constituisse. Quod 4 ubi Caesar comperit, omnibus rebus his confectis, qua-

his] Dr. AB. Vrat. B. Goth. A. Vind. ABC. edd. ante Oud. *hiis* Vrat. C. Hamb. *iis* Pet. Egm. Lov. sec. Fabr. Bong. A. Vrat. A. Goth. B. Oud.

ab iis] *omnia* Leid. A. *habis* Voss. A. sec. Fabr. *ab hiis* Gott. sec. Fabr. Vrat. C. Hamb. Ber. *ab his* Dr. AB. Vrat. B. Goth. A. Vind. ABCEI. Ven. cdef.

§. 2. in silvis] VV. CC. Vrs. in Not. Bong. A. Voss. ABC. Egm. Gott. Leid. C. S. Ox. Pet. sec. Confl. Dr. A. Vrat. AB. Goth. A. Vind. C. Hav. A. inc. Ven. f. St. Vascos. Gr. b. Cl. om. Vind. A. *in silvas* rell. codd., in quibus etiam Parisienses referuntur, et edd., etiam Oud., qui paulo ante positum *in silvas abdere* respici iubet. Id vero consuetudini sermonis congruit et idoneam rationem habet. Denique ut ferri possit accusativus, vel codicum causa praeferri debet ablativus, cui sine controversia locus est 6, 41 *praeda, quam in silvis deposuerant.*

§. 3. hic] *ibi* Ald. nep. Lips. Iu. Graev. Dav. Cl.

atque ibi decertare] om. Reg. Voss. C. in marg. habet Goth. A. *ibi* deest Dr. A.

§. 4. rebus his] Pet. Gott. Voss. A. Egm. sec. Fabr. Bong. A. Dr. A. Vrat. A. Goth. A. Vind. BI. Gu. *r. hiis* Vrat. B. et unus alterque ex quattuor Fabr. (Gott. opinor.) *hiis r.* Vrat. C. Hamb. *his r.* Dr. B. Goth. B. Vind. A. cum editis. Sic sane 1, 47 §. 1 *velle se de his rebus, quae inter eos agi coeptae neque perfectae essent, agere cum eo.* 3, 4 §. 1 *vix ut his rebus, quas constituissent, collocandis atque administrandis tempus daretur.* et aliis locis. Sed Hirtius 8, 8 *itaque consilio advocato re-*

Cap. 19. §. 1. auxilium suum] Amicitiae et benevolentiae significationem, quam nonnulli tribuunt pronomini, ego non magis hic agnosco, quam 6, 23 *consurgunt hi, qui et causam et hominem probant, suumque auxilium pollicentur*, aut 7, 77 *nolite hos vestro auxilio exspoliare*, sed Caesarem ipsum auxilio eis venturum et quantum in eo sit, auxilium eis laturum ostendi existimo.

§. 2. dimisso] Hoc amplitudinem regionis Suevorum et diversitatem itinerum, quibus eundum erat nuntiis, magis, quam simplex *misisse*, ante oculos ponit.

§. 2. medium fere regionum earum] Cf. adn. ad 1, 34 §. 1.

atque ibi decertare] Sicut §. 1 post *his* subiicitur *iis*, ita h. l. *ibi* post *hic. decertare* vero amplius est, quam quod Petrarcha posuit, *acie confligere*, rectiusque declaravit Metaphrastes: *τὴν μάχην ποιήσασθαι.*

Digitized by Google

rum rerum causa traducere exercitum constituerat, ut Germanis metum iniiceret, ut Sugambros ulciscerentur, ut Vbios obsidione liberaret, diebus omnino decem et octo trans Rhenum consumptis satis et ad laudem et ad utilitatem profectum arbitratus se in Galliam recepit pontemque rescidit.

bus iis, quae ad se essent delatae, omnibus expositis. Afric. 35 *namque postero die ex legionibus iis, quas Getuli nominarunt, milites legionarii complures ab Scipione in castra Caesaris perfugerunt.* Neque causa videtur, cur h. l. codicibus non obsequamur, nisi ex ipsa discrepantia eorum suspicari malumus *his* esse insitivum.

traducere exercitum] *e. t.* Vind. A. Ald. et sqq. usque ad Oud., qui tacite secundum codices ordinem invertit, sed nulla nisi Aldi nep. Lips. et sqq. auctoritate *transd.* scripsit.

Sugambros] Voss. A. Egm. sec. Fabr. Vrat. A. et, sup. *i*, Bong. A. *Sugrambros* Vind. A. *Simgobros* Hamb. *Sig.* Pet. Gott. sec. Fabr. Gu. Dr. AB. et, sup. a m. s. *c*, Vrat. B. Lips. et sqq. *Syc.* Vrat. C. Vind. C. Ven. f. *Sic.* Goth. AB. Vind. D. edd. reli. Vide c. 18 §. 2. 4.

decem et octo] Gott. Egm. sec. Fabr. Pet. sec. Confl. Bong. A. Dr. A. Vrat. AB. Goth. Gu. Hamb. *x et octo* Voss. A. sec. Fabr. *XVIII* Dr. B. Vrat. C. Goth. B. Vind. AEF. edd. ante Ald. nep. Turr. Cl. *XIIX* Ald. nep. Lips. Iu. Graev. Dav. *x et IIX* Oud. copula secundum „MSS. pler. et inc." addita. *XVII* Leid. A. S. Dio Cass. 39, 48 *ἀνεχώρησεν ἐντὸς ἡμερῶν εἴκοσιν.* Plutarchus Caes. c. 23 cum ipso consentiens: *εἴκοσι δυεῖν δεούσας ἡμέρας ἐν τῇ Γερμανικῇ διατριφώς.*

profectum] Pet. Voss. A. Egm. sec. Fabr. Pet. Bong. C. sec. Confl. cod. Turr. Par. A. Dr. B. Vrat. AC. Goth. AB. Hamb. cum parte Oudendorpianorum. *profectus* Leid. C. Dr. A. Vrat. B. Gu. inc. *pêrfectus al. perfectum* Gott. sec. Fabr. *pfectum* Par. B. *perfectum* Carr. Bong. A. Leid. A. S. Vind. A. Ald. Gr. ab. Turr. In tanta horum vocabulorum similitudine et fluctuantibus libris cum Oud. id praetuli, quod addito *satis* et usui scriptoris magis

§. 4. obsidione liberaret] Non solum oppida et castra *obsidione* premuntur, sed etiam regiones totae cum incolis suis. Sic 7, 32 Caesar dicitur ad hostem proficisci constituisse, sive eum ex paludibus silvisque elicere, sive *obsidione premere* posset. Declaratur autem hoc modo id, quod §. 1 et c. 16 §. 5 simpliciter *premi* dicebatur. Ceterum Dio Cass. 39, 48 Vbios non a Suevis, sed a Sugambris pressos esse, et Suevos non sui tuendi, sed Sugambris opem ferendi causa unum in locum convenire coepisse narrat. Timore vero coactum Caesarem in Galliam se recepisse nec Dio tradidit (nam quod 40, 32 metu Suevorum reversum facit, *φόβῳ τῶν Σουήβων ἐπανεχώρησεν*, non de hoc, sed de altero reditu loquitur) nec veri speciem habet; sed satis et ad laudem et ad utilitatem profectum ratus, cum exigua pars aestatis superesset, in Galliam reverti, quam in silvas Suevorum penetrare maluit. Aliquid et Britanniae visendae cupiditas contulerit.

Digitized by Google

20. Exigua parte aestatis reliqua Caesar, etsi in his locis, quod omnis Gallia ad septentriones vergit, maturae sunt hiemes, tamen in Britanniam proficisci contendit, quod omnibus fere Gallicis bellis hostibus nostris inde subministrata auxilia intellegebat, et si tempus anni ad bellum gerendum deficeret, tamen magno sibi usui fore arbitrabatur, si modo insulam adisset et genus ho- 2

convenire videretur. Non raro *proficere* Caesar ea significatione posuit, qua Germani dicimus vor sich bringen, gewinnen. Cf. 3, 21 *ubi diligentia nostrorum nihil his rebus profici posse intellexerunt.* 6, 29 *si quid celeritate itineris atque opportunitate temporis proficere* (*perf.* Voss. A.) *posset.* 7, 20 *si nihil in oppugnatione oppidi profecissent.* Ib. 82 *plus multitudine telorum proficiebant.* et cum praepositione eadem, qua hic, ib. 66 *ad reliqui temporis pacem atque otium parum profici.* item Cicero Att. 7, 13 a §. 1 *sed etiam ad summam profectum aliquid puto.* et alii, quos adhibuit Drakenborchius ad Livii Epit. 1. 102.

Cap. 20. §. 1. his] *hiis* Gott. sec. Fabr. Vrat. BC. *iis* Pet. Bong. C. Pal. sec. Confl. Rom. a. Med. a. Ven. b. Ber. P. Man. Ald. nep. Lips. Graev. Dav. Cl.

septentriones] Pluralem Oud. secundum Bong. A. Leid. A. S. Ox. Aic. St. exhibuit. Accedunt Hav. A. et corr. Vind. A. (ante corr. *septentrionis* habebat) et m. pr. Goth. A. In Dr. AB. Vrat. ABC. Goth. B et corr. A. Vind. C. Hamb. et rell. ante Oud. edd. est *septentrionem* (Oud. 1 *Septemtr.* 2 *Septentr.*) Cf. adn. cr. ad 1, 1 §. 5.

Britanniam] *Brittanniam* Voss. A. Egm. sec. Fabr. Vind. A. *Britaniam* Dr. AB. Goth. A. Hamb. *Brittaniam* Bong. A. Cf. adn. cr. ad 3, 8 §. 1.

§. 2. et genus] „MSS. pler. et Edd. Vett.“ Bong. A. Dr. AB. Vrat. ABC. Goth. AB. Vind. BCE. Hamb. cum edd. plerisque. *genus*, omisso *et*, Vind. A. St. Iu. et sqq. Copula facit ut harum

Cap. 20. §. 1. hiemes] Pluralis significare videtur si minus omnibus annis, tamen plerumque maturam esse hiemem.

intellegebat] Cf. 2, 4 §. 7, ubi Divitiacum, regem Suessionum, etiam magnae partis Britanniae imperium obtinuisse, ib. c. 14 §. 4, ubi eos, qui Bellovacis belli adversus Romanos gerendi auctores fuissent, in Britanniam profugisse, 3, 8 §. 1, ubi Venetos in Britanniam navigare consuesse, et ib. 9 §. 8, ubi eosdem auxilia ex Britannia arcessisse legimus; quarum rerum cognitio Caesari suffecisse ad hoc *intellegendum* videtur; nisi forte hoc ipso tempore quaedam vel comperit vel vidit, quae magis etiam Gallos Britannorum auxilio contra se usos esse persuaderent, quae exponere supersederit, quoniam ad famam et opinionem hominum tenendam non necessarium esset. Nonnullis tamen spe margaritarum petisse Britanniam dicebatur, quarum amplitudinem conferens interdum sua manu exegerit pondus, ut refert Suetonius Iul. c. 47.

§. 2. insulam] Quin insula esset Britannia, Caesar non dubitabat, famam utique, sed eam circumnavigatione nixam sequens, quam veram esse experientia Romanos multo post sub Domitiano

Digitized by Google

minum perspexisset, loca, portus, aditus cognovisset;
3 quae omnia fere Gallis erant incognita. Neque enim temere praeter mercatores illo adit quisquam, neque

actionum, adeundi, perspiciendi, cognoscendi, rationem non eandem esse et duo posteriora explicandi primi causa accedere intelligamus. Ipsa vero non sunt copulata partim quod alia quoque eiusdem generis cogitari possunt, partim quod alterum per se multiplex est. Cf. 1, 46 *dum haec in colloquio geruntur, Caesari nuntiatum est equites Ariovisti propius tumulum accedere et ad nostros adequitare, lapides telaque in nostros coniicere.*

§. 3. illo adit] VV. CC. Vrs. in Not. liber Faerni apud Vrs. in Emend. cod. Brant. Pal. sec. Confl. Vind. F. Lips. Iu. Dav. Cl. Oud. *illo adiit* Voss. A. Egm. Gott. Lov. sec. Fabr. Bong. A. sec. Pl. et Bong. C. sec. Confl. Par. A. Dr. B et a m. pr. A. Vrat. AC. Goth. AB. Vind. BCEI. Hamb. Ven. f. *illos adiit* Vrat. B et a m. s. Dr. A. *ad illos adiit* Gu. *ad illos adit* Graev. et teste Brantio Bas. et Vascos. Sed Bas. a. 1521 cum Ald., a. 1548 cum Gr. a. facit. *adiit ad illos* Ald. *adit ad illos* „Ox. et forsan Cu. And.“ Vind. A. Hav. A. Gr. A. et sqq. usque ad Lips. *adit illos* Pet. sec. Confl. (sec. Fabr. *illos* post *adit* superne adscriptum habet.) „*adit illos* vel *illos adit* cum Ed. Inc. habent quatuor vel quinque mei, in quibus Leid. A. et Pet.“ Idem Oud. MSS. pleroseque et Edd. Vett. *adiit* exhibere dicens nihilo minus ex Bong. Voss. A. Egm. aliisque et ex MSS. Vrsini et Brantii *illo adit* affert, quorum posterius tantum in posteriore horum parte exstat. Neque veterum editionum satis curiosus fuit: Rom. a. Med. a. Ven. bcde. Ber. cum Vind. D. haec omnia a *mercatores* usque ad *praeter* omittunt, reliquae tantum non omnes praesens habent. Atque idem ego tenendum putavi, quamquam codicum auctoritas vetare et perfectum simili modo explicari posse videtur, quo apud Salustium Cat. 51 §. 2 *haud facile animus verum providet ubi illa* (ira atque misericordia) *obficiunt, neque quisquam omnium lubidini simul et usui paruit.* Sed Caesar non ita loquitur; librarii vero si *adIt* scriptum fuit, quemadmodum *omnIum, curIam* et similia in tabulis Ancyranis scribi testatur Orthographia Norisiana p. 221, facile ut *adiit* scriberent, fieri potuit. Itaque saepe haec variant. Cf. 6, 6 §. 1 *adit* et *adiit tripartito*, 7, 4 §. 3 *quoscunque adit*, Hamb. *adiit*, 8, 26 extr. et 52 in. *redit* et *rediit*, 5, 46 §. 3 *exit* et *exiit*. — Quod ad alterum attinet, *illo* non modo a codicibus tutius, sed etiam eo praestantius est, quod aditus non tam ad homines, quam ad insulam difficilis erat, et quod de insula sermo fuit. Ceterum *illos* quoque rectum esse in adn. cr. ad 2, 7 §. 3 demonstravi, neque *ad illos* improbari pos-

docuit. Recte igitur Tacitus Agric. c. 10 *hanc oram novissimi maris tunc primum* (Agricola proconsule) *Romana classis circumvecta insulam esse Britanniam affirmavit.* Minus recte Quintilianus 7, 4 §. 2 *haec et in suasoriis tractari solent, ut si Caesar deliberet, an Britanniam impugnet, quae sit Oceani natura, an Britannia insula* (*nam tum ignorabatur*) *quanta in ea terra, quo numero militum aggredienda, in consilium ferendum sit.*

Digitized by Google

his ipsis quicquam praeter oram maritimam atque eas regiones, quae sunt contra Gallias, notum est. Itaque vo- 4
catis ad se undique mercatoribus neque quanta esset in-

se docuit Oud. Sed utrum variandae orationis causa factum, an temere ex *adit illo* subortum sit, dubitari potest.

his] Dr. A. Goth. A. Vind. ABCFI. Ven. f. *is* Vrat. A. Hamb. *hiis* Dr. B. Vrat. BC. *iis* Bong. A. Goth. B. Ald. et sqq.

Gallias] „Clarkii codices, meique numero undecim, vel plures, in quibus optimi Bongars. Lov. Voss. A. uti et Edd. Rom. Med. Ven. Inc. aliaeque.“ Gott. Voss. A. Egm. Lov. Par. A. Bong. C. sec. Conf. Hav. A. Vind. F et a me visi omnes uno Hamb. excepto, qui *Galliam* habet, quod ab Aldo usque ad Oud. vulgatum et ab Oud. 2 repetitum est. Sane ea ratione, quam Oud. in 1 sequebatur, teneri pluralis non poterat. „Sic dictae, ut *Hispaniae*. ita Hirt. l. VIII. c. 49. Sueton. Caes. c. 22 et passim.“ Suetonius enim citeriorem et ulteriorem significat, quo sensu etiam *Hispaniae* dicuntur. Sed respiciamus ad tripartitam illam Galliae omnis divisionem, quam 1, 1 ostendit; quae partes omnes ad Britanniam spectant, quarumque singularum mercatoribus oras maritimas non universae Britanniae, sed oppositarum partium singularum notas esse demonstraturus scriptor haec adiecit: *atque eas regiones, quae sunt contra Gallias*. Neque enim timendum erat, ne quis de citeriore et ulteriore cogitaret. Alibi quidem Caesar hoc plurali non utitur, sed *Galliam* simpliciter, vel *omnem*, *universam*, *totam* dicit, etiam 5, 13, ubi unum latus Britanniae *contra Galliam* esse scribit, sicut alterum ad Hispaniam, tertium ad Germaniam spectare, quae comparatio singularem requirebat, neque Hirtius est usus eo loco, quem Oud. in adnotatione ut ex auctoritate codicum Andini et Oxoniensis constituendum significavit, in recensione ipsa merito ut erat constitutus, reliquit. Nihilo tamen minus h. l. manere in eo, quod codicibus dederat, debebat.

§. 4. vocatis] „MSS. Clarkii, item mei tantum non omnes cum Ed. Inc.“ Pet. Gott. Voss. A. Egm. sec. Fabr. Pet. sec. Conf. Bong. A. Dr. A. Vrat. AB. Goth. A. Vind. CF. Par. A. *convocatis* cod. Brant. Dr. B. Vrat. C. Goth. B. Vind. B. Gu. Hamb. edd. ante Oud. *συγκαλέσας* Metaphr. *evocatis* VV. CC. Vrs. in Not. And. Ox. Leid. A. Vind. A. Hav. A. Par. B. Hos secutus est Oud. primam litteram facile ab ultima praecedentis vocabuli hauriri potuisse, ceterum allis locis multis perperam in codicibus omissam esse videns. Spectat autem evocatio plerumque ad rem publicam, neque aliam ob rem supra c. 6 §. 5 principes Galliae, 7, 33 senatus omnis Haeduorum evocari ad Caesarem dicuntur, et qui proprie *evocantur*, milites veterani vel alii viri fortes, ad militiam, h. e. ad rempublicam gerendam invitantur. Atque eodem haud dubie spectabat quod ex mercatoribus quaesiturus erat Caesar. Itaque *evocatis* probari potest. Sed magis personae illorum convenire videtur simplex et commune *vocare*, quo Caesar sic utitur Civ. 3, 102 de Pompeio fugiente: *vocatis ad se Amphipoli hospitibus et pecunia ad necessarios sumptus conrogata*. Cf. Civ. 1, 34 *Massilienses — Albicos, barbaros homines, qui in eorum fide antiquitus erant montesque supra Massiliam incolebant, ad se vocaverant*. ib. 2, 1 *ad ea perficienda opera C.*

Digitized by Google

sulae magnitudo, neque quae aut quantae nationes incolerent, neque quem usum belli haberent aut quibus institutis uterentur, neque qui essent ad maiorum navium multitudinem idonei portus, reperire poterat. 21. Ad haec cognoscenda, priusquam periculum faceret, idoneum esse arbitratus Gaium Volusenum cum navi longa prae-

Trebonius magnam iumentorum atque hominum multitudinem ex omni provincia vocat. Hanc ob rem *vocatis* restitui.

ad maiorum navium multitudinem] *ad* om. Dr. B. — *multitudine* habet Hamb. — *multitinem* Goth. B. — *multitudinis* Hav. A. — *maiorem* — VV. CC. Vrs. in Not. Voss. BC. Vrat. A. Ber. *ad maioris navigium multitudinis* Leid. A. S. *ad maiorum navigiorum multitudinis*, corr. a m. s. *multitudines*, Vind. A. *maiorem* recte posthabuit Oud. neque Leid. A. et S. tanti facere debebat, ut dubitaret, an *navigium* stationem navium significare posset.

reperire] *reperiere* Vrat. C. *repperiri* Bong. A. sec. Pl. *reperiri* Leid. A. S. Dr. A. Hamb. et Bong. A. sec. Oud. „ut dicitur *comperiri* et *comperire*.“ Immo quasi non *vocatis ad se*, sed *advocatis* supra positum esset. Veram esse vulgatam etiam sequentia demonstrant eo, quod nomen Caesaris non habent, quo post *reperiri poterat* opus fuisset.

Cap. 21. §. 1. priusquam] *priusque* Rom. a. — Dr. A. *prius* — correctum habet.

Gaium] Pet. Gott. Voss. A. Egm. Lov. sec. Fabr. Bong. A. Dr. A. Vrat. AB. Vind. BEI. *G.* Hamb. Med. a. Ven. b. *Caium* Vind. C. *z* Dr. B. *C.* Goth. AB. Vrat. C. Vind. A. Rom. a. Ven. c. et sqq.

§. 4. quem usum belli haberent] magnum, an nullum. Cf. 1, 39 §. 2 *qui — non magnum in re militari usum habebant*. item Civ. 2, 34 §. 4. Supra 2, 4 §. 1 *quid in bello possent* in eandem fere sententiam dictum est.

maiorum] longarum et onerariarum maiorum, quibus traiecturus erat Caesar. Mercatoribus autem, qui parvis navigiis utebantur, ob id ipsum portus ad maiores naves earumque multitudinem idonei incogniti esse poterant aeque ac reliqua, quae Caesar ex iis quaerebat, quorum omnium nihil magnopere ad mercaturam pertinebat. Itaque non est quod hanc eorum ignorantiam miremur aut simulatam fuisse suspicemur, praesertim cum neque Caesar quicquam eiusmodi significet, neque appareat, cur illi haec occultanda putaverint.

Cap. 21. §. 1. Ad haec cognoscenda — Gaium Volusenum — praemittit] Male nonnulli post *Volusenum* incidunt, quasi Caesar Volusenum ad haec *priusquam periculum faceret* cognoscenda idoneum arbitratus, non ad haec pr. p. f. *cognoscenda* praemisisse dicatur. Minime vero *idoneum* pro neutro, de quo cogitabat Sincerus, habendum. Quod idoneum *arbitratus* dicitur, lenem reprehensionem habet et re ipsa non adeo idoneum repertum innuit, quod magis etiam ex fine capitis intelligitur. Cf. similis P. Considii praedicatio 1, 21 §. 4. De homine ipso v. adn. ad 3, 5 §. 2. Nam nihil est quod dubitemus, quin omnibus ibi significatis locis

Digitized by Google

mittit. Huic mandat, uti exploratis omnibus rebus ad 2
se quam primum revertatur. Ipse cum omnibus copiis 3
in Morinos proficiscitur, quod inde erat brevissimus in
Britanniam traiectus. Huc naves undique ex finitimis 4
regionibus et quam superiore aestate ad Veneticum bel-
lum effecerat classem iubet convenire. Interim consi- 5

§. 2. uti] Id Oud. auctoritate codicum Gott. Leid. A. Ox. et ed. St. pro vulgato *ut* receptum a se ostendit, quem secutus non essem, nisi Plüschkii de Bong. A et exemplaris Fabriciani de Gott. silentium et primus huic inter testes praeter consuetudinem ab Oud. tributus locus probabile redderent utriusque signa in adnotatione Oudendorpii permutata et ipsius vel operarum errore *G.* positum esse pro *B.* Accedit ex meis Vind. A. Non desunt disyllabi a librariis pro monosyllabo scripti exempla, sed saepius *ut* ex *uti*, quam hoc ex illo factum ab eis esse constat.

§. 3. traiectus] „MSS. et Edd. pp.“ *trauectus* Hamb. *transiectus* Ald. nep. Lips. et sqq. Codices h. l. et 5, 2 §. 3 et Civ. 2, 20 §. 1 *trai.* scribi iubent, idque Alex. c. 56 §. 5 etiam Oud. tenuit.

§. 4. effecerat] *fecerat* „MSS., ut puto, Vrs. Cu. S. Leid. A. Ox.“ Vind. A. Hav. A. Ald. et sqq. Id magis convenire verbis *ad Veneticum bellum* videtur. Cf. Civ. 3, 80 *Caesar castris munitis scalas musculosque ad repentinam oppugnationem fieri et crates parari iussit. Quibus rebus effectis cohortatus*

de uno eodemque sermo habeatur. Quod ad rem attinet, repugnare videtur Suetonius Iul. c. 58 *in obeundis expeditionibus dubium cautior, an audentior. Exercitum neque per insidiosa itinera duxit unquam nisi perspeculatus locorum situs, neque in Britanniam transvexit, nisi ante per se portus et navigationem et accessum ad insulam explorasset.* In quo alii Suetonium errasse, alii *per se* delendum, alii ita explicandum statuunt, ut quod quis per alium faciat, id ipse facere existimandus dicatur. Cf. Hoffmanni Observata de casibus absolutis Budissae edita a. 1836, p. 8. Sed Suetonium necesse est aliquid designasse, quod Caesar praeter vulgarem imperatorum prudentiam fecerit. Itaque aut totam expeditionem hoc libro narratam respexit, quae praeparatio veri belli erat, aut Caesar misso Voluseno nihilo minus ipse quoque nave conscensa omnia exploratum iit, quam rem vel ut sua persona minus dignam vel fortunae invidiam veritus ut alia a Suetonio ibidem relata silentio praetermiserit.

§. 3. in Morinos] Cf. adn. ad 2, 4 §. 9.

§. 4. quam — effecerat classem] Si incidere placet, post *classem* potius, quam post *effecerat* incidendum esse verba 5, 37 §. 1 docent: *Sabinus quos in praesentia tribunos militum circum se habebat et primorum ordinum centuriones se sequi iubet.* Eadem ratio est verborum 5, 17 §. 5. 7, 70 §. 6. Civ. 1, 43 §. 4. 52 §. 4. 61 §. 3. 2, 27 §. 2. 3, 95 §. 3, in quibus interpungendis et Oud. et alii sibi non constant. Sed praestat talia non dividere et omnia sub relativo comprehensa unius adiectivi seu participii instar habere.

Digitized by Google

lio eius cognito et per mercatores perlato ad Britannos a compluribus insulae civitatibus ad eum legati veniunt, qui polliceantur obsides dare atque imperio populi Roma-
6 ni obtemperare. Quibus auditis liberaliter pollicitus hortatusque, ut in ea sententia permanerent, eos domum remittit, et cum iis una Commium, quem ipse Atrebati-

milites docuit etc. Ib. 2, 8 *quam* (turrim) *primo ad repentinos incursus humilem parvamque fecerant.* Sed ad bellum illud Caesar non solum fieri et aedificari, sed etiam ex Pictonibus, Santonis aliisque Galliae populis convenire naves iusserat, ut 3, 9 §. 1 et 11 §. 5 demonstratum est, eamque operam omnem breviter significare potuit verbo *effecerat.* Potuit utique et simplici *fecerat*, cuius in dictionibus *manum facere*, *exercitum facere* (quas a Dähnio adhibitus Menckenius in Observ. L. L. p. 394 ex Cicerone contulit) vis eadem est, quae compositi, sed non sine ambiguitate, a qua maxime abhorret. Itaque scripturam ceterorum codicum Oud. omnium eandemque Carr. cod. Turr. Pet. Bong. C. Pal. sec. Confl. Gu. Vind. E. et octo a me inspectorum editorumque ante Aldum restitui, quam etiam Oud. etsi alteram sequens locis compluribus collatis commendare videtur, quibus *classem*, ut alia opera, *effectam* dici posse probavit, sed cur h. l. dicta sit, non ostendit neque additorum *ad Ven. bell.* rationem habuit. Quod idem Vrsini codicum mentionem fecit, quos ipse neque in Notis neque in Emendationibus h. l. commemoravit, ad confirmandam Aldinae scripturae auctoritatem fecisse videtur, et fortasse Cuiacianum quoque coniectura tantum ex silentio ex. Fabr. capta apposuit, quod *effecerat* in Pet. Gott. Voss. A. Egm. Lov. scriptum esse testatur.

§. 5. insulae] *eius insulae* Vind. A. Ald. et sqq. „MS. Reg. cum plerisque meis et Edd. pp. non agnoscunt *eius*. addit tamen Metaphrastes *ταύτης*." Omittunt pronomen Pet. Gott. Voss. A. Egm. Lov. Lbb. sec. Fabr. Pet. sec. Confl. Dr. AB. Vrat. ABC. Goth. AB. Gu. Hamb. Vind. BCDFI. edd. ante Ald. His auctoribus, quamquam a Caesaris consuetudine non abhorret, eiiciendum videtur, et necessarium non esse cum per se, tum collatis verbis c. 20 §. 2 *si modo insulam adisset* intelligitur. Idem 1, 38 §. 4 interpolatum vidimus. Sed tamen Pl. in Bong. A. omissum esse non adnotavit, cuius libri auctoritate accedente postliminio reducendum censeo.

§. 6. eos] om. a m. pr. Voss. A. sec. Fabr. Errat Oberlinus, dum Oudendorpium, ad Suet. Iul. c. 7. *eos* induci iubere narrat.

cum iis] Pet. Gott. Voss. A. Egm. Lov. sec. Fabr. Bong. A.

§. 6. Quibus auditis — eos domum remittit] Cf. 3, 14 §. 4 *turribus autem excitatis tamen has altitudo puppium ex barbaris navibus superabat.* 5, 4 *principibus Trevirorum ad se convocatis hos singillatim Cingetorigi conciliavit.* Ib. 44 *quo percusso et exanimato hunc scutis protegunt.* 6, 4 *obsidibus imperatis sentum hos Haeduis custodiendos tradit.* Horum omnium ratio est eadem, quam in adn. ad l. 8 declaravi.

liberaliter] Cf. adn. ad c. 18 §. 8.

Digitized by Google

bus superatis regem ibi constituerat, cuius et virtutem et consilium probabat et quem sibi fidelem esse arbitrabatur, cuiusque auctoritas in his regionibus magni habeba-

Vrat. A. Gu. *cum hiis* Vrat. BC. Hamb. *cum his* Dr. AB. Goth. B et a m. s. A. (a m. pr. pronomen omissum est) Vind. A. cum edd. omnibus. Oud. tacet. Post *eos* demonstrativum minus aptum est.

esse] om. Carr. cod. Turr. Buk. Vrat. A. Ber. Lips. et sqq. sine idonea ratione et auctoritate.

his] Bong. A. Dr. AB. Goth. A. Vind. ABC. edd. ante Oud. *hiis* Gott. sec. Fabr. Vrat. ABC. Hamb. *is* Voss. A. sec. Fabr. *iis* Goth. B. Oud.

magni] Bong. A. Voss. AB. Leid. AC. And. S. Vrat. A. Goth. A. Vind. C. Hav. A. Pariss. Ald. Gr. a. Turr. Oud. *magna* Gott. sec. Fabr. Pal. sec. Confl. Dr. AB. Vrat. BC. Goth. B. Hamb. Vind. AB. cum reli. edd. Cum *habebatur* fere idem sit, quod *existimabatur*, quemadmodum ad 1, 21 §. 4 docui, utrumvis probari potest, et codices ita discedunt, ut dubitationem non tollant. Sed *magni* exquisitius ideoque scriptori, alterum librariis tribuendum videtur. Similes sunt dictiones *pensi* et *nauci non habere*, nec multum differt *magnae habitus auctoritatis*, quo Caesar utitur 7, 77.

regem ibi constituerat] apud Atrebates, quemadmodum apud Senones Cavarinum *regem* constituisse dicitur 5, 54. Cuius nominis in his ratio alia et dignitas minor erat, quam in Ariovisto aliisque, qui a senatu reges appellati sunt (Balderico Noviomensi, scriptori seculi undecimi exeuntis, in Chronico Cameracensi et Atrebatensi ed. Colvener. Duac. a. 1615 l. 1 c. 2 Comeus princeps Atrebatensis dicitur.) Atrebatum inter Belgas mentio facta est 2, 4. 16 et 23, qui locus in Nervico proelio una cum reliquis superatos ostendit. Sed de Commio rege fis dato nihil ibi dictum, et referendum hoc inter ea, quae scriptor alieno loco obiter commemorat, quale c. 11 §. 2 et c. 8 §. 3 et 3, 10 §. 2 deprehendimus. Quod autem 7, 76 de immunitate Atrebatibus concessa et de iure legibusque redditis dicitur, post Britannicam expeditionem factum est et aliter ab Hotomanno ad definiendam regiam Commii potestatem adhiberi debebat.

probabat] laude dignum habebat, omnino, non singularis rei ratione habita, quemadmodum alias causa, locus, consilium *probari* dicitur.

et quem sibi fidelem esse arbitrabatur] Haec, quae Commium aliquando infidelem cognitum esse Caesari significant, cum eum septimo demum belli Gallici anno a Caesare defecisse ex 7, 76 constet, non huius expeditionis Britannicae tempore, sed finito bello Gallico scripta esse oportet. Sed quem in Ephemeridibus habere non potuerunt locum, eum in Commentario ita ceperunt, ut postmodum inserta a primum scriptis nullo negotio distingui et amplificationis vestigia cerni possint. Videntur autem et haec et proxima *cuius et virtutem et consilium probabat* postmodum inserta, reliqua ex Ephemeridibus ut erant, traducta esse posse. Cf. adn. cr. ad c. 27 §. 3.

in his regionibus] Galliae, non Britanniae, de qua cogitabat Vollmerus, immemor eorum, quae

Digitized by Google

7 tur, mittit. Huic imperat, quas possit, adeat civitates horteturque, ut populi Romani fidem sequantur, se-
8 que celeriter eo venturum nuntiet. Volusenus perspectis regionibus omnibus quantum ei facultas dari potuit,

§. 7. ut] „exsulat quidem a plerisque MSS. et Edd. primis, sed in vetustioribus comparet; uti in Bong. Pet. And. Leid. A. Ox. Lov. aliisque.“ om. Reg. N. Voss. Cl. Gott. Voss. A. Egm. sec. Fabr. Carr. cod. Turr. Dr. B. Vrat. ABC. Goth. AB. Vind. DF. Gu. Hamb. Par. A. edd. ante Ald. Itaque non tam librorum causa retinetur, quam eo, quod parum probabile est scriptorem non variare orationem maluisse.

§. 8. omnibus] om. And. Ox. S. Leid. A. Vind. A. Hav. A. Vasc. St. P. Man. et sqq. Quippe adversari sequentia videntur, quae Volusenum neque Caesari operam suam magnopere probasse neque vero *omnes* Britanniae regiones perspexisse arguunt. Sed ironiae colori, quem haec de Voluseno dicta referunt, additamentum hoc, quo *rerum omnium* §. 2 Voluseno iniunctarum admonemur, minime discrepat. Atque ego, si mihi corrigendum scriptorem putarem, *regionibus* potius inducerem quam *omnibus*. Idem Apitzio retinendum est visum nec non Ecksteinio, cuius tamen in recensione non h. l., sed §. 6 inter *regionibus* et *magni* haud dubie contra eius voluntatem receptum est. Ceterum non dissimulabo cum Oud. testimonio in Bong. A. legi *omnibus* dicentis pugnare silentium Pl., et de illius diligentia dubitari posse propterea, quod non modo Metaphrasten, qui *ὅσους ἠδυνήθη ἀπὸ τῆς νεὼς κατασκοπήσας τόπους* posuit, sed etiam Gr. b. omisisse *omnibus* perhibet, cuius in exemplari a. 1549 edito certe non omissum est.

ei] *et* „MSS. et Edd. qdd.“ Pet. Gott. Voss. A. Egm. Lov. Lb. sec. Fabr. Pet. Bong. C. sec. Confl. Dr. AB. Vrat. ABC. Goth. AB. Vind. BCF. Gu. Rom. a. Med. a. Ven. bcdef. om. Hamb. Hinc interpretatio petenda adnotatiunculae Oud., addendumque hoc confusorum *ei* et *et* vocabulorum exemplis ab Handio significatis Tursell. T. 2 p. 540. Cf. 6, 22 §. 2.

facultas] „perperam MSS. plerique et Edd. Vett. contra And. Voss. A. Ox. Pet. Egm.“ *facultas* Lov. Gott. Lb. sec. Fabr. Pet. Bong. C. sec. Confl. Bong. A. Dr. AB. Vrat. BC. Goth. AB. Vind. BCI. Gu. Hamb. Rom. a. Med. a. Ven. bcde. Ber. St. Gr. b. *facultatis* Vrat. A. Vind. A. Ven. f. et rell. edd. quod Oud. illa, quam ostendit, auctoritate tenuit. Neque ea mihi in hac differentiae exiguitate non sufficeret, si nominativum quemadmodum ille minus rectum esse putarem. Nam rectus est genitivus, quo posito Volusenus tantum cognitionis retulisse dicitur, quantum facultatis

c. 20 §. 4 et c. 27 §. 3 scripta sunt.

§. 7. ut populi Romani fidem sequantur] Cf. 5, 20 *civitas, ex qua Mandubratius adolescens Caesaris fidem secutus ad eum in continentem Galliam venerat.* Vulgo patrocinium, Schutz, interpretantur; sed proprie *fides* est ea, quae residere apud aliquem virtus et voluntas creditur, quam qui *sequitur*, ad eam se applicat eaque se tutum fore sperat.

seque] Cf. adn. cr. ad 2, 35 §. 1.

Digitized by Google

qui navi egredi ad se barbaris committere non auderet, quinto die ad Caesarem revertitur quaeque ibi perspexisset, renuntiat. 22. Dum in his locis Caesar navium parandarum causa moratur, ex magna parte Morinorum ad eum legati venerunt, qui se de superioris temporis consilio excusarent, quod homines barbari et nostrae consuetudinis imperiti bellum populo Romano fecissent, seque ea, quae imperasset, facturos pollicerentur.

etc. Sed sive pro adverbio habere volumus *quantum*, quo sensu alii *in quantum* dixerunt, sive pro adiectivo et accusativo, qui ex verbo *perspiciendi*, quod subauditur, pendeat, nominativus *facultas* reprehensione carret. Priori modo, qui propter simplicitatem placet, Terentius Heaut. 2. 3, 25 dixit *quantum ex ipsa re coniecturam fecimus*, cui Westerhovius comparat Plautinum Pseud. 2. 2, 2 *ut ego oculis rationem capio*. Neque Caesar non poterat dicere *ut ei facultas dari potuit*.

Cap. 22. §. 1. ad eum legati] *l. ad e.* Lov. sec. Fabr. Dr. B. Vrat. C. Goth. B. Hamb. Rom. a. Med. a. Ven. bcde. Ber. Ald. Gr. a. R. Man. Ald. nep. Turr. Lips. Cl., quod Oud. tacite secundum codices mutavit in eum modum, quem supra c. 18 §. 3 et c. 21 §. 5 et infra §. 6 et Civ. 1, 15 §. 2 scriptor sequitur. Sed 7, 12 *eum legati ad eum venissent* et ib. 32 *legati ad eum principes Haeduorum veniunt* posuit. Hic vero etiam cavendum erat, ne *Morinorum legati* viderentur dici *ex magna parte* ad eum venisse.

pollicerentur] Carr. VV. CC. Vrs. in Not. Hav. A. Vind. A. St. P. Man. Ald. nep. Lips. et sqq. *pollicebantur* Leid. A. *polliceantur* „MSS. multi et Edd. Vett. qdd.“ „omnes“ Brant. Bong. A. Dr. AB. Vrat. ABC. Goth. AB. Vind. CFI. Gu. Hamb. edd. rell. quasi antea fuisset *Morini ad eum legatos mittunt*. Cf. 5, 1 *Pirustae legatos ad eum mittunt, qui doceant nihil earum rerum publico factum consilio, seseque paratos esse demonstrant se fidei barbarorum credere et tantum exterius visa renuncians*. Ratio eius eadem est, quae in verbo *iacerent* 2, 33 §. 3.

§. 8. barbaris] Miratur Brantius, cur Britannos potius, quam Gallos *barbaros* appellet. Etiam Gallos ita appellat 3, 15 §. 2. 5, 54 §. 4 et alibi. Quod autem Britannos saepius eo nomine impertit, mirum non est, cum longius, quam Galli a Romanorum notitia et vitae consuetudine remoti essent. Ceterum nihil magnopere contumeliae in eo inesse cap. sq. §. 1 docet.

auderet] In coniunctivo erravit Petrarcha, dum Voluseni orationem eo referri existimans haec ita reddit Hist. 11, 2 *is ad eum quinto die rediit, non ausus, ut dicebat, in terram egredi neque*

Cap. 22. §. 1. bellum populo Romano fecissent] Etsi Belgico quoque et Venetico bello interfuisse Morinos 2, 4 et 3, 9 significatum est, tamen his verbis novissimum illud et Morinorum Menapiorumque proprium, quod 8, 28 sq. commemoratum legimus, respici videtur, quod quia tempestatum causa confici a Caesare non potuerat, nondum hostes Romanorum esse desierant eoque magis excusatione egebant. De locutione cf. adn. ad 3, 20 §. 2.

Digitized by Google

2 Hoc sibi Caesar satis opportune accidisse arbitratus, quod neque post tergum hostem relinquere volebat neque belli gerendi propter anni tempus facultatem habebat neque has tantularum rerum occupationes Britanniae anteponendas
3 iudicabat, magnum iis numerum obsidum imperat. Qui-

omnibus rationibus de iniuriis satisfacere. Sed haec si scriptor minus arte cum proximis *qui se excusarent* coniungi et ad ipsos Morinos potius, quam ad eorum legatos referri voluisset, non *seque*, sed *seseque* ut l. 5 posuisset. Denique litterae *er* in hac verbi parte facillime praeterire librarios potuerunt, si ea nota significatae erant, quam ostendit Freundius in Indice Ciceronis Milionianae addito p. VIII. n. 91. a.

§. 2. Hoc] *haec* Leid. A. Vind. AC. Hamb. Alb. et sqq. usque ad Iu.

Caesar satis opportune] „MSS. fere," hoc ordine, Pet. Voss. A. Bong. A. Dr. AB. Vrat. AC. Goth. B. et, qui *satis* a m. s. superne additum habet, A. Vind. BEF. Hamb. et, qui *optime* pro *opportune* exhibent, Gott. Vrat. B. Gu., item edd. ante Ald. s. o. C. Vind. A. Ald. et sqq. assentientibus, ut videtur, Carr. cod. Turr. et VV. CC. Vrs. in Not., in quibus *hoc sibi satis* pro *haec* etc. legi dicitur. Nihilo tamen minus alterum sequi neque cum Oud. de eiiciendo nomine cogitare debemus.

tantularum rerum occupationes] Pro *tantularum* exhibent *tantarum* „MSS. plerique et Edd. primae," Pet. Gott. Voss. A. Egm. Lb. Bong. C. Pal. sec. Confl. Bong. A. Dr. AB. Vrat. ABC. Goth. AB. Vind. BCEFI. Gu. Hamb. edd. ante Ald. Gr. b. Quod si quis eum volet, *quamquam satis magnanum* interpretari debebit. Nam Daehnii rationi interpretandis *tam parvarum* scriptoris usus permultis locis confirmatus et ambiguitas inde exsistens repugnat. Parvum enim Caesari visum esse, Morinos subigere nisi ab ipso edoctus non facile crederes. Sed ne illud quidem ambiguitate careret, eam eodem iure, quo *quamquam*, subaudiri posset *quippe*. Itaque *tantularum* tenendum, quod ab Aldo exhibitum Hav. A. Vind. A. et VV. CC. Vrs. in Not. confirmant, cui certus locus est 2, 30 §. 2 et 7, 19 §. 4, et quod facile potuit cum altero permutari, uti factum est 5, 49. Sed quod in iisdem codicibus et in S. Leid. A. post *occupationes* additur *sibi*, quod primus adscivit Scaliger, sequentes tenuerunt, ego ut neque necessarium neque Caesaris, qui hoc modo nusquam duos dativos iunxisse videtur, aut omnino scriptorum usui accommodatum omittendum putavi.

iis] Pet. Voss. A. Egm. Lov. sec. Fabr. Pal. sec. Confl. Bong. A. Vrat. A. Goth. B. Hamb. Rom. a. Med. a. Ven. b. Ber. *hiis* Gott. sec. Fabr. Vrat. BC. *his* Dr. AB. Goth. A. Vind. AB. Ven. cdef. Aldinae, Gr. ab. St. Turr. Lips. Iu. Graev. Dav. Cl. Oud. 2. *is* Oud. 1. Id Hansius ut ex *iis* contractum servavit. *isdem* nos quoque 2, 3 §. 5 verum esse statuimus: *is* vel propter ambiguitatem probari nequit, neque Gudendorpii voluntate receptum videtur.

numerum obsidum] *o. n.* Leid. A. Oud. Obsidum notio gravior

§. 2. neque belli gerendi — facultatem habebat] Itaque ne in Britanniam quidem tam belli gerendi, quam praeparandi causa proficiscebatur.

tantularum rerum occupatio-

bus addactis eos in fidem recepit. Navibus circiter 4
LXXX. onerariis coactis contractisque, quod satis esse ad

ideoque insignior locus nomini aptior, quam medius. Cf. 7, 90 *imperat magnum numerum obsidum.* et infra c. 24 §. 2.

§. 3. recepit] *recipit* Dr. A. Vind. A et à m. pr. Goth. A. St. Gr. b. ad festinationem Caesaris non inepte.

§. 4. LXXX.] „Pet. S. Leid. A. Ox. et alii." Par. B. Hav. A. Vind. A. Ven. f. et sqq. *octingentis octoginta* „MSS. mei undecim, in quibus ipsi Bong. A. et Voss. A." Gott. Voss. A. Egm. sec. Fabr. Par. A. Dr. A. Vrat. AB. Goth. A. Vind. BCFI. Gu. Hamb. *octingentis* LXXX Pet. Bong. C, Pal. sec. Confl. Dr. B. Vrat. C. Goth. B. Vind. D. edd. ante Ven. f. DCCCLXXX cod. Steph. sec. Hotom. et, ut videtur, N. Reg., e quibus Cl. 880 refert. (*octuaginta* Goth. A. Vind. CFI. Hamb. *octuginta* Gott. sec. Fabr. *ottingentis* Vrat. C.) In Bong. A. Pl. *octingentis octingenta* cum punctis sub posteriori legi testatur. Si *octingentis* legimus, *circiter*, quod cum *octingentis octoginta* consistere nequit, nullam difficultatem obiicit, neque ea, quam habent proxima, quae de duabus transportandis legionibus dicta sunt, non quodam modo tolli potest. Sed iste modus valde est incommodus, omnium maxime autem incommodum hoc, quod deinde XVIII. onerariae accessisse dicuntur, quas in tanta coactarum multitudine supervacaneas et mentione indignas futuras fuisse apparet. Itaque verum videtur LXXX., quem numerum etiam Orosius 6, 9 in. habet: *navibus circiter onerariis atque actuariis octoginta praeparatis in Britannium transvehitur.* Quod autem Oud. mendam sine dubio e glossemate natam ostendit, non video, qui in numero locus esse possit glossemati, et simpliciter erratum statuere malo, ut solet in numeris.

quod satis — transportandas legiones] Pro *quod* Oud. *quot* exhibuit idque in MSS. et Edd. Vett. plerisque exstare testatus est, quod ad edd. attinet, vere; nam praeter inc., quam excipiendam esse Elberlingius docuit, omnes ante Laps. in *quot* consentiunt; quod ad MSS., haud dubie erravit: *quod* legitur in Carr. cod.

nes] De genitivo dictum est in adn. cr. ad c. 16 §. 6.

§. 4. coactis contractisque] Horum prius Morus ad omnes, posterius ad eas, quae duas legiones transportarent, referebat et significationem utriusque eandem statuebat. Ita etiam Metaphrastes: *ναῦς δὲ ὡς ὀγδοήκοντα φορτικὰς συναλίσας καὶ ἐξ αὐτῶν ὡς πρὸς δύο τάγματα διαβιβάζειν ἐκλεξάμενος τὰς λοιπὰς τῷ ὑπάρχῳ καὶ τοῖς ὑποστρατηγοῖς τοῖς τε χιλιάρχοις διέδωκε.* Et potest ea ex verbis effici sententia, si *quod* pro vero habetur, et ita tolli difficultas, quam in adn. cr. lectioni *octingentis* obstare diximus. Sed simul nova obiicitur haec, quod quem maxime opus erat ostendi numerum, scriptor nos celaret eiusque loco doceret eum, quem nemo desideraret. Itaque cum Herzogio *coactas* naves a *contractis* diversas statuere praestat, illas ex omnibus partibus excitatas atque unum in locum convenire iussas, has eas, quae iam convenerant, interpretari; cui rationi plane convenit quod ad has coactas contractasque naves accessisse dicuntur XVIII. aliae, quae et ipsae coactae, sed nondum contractae erant.

Digitized by Google

duas transportandas legiones existimabat, quod praeterea navium longarum habebat, quaestori, legatis praefectis-
5 que distribuit. Huc accedebant XVIII. onerariae naves, quae ex eo loco ab milibus passuum octo vento tenebantur, quo minus in eundem portum venire possent:

Turr. Voss. A. Egm. sec. Fabr. Bong. A. sec. Pl. Dr. AB. Vrat. ABC. Goth. AB. Vind. AB. Hamb. Hav. A. (in Vind. I. omissum est.) Itaque Lipsii et sqq. scripturam restitui. Cf. 3, 16 §. 2 *navium quod ubique fuerat* ibique collecta. Erroris causa Oudendorpio haec fuisse videtur, quod cum in schedis suis alteram mutationem his in verbis secundum codices factam, qua *transportandas* ante *legiones* ponebat, eum illa, qua secundum edd. vett. *quot* pro *quod* scribebat, coniunxisset, utramque secundum codices et edd. vett. factam putaret, cum prior secundum edd., posterior secundum codd. facta esset. Nam *legiones transportandas* edd. ante Oud. omnes praeter inc. et Ven. f., codices vero ex meis tantum Dr. B. Vrat. C. Goth. B. Hamb. Vind. D et, qui *legiones* inter versus addit, A. habent; in ex. Fabr. ordinis ab Oud. instituti auctores perhibentur Gott. Voss. A. Egm.

quod praeterea] *quicquid pr.* Vind. A. Ald. et sqq. „*quod* vel *quot*, *quotque*, *quidem* MSS. et Edd. qdd.“ *quod* cod. Turr. Voss. A. Lb. Bong. A. Dr. AB. Vrat. BC. Goth. B et a m. pr. A. Vind. BFI. Gu. Hamb. *quot* Gott. Egm. Vrat. A. *quotque* edd. ante Ald. *quodque* Carr. Vind. C et a m. s. Goth. A. *quicquid* paulo magis sollicitum Caesarem ostendit, ne ullam longam navem, quam haberet, omitteret. Mihi *quod* sufficere et maiorem a codicibus nec nullam eo habere videtur commendationem, quod paulo ante eodem modo dictum est.

quaestori] *quaestoribus* Cu. S. Vind. A. Cum supra c. 13 §. 4 omnes in *quaestore* consentiant et hic quoque reliqui huius generis codices singularem tueri videantur, pluralis ad propriam paucorum vel negligentiam vel mutandi libidinem potius, quam quod fortasse speciose fieri posset, ad Caesaris Ephemeridas referendus videtur.

§. 5. ab] „MS. Brantii, Bong. A. Voss. A. Leid. A. Pet. Lov. Egm. et alii quatuor cum Ed. Inc.“ cod. Ciacc. Lov. Lb. sec. Fabr. Pal. sec. Confl. Dr. AB. Vrat. AB. Goth. B. Vind. E. Gu. *a* Duk. Voss. C. Vrat. C. Goth. A. Vind. AC. Hamb. Hav. A. Rom. a. Med. a. Ber. Ven. f. om. rell. ante Oud. edd.

venire] „MSS. plurimi et Edd. quaedam,“ Pet. Bong. C. sec. Confl. Dr. AB. Vrat. AB. Vind. ACI. Gu. Hav. A et, qui *possent*

navium longarum] Harum usum et simul distributionis rationem c. 25 conferendum cum c. 29 demonstrat, quod si respexisset Iurinius, *longarum* non sollicitasset.

praefectisque] auxiliorum, non equitum, quibus alias naves attributas esse sequentia docent, ut in adn. ad 1, 39 §. 2 significavi. Auxilia ipsa quoque his duabus legionibus coniuncta secum in Britanniam duxisse Caesar videtur secundum ea, quae infra c. 37 §. 1 ostendit.

§. 5. ex eo loco] quem naves LXXX. obtinebant. Ex eo loco usque ad eum, quo hae XVIII. tenebantur, iter fuisse octo milium passuum breviter indicatur ita, ut pro hoc loco ipso distantia eius

Digitized by Google

has equitibus distribuit. Reliquum exercitum Quinto Titurio Sabino et Lucio Aurunculeio Cottae legatis in Menapios atque in eos pagos Morinorum, ab quibus ad eum legati non venerant, ducendum dedit; Publium Sulpicium Rufum legatum cum eo praesidio, quod satis esse 6

praeponunt, cod. Turr. Goth. A. *pervenire* Vrat. C. Goth. B. Hamb. Carr. (hic post *possent*) cum edd. a me visis omnibus, tacente Plüschkio, quem hic aliquid neglexisse suspicor, cum etiam *portem* exemplaris sui errore pro *portum* positum intactum reliquerit, et exemplari Fabr., cuius silentium plus quam suspectum haberi debet. *Venire* significat naves illas ne ingredi quidem iter potuisse.

distribuit] *tribuit* Vind. A. et VV. CC. Vrs. in Not. Nam huc potius, quam cum Oud. ad verbum extremum §. 4 Vrsini notam ut referam, consensus Vind. A. me movet.

§. 6. ab quibus] *a q.* „MSS. et Edd. qdd.“ Dr. B. Vrat. C. Goth. AB. Vind. AFI. Hamb. edd. ante Ald. St. Gr. b. Cf. 1, 45 §. 2 *ab Quinto* et 7, 22 §. 1 *ab quoque*. Sed haec pauca et ne ipsa quidem extra omnem dubitationem posita sunt: *a q.* circiter vicies sine varietate legitur. Itaque dubitare licet. Cf. infra c. 23 §. 2.

ad eum legati] *l. ad e.* Dr. B. Cf. adn. ad §. 1.

ducendum], N. Reg. Voss. Cl. Bong. A. cum plerisque ab Oud. collatis, Par. A. Dr. AB. Vrat. ABC. Goth. AB. Vind. DF. Hamb. edd. ante Iu. *deducendum* VV. CC. Vrs. in Not. And. Ox. Cu. S. Leid. A. Vind. A. Par. B. Hav. A. Iu. et sqq. Sed in adnot. Oud. praefert *ducendum*, quia *deducere* sit vel abducere, vel in planum aut in longum ducere, quorum nihil hic locum habeat. Conferri tamen verba Civ. 2, 19 *deductis in arcem cohortibus* et ibi dicta a se iubet, quibus introducendi quoque significationem ei attribuit. Atque ita fere Heldius, cum *ded.* in plerisque codd. esse falso opinaretur, interpretandum statuit. Herzogius vero solenne in militia Romana verbum fuisse monet. Cum *deduci* in aliquem locum, si is non inferior est, ut *de* propriam significationem habeat, plerumque ii dicantur, qui in eo loco, quo deducuntur, sedem certam sibique destinatam ac debitam habituri sunt, hae vero legiones non hibernaturae in Menapiis et Morinis essent, et infra c. 38 §. 3 in eisdem verbum simplex positum sit (*qui in Menapiorum fines legiones duxerant*) et 7, 34 in eadem re idem (*quattuor legiones in Senones Parisiosque Labieno ducendas dedit*), alibi vero etiam

ostendatur et species seu imago retentionis earum non ab loco octo milia passuum distante, sed ab ipsis octo milibus passuum oblata esse seu accidisse dicatur. Cf. adn. ad 2, 7 §. 3.

has equitibus distribuit.] Haec magis cum antecedentibus, quam cum sequentibus coniuncta esse res ipsa loquitur. Itaque interpunctionem vulgarem mutavi. Quod autem *distribuisse* equitibus naves dicitur, ipse cum iis in eum locum profectus esse et singulis turmis singulas naves attribuisse, deinde revertisse cum eisdem ad exercitum videtur.

§. 6. pagos] Cf. adn. ad 1, 12 §. 4.

Publium Sulpicium Rufum] Hunc iterum 7, 90 et ut praetorem Civ. 3, 101 commemorat. Eiusdem mentio fit Afr. 10 et, ut Garatonio videtur, apud Cicero-

Digitized by Google

arbitrabatur, portum tenere iussit. 23. His constitutis rebus nactus idoneam ad navigandum tempestatem tertia fere vigilia solvit equitesque in ulteriorem portum
2 progredi et naves conscendere et se sequi iussit. A quibus cum paulo tardius esset administratum, ipse hora circiter diei quarta cum primis navibus Britanniam attigit

qui plerumque *deduci* solent dici, *duci* dicantur, ut 5, 24 §. 2 (*unam* legionem *in Morinos* in hiberna *ducendam Gaio Fabio legato dedit*) et §. 7 (*quibus Lucio Roscio in pacatissimam et quietissimam partem ducendam dederat*), iudicium, quod Oud. in adn. fecit, et codices, quos optimos habemus, sequi non dubitavi.

Cap. 23. §. 1. vigilia] *v. noctis* Leid. A. Sic Afr. 47 *circiter vigilia secunda noctis.* ib. 67 *quarta noctis vigilia.* Hisp. 11 *noctis tertia vigilia.* Caesar vero addere non solet.

solvit] *haves s.* VV. CC. Vrs. in Not. Pet. And. Leid. A. Vind. A. ut infra c. 36 §. 3 *paulo post mediam noctem naves solvit.* et 5, 8 *solis occasu naves solvit.* Vt hic, ita 5, 23 *secunda vigilia cum solvisset vigilia.*

§. 2. A quibus] „MSS. omnes et Edd. Vett.“ Carr. Voss. A. Egm. sec. Fabr. Pet. sec. Conf. Vind. EFI. cum omnibus a me visis. Tantum Gu. *ab q.* habere videtur, quod est in Aldinis, Gr. a. Turr. et sqq. usque ad Oud. Cf. c. 22 §. 6.

cum paulo] Inter haec Vasc. St. Gr. b. Cl. Oud. *id* interiectum habent, quod legitur in S. Leid. A. Ox. Pet. „aliisque“ in cod. Turr. Dr. B. Vind. CF. et a m. s. Goth. A., omissum est in Carr. Reg. N. Voss. Cl. reliquis Oud. Bong. A. Dr. A. Vrat. ABC. Goth. B et a m. pr. A. Vind. AD. Hamb. Pariss. Hav. A. et edd. rell. Hos sequendos putavi. *Administrare* per se est operam debitam seu necessariam dare. Sic infra c. 29 §. 2 *neque ulla nostris facultas aut administrandi aut auxiliandi dabatur.* c. 31 §. 3 *cum summo studio a militibus administraretur.* quo loco *id* post *cum* vulgo additum codices item deleri iubent. 7, 61 *exercitus equitatusque equitibus Romanis administrantibus, quos ei negotio praefecerat, celeriter transmittitur.*

hora circiter diei quarta] Hoc ordine edd. ante Oud. omnes cum Bong. A. Vind. BDEF. et a me ipso visis omnibus praeter unum Vind. A., in quo *circiter* post *diei* positum est, quam collocationem in ex. Fabr. numeris super verbis sine codicis indicio significatam Oud. tacite recepit. Cum Caesar solvisse dictus sit *tertia vigilia*, quae pars noctis est, tempus, quo attigerit Britan-

nem Divin. in Verr. c. 10, cuius ad Fam. epistolam 13, 77 idem vir doctus ad eundem datam putat. Ceterum huic quoque partem *exercitus reliqui* dari necesse fuit, cui minor interpunctio magis convenit, quam quae vulgo ante haec facta est maxima.

Cap. 23. §. 1. His constitutis rebus] Cf. adn. ad c. 6 §. 5, secundum quae haec interpretanda sunt nach diesen Verfügungen, Anordnungen.

§. 2. ipse] Caesar opponitur equitibus, qui quoniam tardius administraverant, idonea tempestate destituti idem efficere non potuerunt. Atque hoc ipsum etiam subaudiendum eoque *cum* causam significans referendum est.

Digitized by Google

atque ibi in omnibus collibus expositas hostium copias armatas conspexit. Cuius loci haec erat natura, atque 3
ita montibus angustis mare continebatur, uti ex locis su-

niam, diurnum fuisse ex eo colligi potest, quod *hora* eam *quarta* attigisse dicitur, quae solet esse partis diei significatio. Itaque nomen *diei* non eo addendum fuit, quo ne noctis tempore aliquo, sed ne quarta post profectionem hora attigisse Britanniam videretur, idque melius ea, quam codices plurimi exhibent, quam quae ab Oud. instituta est, verborum dispositione efficitur. (Pro *diei* Dr. AB. *die* habent, de quo cf. adn. cr. ad 2, 23 §. 1.)

§. 3. erat] om. Carr. cod. Turr. Duk. et a m. pr. Leid. A.

atque ita] codd. Clarkii et plerique Oud., Pet. Gott. Voss. A. Egm. Lov. sec. Fabr. Bong. A. Dr. AB. Vrat. ABC. Goth. AB. Vind. BCEI. Hamb. Hav. A. cum edd. ante Iu. *adeo* VV. CC. Vrs. in Not. („in meo libro" idem in Emend.) And. Ox. S. Cu. Leid. A. et addito *eo* Vind. A. Iu. et sqq.

montibus angustis] *montium angustiis* Vind. A., quemadmodum scribendum censebat Ciacconius. In Ven. de. *montibus* excidit.

mare continebatur] In Pet. sec. Confl. *mare* omissum, in Goth. A. *mare contuebatur*, sup. a m. s. *tine*, scriptum est. — Horum pleraque facile intelligitur vel errore vel temerario emendandi conatu vulgatorum in locum suffecta dubitationem de horum veritate iniicere non posse. Vnum possit, *adeo* pro *atque ita* a recentioribus edd. exhibitum, quod Oud. eo commendat, quod *atque ibi* paulo ante a scriptore positum sit. Sed eius rei momentum exiguum esse apparet. Cf. adn. cr. ad c. 17 §. 8. Ex Vind. A. scriptura et ex eo, quod Hav. A. *atque ita* tenet, verisimile fit primum in aliquo eorum, qui ad hoc genus pertinent, pro *atque* scriptum fuisse *adque*, ut scribi a nonnullis solebat, deinde casu oblitterata enclitica *eo* esse illatum, denique *ita*, quod ferri iam non poterat, deletum. *Vt* coniunctionem sic ad duo diversa vocabula relatam habet c. 17 §. 8 et ibi adhibitus locus 5, 43; pronomini demonstrativo subiectam 3, 22 *quorum haec est conditio, ut — fruantur*. Civ. 2, 18 *ratio autem haec erat belli, ut se — conferret*. In altera scriptura neque *adeo* satis placet, quia simplex conditionis significatio sufficit, neque previtas explicationis illi quasi prooemio accommodata est.

uti] *ut* Pet. sec. Confl. Dr. B. Vind. AC. St. Gr. b. Graev.

expositas] Magis usitatum erat *dispositas*. Sed significari videtur illas magis ad terrendum, quam ut pugnam capesserent, conspiciendas se praebuisse.

§. 3. montibus angustis] Cum *angustum* contrarium lato et amplos undique fines habenti et idem fere, quod *contractum*, *adductum* significet, *angustus mons* is dici videtur, cuius opposita latera non multum inter se distant, seu cuius diametri breves sunt, qui muri seu parietis instar stat, quasi non natura, sed manu facta moles. Itaque Cicero Att. 4, 16 §. 13 scribit a. 700 *Britannici belli exitus exspectatur. Constat enim aditus, insulae esse munitos mirificis molibus*. Eiusmodi montes in dorsa potius, quam in cacumina fastigatos latera non leniter acclivia, sed praerupta, ac paene directa ha-

Digitized by Google

4 perioribus in litus telum adigi posset. Hunc ad egrediendum nequaquam idoneum locum arbitratus, dum re-

adigi] Bong. AB. Voss. ABC. Leid. AC. et sec. Oud. Lov. Egm. Gott., sec. Fabr. Pet., Dr. A. Vrat. AB. Vind. ABCE. Pariss. Hav. A. inc. Aldinae, Gr. a. Lips. *redigi*, sup. a m. s. *l'a*, Goth. A. *adduci* Vind. D. *addici* Dr. B. *adici* Pal. sec. Fabr. Vrat. C. Goth. B. Hamb. Vind. F. *adiici* Bong. C. sec. Fabr. „vel *adici* Pal. Bong. C. Leid. B. Duk. Dorv. Pulm. forsan et S. Ox. And. edd. Rom. Med. Ven. et pleraeque." *adiici* cum reliquis edd. tenuit Oud.; etsi *adigi* probari posse intelligebat. Vehementioris actus significatio h. l. aptissima, codicum auctoritas certissima est.

§. 4. nequaquam idoneum locum, arbitratus] „*locum* varie transponitur in MSS. et Edd." Ego secutus sum Gott. Voss. A. Egm. Bong. A. Dr. A. Vrat. AB. Goth. A. Vind. BI. Gu. Hamb. Ante *nequaquam* legitur *locum* in VV. CC. Vrs. in Not. Leid. A. Vind. A. Ven. f. St. Cl. Post *arbitratus* positum est in Dr. B. Vrat. C. Goth. B. et reliquis edd.

bere consentaneum est, ut quae ex iis iaciantur tela, facilius ultra radices eorum proiici possint. Eadem significatione, quae omnino vulgaris et propria huius vocabuli est — Germanis est schmal — *dorsum iugi* Caesar infra 7, 44 et Livius 44, 4 *angustum* dicunt, *montem* autem Tacitus Ann. 4, 47 *angustum et aequali dorso continuum usque ad proximum castellum*. Quem locum ii commemorare non debebant, quibus Caesar montes angustis intervallis divisos designare videbatur, quae interpretatio cum singulari numero conciliari nequit. Alii propter angustum spatium inter radices montium et mare relictum montes angustos vocari, alii *angustantes* intelligendos esse existimant, ut Ramshornius Gramm. p. 993, quorum utrumque, quia sine necessitate figuratam orationem facit, minus probabile videtur.

continebatur] Si hoc ita dictum volumus, ut 1, 1 §. 4 Gallia *continetur Garumna flumine, Oceano, finibus Belgarum*; 3, 1 §. 5 vicus *altissimis montibus undique continetur*, Civ. 2, 23 §. 2 locus *duobus eminentibus promuntoriis continetur*, aut de inflexo et sinuoso litore loqui scriptorem statuendum est, in quod mare intrans coartetur, aut ad oppositam Galliam respiciendum, ut mare duobus litoribus inclusum, quorum alterum montes angustos habeat, his montibus *contineri* sic dicatur, ut 1, 38 §. 4 *reliquum spatium* statuimus *monte contineri* dictum videri posse. Neutrum ei, quod hac re effectum esse dicitur (*uti — posset*) satis convenit. Sed litoris omnino natura ea est, ut mare contineat et arceat, quo minus cuncta inundet, et qui proxime a litore nascuntur montes, eo iustius *continere* mare dicuntur, quo maiore ad id efficiendum vi praediti sunt. Hoc igitur *ita* montibus iisque angustis *continebatur*, ita obiectos sibi et oppositos montes habebat, uti ex locis superioribus in litus telum adigi posset; id quod partim propinquitate, partim natura et conformatione montium efficiebatur. Similem verbi usum habet locus Civ. 2, 10 §. 4 *ad extremum musculi tectum — quadratas regulas — defigunt, quae lateres, qui super musculo struantur, contineant*.

Digitized by Google

liquae naves eo convenirent, ad horam nonam in ancoris exspectavit. Interim legatis tribunisque militum convocatis et quae ex Voluseno cognosset, et quae fieri vellet, ostendit monuitque, ut rei militaris ratio, maxime ut maritumae res postularent, ut [quae] celerem atque instabilem motum haberent, ad nutum et ad tempus omnes 5

ancoris] Dr. B. Goth. A. Vulgo *anchoris*. Cf. adn. cr. ad 3, 13 §. 5.

§. 5. maritumae] Ita h. l. cum Oud. 2, qui ubique *maritumus* ut *finitumus* exhibuit, scribendum putavi tum Bong. A. auctoritatem, quam silentium Pl. praestare videtur, tum vestigia secutus Lov. et Hamb., quorum alter sec. Fabr. *mare tum hae*, alter *mare tum ac* habet. Cf. adn. cr. ad 2, 32 §. 2. Etiam Nepotem Att. 20 §. 4 *ex ultumis* et Ciceronem Fam. 12, 25 *altero vicesumo die* scripsisse verisimile fit eo, quod illius libri complures *exul tum iis* vel *his*, huius cod. Mediceus optimus et Dr. AB. *altero vicem sum hodie*, Vrat. A. Torgav. *alter qui censum hodie* exhibent.

ut quae] Sic ex coniectura, ut videtur, primus scripsit Lipsius, cum Stephanus *ut quia*, ceteri *ut quam* dedissent, quod in omnibus fere codicibus exstat. Tantum ex Ox. nihil a vulgata discrepans relatum et in Leid. B. Dr. B. Vind. F. *quae quam* scriptum est. Id licet ferri possit, si *quam*, ut 6, 26 in *rami quam late diffunduntur* et Civ. 1, 55. in *quam magnum numerum iumentorum* pro *perquam* seu *valde* positum putetur, tamen, quia *ut* vix credibile est ex interpolatione accessisse, duplici potius scripturae *ut quae* et *ut quam* acceptum retulerim, qua simul utraque recepta *ut* ante *quae quam* delendum librariis visum sit. Accedit quod *quae* et *quam* propter notarum similitudinem, quam ostendit Freundius Milon. p. VII. n. 58 et p. VIII. n. 61, facile permutari potuerunt, quo etiam factum videtur ut supra c. 21 §. 1 *priusque* pro *priusquam* in ed. princ. et 6, 26 *ramique* pro *rami quam* in multis codd. legatur. Ad sententiam autem aptius nihil esse potest, quam *ut quae* h. e. *utpote* seu *quippe quae*, qua significatione 5, 33 *ut qui nihil ante providisset* aut scriptum a Caesare est aut scribi potuit. Cf. *Otto* in *Divinationibus Livianis* a. 1839 editis p. 25. Neque Metaphrastes aliter legisse videtur, quamquam sensum non perspexit et scriptorem hoc dicere statuit, eo facilius illos praeceptum efficere potuisse, non eo magis ut efficerent, operam dare debuisse *παρήγγειλεν αὐτοῖς — πάντα ἑτοίμως, ὡς καὶ τοῖς πλοίοις εὐκινήτοις χρωμένοις, καὶ ἐπιτηδείως κατὰ τὰ παραγγελθησόμενα πράττειν*. His de causis Lipsii scripturam, quam sequentes editores omnes tenuerunt, et ipse tenendam putavi, sed *quae* ut coniecturae debitum inclusi.

§. 5. ut quae celerem atque instabilem motum haberent] h. e. coniunctae essent cum tali motu, qui motus est partim navium reliquarumque rerum, quae possunt et debent a nautis *celeriter* moveri, partim ipsius maris, quod *instabilem* motum habet.

ad nutum et ad tempus] Horum prius celeritatem iniungit, alterum opportunitatem et occasionem observari iubet, quod in

6 res ab iis administrarentur. His dimissis et ventum et aestum uno tempore nactus secundum dato signo et sublatis ancoris circiter milia passuum septem ab eo loco progressus aperto ac plano litore naves constituit. 24. At barbari consilio Romanorum cognito, praemisso equitatu et essedariis, quo plerumque genere in proeliis uti consuerunt, reliquis copiis subsecuti nostros navibus egredi
2 prohibebant. Erat ob has causas summa difficultas,

ab iis] Gott. Voss. A. sec. Fabr. Bong. A. Goth. B. om. Vind. F. Hamb. *ab hiis* Vrat. BC. *ab his* Dr. AB. Vrat. A. Goth. A. Vind. ABCI. Ven. cde. Ald. Gr. ab. St. Turr. *ab hic* Ven. f.

§. 6. ancoris) Bong. A. Goth. AB. Vulgo *anchoris*, ut §. 4.

Cap. 24. §. 1. consilio Romanorum cognito, praemisso] *cons. cogn.* a m. pr. Dr. A. *cons. cogn. Rom. pr.* idem a m. s. et Vind. B. Gu. cum aliquo Fabricianorum (Gott. opinor) cuius nota omissa est. *cogn. cons. Rom. pr.* Vrat. B. ut 5, 18 *Caesar cognito consilio eorum.* Vulgata paulo durior est, sed similis illi 3, 1 §. 4 *Galba secundis aliquot proeliis factis castellisque compluribus eorum expugnatis, missis ad eum undique legatis.*

essedariis] *essedarii* cod. Turr. *esedatus* Hamb. *assedariis* Turr.

mari propter eius instabilitatem maximi momenti est.

§. 6. progressus] ad occidentem versus, si ex c. 28 coniecturam facere licet

aperto ac plano litore] h. e. eo loco, prope quem litus apertum ac planum erat. Nam propter magnitudinem, ut cap. sq. §. 2 dicitur, nisi in alto constitui naves non poterant, eaque de causa praepositio non addita est, quae 5, 9 §. 1 in simili dictione locum habet *quod in litore molli atque aperto deligatas ad anchoram relinquebat* naves. Nihilo minus tamen ablativus loci est.

Cap. 24. §. 1. essedariis] Hos Caesar et h. l. et 5, 15 et 19 ita commemorat, ut quos notos iam fuisse Romanis scierit, item ut essedi nomen infra c. 32 et 33 et 5, 9. 16. 17, cuius ne genus quidem aut declinationem monstrat, ubique *essedis* ponens. Itaque aut Latinum origine nomen fuisse dicas, quod confirmari videtur glossa Isidori a D. Vossio adhibita *adseda*, *sella quadriiugis*, et eo, quod Seneca quoque Epist. 56 p. 167 Schweigh. *essedas* vocat, aut certe non per Caesarem demum eiusque expeditionem Britannicam innotuisse Romanis, quemadmodum Abramius ad Cic. Phil. 2, 24 docet; quod si verum esset, etiam Livius de indiligentia accusari posset, qui 10, 28 ad annum Vrbis 457 tamquam novum pugnae genus Gallorum hoc describit *essedis carrisque superstans armatus hostis ingenti sonitu equorum rotarumque advenit et insolitos eius tumultus Romanorum conterruit equos.* Duabus rotis instructa fuisse esseda ex levitate eorum coniicias, quam et pugnarum a Caesare descriptarum ratio, et poetarum scriptorumque recentiorum, qui saepe ea commemorant, loci demonstrant.

quo plerumque] non alio. Cf. adn. cr. ad c. 38 §. 2.

Digitized by Google

quod naves propter magnitudinem nisi in alto constitui non poterant, militibus autem ignotis locis, impeditis manibus magno et gravi onere armorum oppressis simul et de navibus desiliendum et in fluctibus consistendum et cum hostibus erat pugnandum, cum illi aut ex arido 3

§. 2. onere armorum] *a. o.* Leid. A. Oud. „quod concinnius." At idem debilius, cum in medio positum nomen delitescat. Cf. supra c. 22 §. 2 et 3, 13 §. 6 *quod tantas tempestates Oceani tantosque impetus ventorum sustineri ac tanta onera navium regi velis non satis commode posse arbitrabantur.* Ib. 14 §. 2 *circiter ccxx. naves eorum paratissimae atque omni genere armorum ornatissimae.*

oppressis] *expressis*, a m. s. *oppr.*, Voss. A. sec. Fabr. *pressis* Hav. A. Vind. A. margo Goth. B. Ald. et sqq. usque ad Oud., qui Clarkii iudicium *oppressis*, quod in MSS. sit, simul elegantius esse pronuntiantis secutus et eorum quoque codicum auctoritate motus hoc restituit. Elegantius non dixerim, sed gravius. At nimis fortasse grave, praesertim cum Romanis militibus arma quamvis gravia usu et exercitatione nullam ad ferendum molestiam exhibuisse constet, hi vero *oppressi* non videantur desilire, consistere, pugnare potuisse, quae tamen omnia fecisse, etsi cum summa difficultate, statuendi sunt. Accedit quod qui *oppressi* dicuntur, fere perituri sunt, ut supra c. 15 §. 2 et 7, 50 §. 4. Itaque *pressis*, quod et Metaphrastes legisse videtur, qui *κάμνουσι* posuit, et Aldus haud dubie in codice invenit, minime ineptum est. Nihilo minus quod codices praebent, tenendum et proprie dictum putandum, ut supra aquam emergere difficile eis fuisse significetur, et ad illud maxime tempus, cum de navibus desiluissent, referendum videtur.

et de] *e* Vind. A. *et* VV. CC. Vrs. in Not. „meus liber" idem in Emend. S. Hav. A. Par. B. Lips. Iu. Graev. *et cum* (proxime sequenti *cum* omisso) Leid. A. Ter deinceps positam *et* particulam vidimus 2, 19 §. 6 eandem cum *simul* coniunctam habet 7, 48 *simul et cursu et spatio pugnae defatigati*, quem locum una cum hoc adhibuit Oud. ad Sueton. Iul. c. 67. Ceterum *e* aeque bonum ac *de*. Idem in aliis eiusdem generis libris fuisse et excidisse propter exiguitatem videtur.

§. 2. propter magnitudinem] quae impediebat quo minus eo usque appellerentur, quo militibus, si desiluissent, locus consistendi esset.

non poterant] Qui plenius h. l. interpungunt, causarum summae difficultatis enumerationem incommode interrumpunt. Item qui post *erat pugnandum*.

ignotis locis] Cf. adn. ad 2, 8 §. 2.

magno et gravi onere armorum] *Magnum* non ad pondus, sed ad ambitum rerum referendum videtur, qui utique etiam si res leviores essent, in aqua maiori impedimento erat, quam minor graviorum futurus fuisset.

simul et — erat pugnandum] Haec tria *simul*, h. e. uno tempore ab iisdem, agi et effici non poterant et tamen erant agenda, ex quo summam difficultatem et iniquissimam conditionem illorum fuisse intelligitur. Cf. 2, 20

Digitized by Google

aut paulum in aquam progressi, omnibus membris expeditis notissimis locis audacter tela coniicerent et equos
4 insuefactos incitarent. Quibus rebus nostri perterriti atque huius omnino generis pugnae imperiti non eadem

§. 3. paulum] „MSS. longe plurimi et vetustiores." Pet. Gott. Voss. A. Egm. Lov. Bong. A. Dr. A. Vrat. AB. Goth. A a m. s. (a m. pr. *palum*) Vind. BCEFI. Hamb. inc. St. *paululum* Pal. sec. Confl. Vind. A. Goth. B. Vrat. C. cum reli. edd., etiam Oud., qui tamen cap. sq. conferri iubens, cuius §. 2 pro *paululum* edidit *paullum*, hic quoque bisyllabum probabile sibi videri ostendit, quod codices etiam praeferri iubent. Omnino perraro *paululum* ut 2, 8 §. 2, raro etiam bisyllabum ut 6, 9 §. 3, ab utriusque generis vetustissimis libris exhibetur, sed maiorem plerumque, quemadmodum in adn. cr. ad 1, 50 §. 1 demonstravi, hoc auctoritatem habet.

§. 3. expeditis] And. Leid. B. Vind. A. Hav. A. Bong. A. sec. Pl. St. Vulgo *expediti*, quod non mutassem, nisi adiunctae per Bong. A., quem Oud. neglexerat, alterius generis auctoritati in re per se ambigua obsequendum putavissem. Nam rectum quidem utrumque est, et quod praecessit *impeditis manibus*, ei hoc ab ipso scriptore pariter atque a librariis exaequatum esse potest.

insuefactos] *assuefactos* cod. Turr. Bong. C. sec. Confl. Leid. B. Dr. AB. Goth. A. Vind. F. Vasc. Gr. b. P. Man. Ald. nep. In Voss. A. sec. Fabr. *insue* a m. s. super *factos* scriptum est.

§. 4. non] *omnes* Hav. A. *non omnes* Ox. et, ut Oud. videbatur, S. et „fortasse Cu. Pet." Aldinae, Gr. a. Turr. Lips. Iu. Graev. Dav. Oud. 1. Clarkius *omnes* illorum assumentum esse putabat, qui ne Caesar suorum fortitudinem narrando minuisse videretur, timerent, idque cum suis codicibus et edd. ante Ald. et St. Gr. b omisit. Eum Oud. in ed. minori secutus est iubentibus ipsius libris reliquis (Gott. Voss. A. Egm. sec. Fabr.) quibus accedunt Pet. et Pal sec. Confl. Dr. AB. Vrat. ABC, Goth. AB, Hamb. Vind. ACEF. Par. A. Cum in Hav. A. *omnes* solum exstet et compendia, quibus *omnes* et *non* vocabula significari solent, non ita dissimilia

§. 1. — *in fluctibus* non est idem, quod sub fluctibus, ut Sincerus interpretatur (unter den Wellen stehen) sed inter fluctus, qui initio quidem haud dubie etiam capita eorum, qui desiluerant, superabant, sed post paulum superabantur ab his, qui quam celerrime ad litus tendebant.

et equos insuefactos incitarent] Etsi *insuefacere* verbum praeter h. l. nusquam exstare videtur, tamen, cum Caesarem insolita verba scopulorum instar fugisse constet, non insolitum fuisse putandum est, idque eo fit verisimilius, quo magis in usu erat *insuescere*. Etiam Cicero semel *desuefactam* (multitudinem) dixit pro Cluentio c. 40, *desuefieri* ex Varrone affertur, cuius memorabilis valde est tmesis de re rust. 2, 9 §. 13 *consue quoque faciunt*. Ceterum ex eo, quod Britanni equos suos in aquam intrare insuefecerant, aliquanto ante Caesaris adventum bellum eos parasse consequitur, id quod Caesar postea cognoverit.

§. 4. non eadem alacritate ac studio, quo] Haec diversorum generum compositio singularis est aliisque locis aliter a scriptore evitata. Cf. 6, 24. §. 4 et 2, 3 §. 5.

Digitized by Google

alacritate ac studio, quo in pedestribus uti proeliis consuerant, nitebantur. 25. Quod ubi Caesar animadvertit, naves longas, quarum et species erat barbaris inu-

sint, errore illud pro hoc scriptum iudicari potest, nisi ipsum in Ephemeridibus rei memoria recenti, cum nonnullorum alacritatem et studium eximium videre meminisset, *non omnes* posuisse, in Commentario vero, postquam *atque huius omnino generis pugnae imperiti* addidisset, *omnes* minus iam aptum futurum induxisse putare malumus.

consuerant] *consuerunt* Vind. I. *cosuerant* Vind. A. *consueverant* „Voss. A. solus" Hamb. cum edd. praeter Rom. a. Med. a. Ber. omnibus, a quibus tamen Oud. discessionem facere voluisse adnotatio eius docet. Et codices h. l. minus etiam, quam supra c. 6 §. 1 in singulari, dubitare de syncope sinunt, eandemque non modo 3, 1 §. 2 et Civ. 1, 5 §. 2, quibus locis ab Oud. restituta est, sed etiam 7, 65 §. 4 et Civ. 3, 110 § 5 et 111 §. 4, ubi ille *consueverant* reliquit, placuisse scriptori demonstrant, ut uno tantum loco, Civ. 3, 37 §. 5, *consueverant* posuisse videatur, quod apud Hirtum 8, 13 §. 2 et Alex. 19 §. 5 et apud belli Afr. scriptorem c. 69 §. 4 maiorem codicum auctoritatem habet. Etiam in singulari syncopen Caesar saepius, sed minus, quam in plurali fecit. Nam 1, 22 §. 5. 4, 6 §. 1. 5, 1 §. 1. 7, 50 §. 2 et 88 §. 1 *consuerat*, 7, 35 §. 3 et Civ. 3, 18 §. 3 *consueverat* secundum codices scripsisse putandus est: 5, 27 §. 1. Civ. 1, 75 §. 2. 2, 40 §. 1 et 3, 36 §. 4 magis ambiguam lectionem habent.

nitebantur] Ox. Oud. 2 *vitebantur* Bong. A. sec. Pl. *utebantur* ceteri libri tum editi tum manu scripti, quod ferre sine offensione debebat Hotomannus, etiamsi *uti* praecederet, quod abesse ille malebat. Sed recte Oud. *nitebantur* praetulit, quod verbum et significatione sua 1, 13 §. 4 a nobis dectarata h. l. tam aptum et usui scriptoris ab Oud. demonstrato tam accommodatum est, ut non merito ei vel unius Ox. auctoritate, cui libro multum tribueret, recipiendum visum sit, nunc vero accedente Bong. A. et ipso vitio suo vulgatae originem monstrante vix cuiquam non iure receptum videri possit.

Cap. 25. §. 1. animadvertit] *animum advertit* And. Ox. Vind. A. Oud. Cf. adn. cr. ad c. 12 extr.

erat] *ac* „MSS. duo" Gott. a m. pr. Vrat. B. a m. pr. inc. om. „septem codices" Voss. A. Egm. Pal. sec. Confl. Bong. A. Dr. A. Vrat. AC. et corr. B. Goth. B. et a m. pr. A. Vind. BE. Hamb. edd. ante Ald. Iu. Ven. f. et a m. s. in Goth. A. post *inusitatior*, in uno Oud. post *usum*, in Leid. B. Dr. B. Vind. F. Gr. b. post *expeditior* positum est, quam loci varietatem inde ortam suspicor, quod casu vel errore omissum et in margine adiectum aliis alibi inserendum videretur. Nam quo minus ab ipso scriptore omissum ex interpolatione accessisse statuam, hoc obstat, quod eo remoto nescires, utrum Britannis, an omnino barbaris inusitatior longarum navium species diceretur. Quamquam non solum praesens, sed etiam praeterita huius verbi tempora post relativum interdum subaudienda relinqui a scriptoribus certum est. Cf. Afr. 12 *hac re cognita Caesar celeriter iubet equitatum universum, cuius copiam habuit in praesentia non magnam, et sagittarios, quorum paruus nume-*

Digitized by Google

sitatior et motus ad usum expeditior, paulum removeri ab onerariis navibus et remis incitari et ad latus apertum hostium constitui atque inde fundis, sagittis, tormentis hostes propelli ac summoveri iussit; quae res magno usui
2 nostris fuit. Nam et navium figura et remorum motu et inusitato genere tormentorum permoti barbari constite-
3 runt ac paulum modo pedem retulerunt. Atque nostris

rus, ex cetris arcessiri. Vt autem hoc potius loco, quam post *expeditior* ponendum putem, non ego Lipperti opinione, qua is parum a lectione instructus a fine interiectorum cum relativo membrorum verbum quodlibet, praecipue vero hoc copulae vi praeditum *esse*, procul habendum censet, sed codicum auctoritate adducor, quae Aldinae scripturae haud dubie multo locupletior hic, quam Gryphianae adest.

paulum] *paulo* Hav. A. *paululum* Vind. A. Vrat. B. a m. s. Ven. f. Aldinae, Gr. a. Turr. Lips. Iu. Graev. Dav. Cl. Cf. adn. cr. ad c. 24 §. 3. Oud. *paullum* (ut solet, duplicata *l*) in MSS. et Edd. pp. esse dicens in nullo *paululum* invenisse, contra silentium ex. Fabr. et Conf. in omnibus illis codicibus *paululum* esse docere videtur; quorum ego neutrum credo.

hostes] *hostis* Bong. A. Oud. 1. In sec. ed. idem merito *hostes* restituit, quod et codicum et soni gratia post tria homoeoteleuta praeferri debet.

summoveri] Gott. Voss. A. Egm. sec. Fab. Pet. Pal. sec. Conf. Bong. A. Vrat. AC. Goth. AB. Vind. C. Ber. St. Gr. b. non *subm.* Cf. 1, 25 §. 6.

§. 3. Atque] *ac* VV. CC. Vrs. in Not. *at* Cu. S. Ox. Leid. A. Vind. A. Hav. A. Aldinae, Gr. a. St. Turr. Lips. Iu. Graev. Dav., a quibus Oud. discessionem non fecisset, nisi *atque* idem significare et simul exquisitius esse statuisset. Idem sensisse videtur Cortius, cuius mentionem Herzogius fecit, qui ad Sallust. Catil. 51 §. 35 *atque* particulam esse dicit contraria connectendi. At Caesaris tamen is usus non est, neque contraria h. l., sed quam maxime similia connectuntur. Nam quod aquilifer fecit effecitque, eodem, quo proxima, ad Romanorum successum pertinet, neque ad *cunctantibus* referendum est *atque*, sed ad *inquit* et ad factum aquiliferi. Non dissimilis huic Curtii locus est 4, 1 §. 19, ubi Zumptius *atque* pro *at* restituit.

Cap. 25. §. 1. motus ad usum expeditior] Cf. adn. ad 3, 9 §. 3. Verba *ad usum* concinnitatis magis, quam necessitatis causa addita sunt. Nam de hypallage, qua adhibita Vossius *motum ad usum expeditiorem* interpretabatur *usum ad motum expeditiorem*, in hoc scriptore non cogitandum.

ad latus apertum hostium] Cum totum illud litus, ut c. 23 extr. scribitur, apertum esset, *latus apertum* hostium id erat, quod pugnantes apertum praebebant, dextrum, si ad sinistram, sinistrum, si ad dextram acies eorum conversa erat.

§. 2. paulum modo] Cf. 6, 27 *atque ita paulum modo reclinatae quietem capiunt* (alces). *etwas*, wenn auch nicht viel. Alia contulit Handius Tursell. 3, 630.

Digitized by Google

[illegible]

[illegible]

§ 2. qui decimae legionis aquilam fecerat.] Non sine causa scriptor huius viri nomen omisisse et quem 5, 37 alii aquilifero habuit honorem, negasse huic videtur. Sed utrum invidiae eum exponere, an nimios ei spiritus addere voluerit, incertum est. Ille quidem alter fortiter pugnans occiderat. Quod autem M. Scaevae facinus Valerio Maximo 3, 2 § 23 auctore in Britanniae occupatione perpetratum, quod Davisius ad hanc pugnam refert, item silentio praetermisit, non ego malevolentiae tribuerim, de qua cogitavit Davisius, sed quoniam illius fortitudo [illegible]

[illegible]

[illegible] Neque [illegible] potuerit, dubitandum [illegible]

[illegible]

Digitized by Google

certe meum rei publicae atque imperatori officium prae-
4 stitero. Hoc cum voce magna dixisset, se ex navi pro-
5 iecit atque in hostes aquilam ferre coepit. Tum nostri
cohortati inter se, ne tantum dedecus admitteretur, uni-
6 versi ex navi desiluerunt. Hos item ex proximis primis

Hamb. Par. B. (pro quo Par. A. nominandus fuisse videtur) cum uno Vrsini libro et edd. ante Oud. plerisque. *commilitones* est in altero Vrs. S. Leid. A. Cu. Ox. Aic. Vind. A. Hav. A. Par. A. (immo, ut opinor, Par. B.) Vasc. St. Gr. b. et apud Petr. Hist. 11, 8, et expressum a Metaphraste, qui ὦ συστρατιῶται posuit. Cetera, quae sunt aliter in quibusdam exarata, leviora sunt: *nisi* in eodem Vrs. libro, qui *milites* habet, et in Leid. B. Goth. A. omissum, in ed. P. Man. post *vultis aquilam* positum, in Pet. sec. Fabr. *ni*, in Vrat. B. *ubi*, in Vind. A. *nisi si* pro eo scriptum, et *prodere* in Vrat. B. in *perdere*, in cod. Turr. in *tradere* mutatum.

§. 4. voce magna] Pet. Gott. Voss. A. Egm. sec. Fabr. Bong. A. Dr. A. Vrat. AB. Vind. AC. Goth. A. Gu. Ven. f. St. *magna voce* cum reliquis Oud., qui alterum ne commemorandum quidem putavit. Scilicet usitatius est *magna voce* et sine varietate legitur Civ. 2, 35 *magna voce Varum nomine appellans requirebat*, et ib. 3, 19 *qui crebro magna voce pronuntiaret*. Sed postposito adiectivo dilata descriptione augetur magnitudinis notio. Sic Tacitus Ann. 1, 51 *cum Caesar advectus ad vicesimanos voce magna hoc illud tempus obliterandae seditionis clamitabat*, et 2, 13 *inter quae unus hostium Latinae linguae sciens acto ad vallum equo voce magna coniuges et agros — pollicetur*, et 4, 45 *et repertus cum tormentis edere conscios adigeretur, voce magna sermone patrio frustra se interrogari clamitavit*. Similiter infra c. 32 §. 4 *pars una* praeter consuetudinem dictum est. Cf. adn. ad 1, 1 §. 1.

se ex navi proiecit] Bong. A. Dr. AB. Vrat. ABC. Goth. B et a m. s. A. (a m. pr. *se* om.) Hamb. edd. ante Oud., qui hic quoque tacens mutato verborum ordine *ex navi se proiecit* scripsit, quemadmodum in uno Vrsini codice, eodem, ut opinor, qui §. 3 *nisi* omittit, et in Vind. A. scriptum est. Cf. Civ. 2, 12 *universi se ad pedes proiiciunt*. supra c. 15 §. 1 *se ex castris eiecerunt*. 5, 15 *subito se ex silvis eiecerunt*. Civ. 3, 96 *se ex castris eiecit*. Neque opus erat, ut ex navi potissimum se proiecisse ostenderentur. Vrsino tamen venustius videbatur.

§. 5. desiluerunt] „MSS. tantum non omnes et Edd. pp." Voss.

§. 5. cohortati inter se] 6, 8 *Galli cohortati inter se, ne speratam praedam ex manibus dimitterent*. Cf. ib. 40 §. 4.

ne tantum dedecus admitteretur] Dedecus *admittitur* ab iis, qui affici se eo patiuntur et ignominiam *accipiunt*, quo modo 7, 17 §. 5 scriptor loquitur. Iisdem verbis Civ. 3, 64 simili in re aquilifer suos obsecrat: *nolite committere, quod ante in exercitu Caesaris non accidit, ut rei militaris dedecus admittatur, incolumemque ad eum deferte* (aquilam).

§. 6. proximis primis] De duorum adiectivorum coniunctione cf. adn. ad 2, 29 §. 2.

Digitized by Google

navibus cum conspexissent, subsecuti hostibus adpropinquarunt. 26. Pugnatum est ab utrisque acriter. Nostri tamen, quod neque ordines servare neque firmiter in-

A et Egm. a m. pr. Bong. A. Dr. B. Vrat. C. Goth. B. Vind. AE. Rom. a. Med. a. Ber. Oud. *desiliuerunt* Lov. sec. Fabr. *dissiluerunt* Hamb. et ante corr. Goth. A. *desilierunt* Voss. A et Egm. a m. s. Dr. A. Vrat. AB. Goth. A. corr. Vind. CD. Ven. bcf. et sqq. usque ad Oud. *distilierunt* Ven. de. Cf. adn. cr. ad c. 12 §. 2.

§. 6. item] *item nostri* Duk. Dorv. Leid. B. Bong. C. Pal. sec. Conā. Dr. B. Vrat. C. et a m. s. B. Goth. B et a m. s. A. Vind. CDEFI. edd. ante Ald. Quod Aldus seu quisquis hanc partem recensuit, cum ineptum esse intelligeret, brevitatem tamen, qua scriptor usus est, ita explicandam esse, ut *ii, qui in navibus erant* subaudiretur, non intelligeret, *item alii* scripsit, quod uno St. excepto omnes usque ad Oud. tenuerunt. Oud. recte codices et St. secutus est.

ex proximis primis navibus cum] *cum ex primis proximis navibus* Vind. D. edd. ante Ven. f. *cum* om. Gu. Pro *ex* Dr. A. habet *et*. *proximis ex primis navibus cum* Ven. f. *ex primis proximis nav. cum* Ald. Gr. a. P. Man. Turr. *ex primis*, *proximi nav. cum* Ald. nep. *ex proximis navibus cum* secundum Hotomanni coniecturam Lips. Iu. Graev. Dav. Codicum tantum non omnium scripturam ex St. Gr. b. revocavit Clarkius et *proximas primas naves* recte interpretatus est eas, quae in primo navium ordine proximae essent illi navi, de qua sermo fuit. In qua interpretatione merito acquievit Oud. ad Sueton. Iul. c. 50, cum in *Addendis* ed. 1 aut *proximis* aut *primis* delendum censuisset. Vtrumque necessarium est, ut sciamus et plures fuisse navium ordines et decimae legionis milites in primo ordine fuisse. Ad dictionem simile est Ciceronis Orat. c. 64 *non loquor de uno pede extremo: adiungo, quod minimum sit, proximum superiorem, saepe etiam tertium.* Taciti Ann. 1, 77 *theatri licentia proximo priore anno coepta.*

adpropinquarunt] Voss. A. Egm. sec. Fabr. Bong. A. Vind. A. non *appr*. Ceterum cf. adn. cr. ad c. 10 §. 3.

Cap. 26. §. 1. Nostri] Plenius ante hoc, quam ante *hostes* §. 2 interpungendum est. Haec enim usque ad *perturbabantur* Romanorum, illa inde ab *hostes* Britannorum conditionem diversam describentia simul opponuntur ei, quod utrisque commune erat, quod acriter pugnabant.

ordines servare] Cf. Civ. 1, 44 *genus erat pugnae militum illorum, ut magno impetu primo procurrerent, audacter locum caperent, ordines suos non magnopere servarent, rari dispersique pugnarent* —. (nostri) *autem suos ordines servare neque ab signis discedere neque sine gravi causa eum locum, quem ceperant, dimitti censuerant oportere.* Ib. c. 71 *neque ordines neque signa servare* ut diversa coniunguntur, ex quo sequitur *ordines* in hac formula non esse manipulos, ut cum *primorum ordinum centuriones* et similia dicuntur, sed series militum, quae una post alterum collocatae manipulum seu ordinem efficiunt.

Digitized by Google

sistere neque signa subsequi poterant, atque alius alia ex navi quibuscunque signis occurrerat se adgregabat, ma-
2 gnopere perturbabantur; hostes vero notis omnibus vadis, ubi ex litore aliquos singulares ex navi egredientes conspexerant, incitatis equis impeditos adoriebantur, plures paucos circumsistebant, alii ab latere aperto in uni-
3 versos tela coniiciebant. Quod cum animadvertisset

Cap. 26. §. 1. occurrerat] *occurrerant* Hamb. *occurreret* Carr. cod. Turr. *occurrent* inc.

adgregabat] *aggregabant* Vind. C a m. s. margo Vrat. B. edd. ante Ald. Cf. adn. cr. ad 1, 39 §. 3. *aggerebat* Gott. Voss. C. Vrat. B. inc. (*adgr.* Voss. A. sec. Fabr. Bong. A. Vind. A.)

magnopere] *magno opere* Voss. B. Hamb. et, ut videtur, ante corr. Vind. A. Oud. Cf. adn. cr. ad 1, 13 §. 4.

perturbabantur] *perturbantur* „MSS. et Edd. qdd." Voss. A. Egm. Bong. A. Vrat. AB et a m. pr. Goth. A. Ven. cdo. Id licet defendi possit, tamen errori potius librarii, quam scriptoris consilio perturbationem suorum minus permanentem reddendi acceptum retulerim.

§. 2. circumsistebant] *circumstabant* Goth. A a m. pr. et Cl., hic fortasse ex Reg., quocum contensise solet Goth. A. Vulgata actionem, non statum significans praestat.

universos] *adversos* cod. Vrs. in Not. Ex eo *aversos* faciebat Ciacconius, quod Clarkius valde probabat, Oud. improbabat propterea, quod Caesar statuendus esset turpem suorum conversionem et fugam fateri. Non meminerat 2, 26 §. 2 *aversos* dici non qui fugerent, sed qui mediis in hostibus versantes tergis suis timere cogerentur. Improbandum vero est propterea, quod in *aversos* non *ab latere aperto* tela coniiciuntur, sed *a tergo*.

§. 3. animadvertisset] *advertisset* Pet. *animum advertisset*

signa subsequi] Quod si praestare potuissent, omnes eiusdem manipuli milites si minus in suo quisque ordine, attamen sub suo centurione futuri fuissent. Non differre videtur ab eo, quod Civ. 3, 71 *signa servare* dictum est.

alius alia] Cf. adn. cr. ad 2, 22 §. 1.

se adgregabat] ut in proelio Nervico 2, 21 §. 5 *quam quisque ab opere in partem casu devenit quaeque prima signa conspexit, ad haec constitit*. Fortuiti significatio in verbo hic non magis inest, quam 6, 12 *qui se ad eorum amicitiam adgregaverant*.

perturbabantur] animo; quod additum est 2, 21 §. 2 et Alex. 54 §. 1.

§. 2. notis omnibus vadis] Itaque sciebant, ubi et qua ex parte adoriendi Romani essent. Vada non novisse etiam in bello Venetico Romanis detrimentum afferebat. V, 3, 9 §. 5.

plures paucos circumsistebant] Etiam multos circumsistere possunt plures, quod tamen si multi fortes sunt, minus iniquum est. Nam centum contra ducentos facilius se tuentur, quam duo contra quattuor.

ab latere aperto] Dextro, an sinistro, non magis hic, quam c. 25 §. 1 significatum est.

in universos] Si qua ex navi non singulares, aut pauci, sed universi, ut c. 25 §. 5, egressi

Digitized by Google

Caesar, scaphas longarum navium, item speculatoria navigia militibus compleri iussit et quos laborantes conspexerat, his subsidia submittebat. Nostri, simul in arido 4
constiterunt, suis omnibus consecutis in hostes impetum fecerunt atque eos in fugam dederunt neque longius prosequi potuerunt, quod equites cursum tenere atque insulam capere non potuerunt. Hoc unum ad pristinam fortunam Caesari defuit. 27. Hostes proelio superati, simul atque se ex fuga receperunt, statim ad Caesarem legatos de pace miserunt, obsides daturos quaeque imperasset facturos sese polliciti sunt. Vna cum his le- 2

And. Ox. Vind. A. Oud. paulo maiori auctoritate, quam c. 25 §. 1, sed ne hac quidem sufficienti.

his] Pet. Voss. A. Egm. sec. Fabr. Bong. A. Dr. AB. Vrat. A. Goth. A. Vind. ACFI. Gu. Ven. cdet. *hiis* Gott. sec. Fabr. Vrat. BC. Hamb. *iis* Goth. B. Rom. a. Med. a. Ven. b. Ald. et sqq.

§. 4. non potuerunt] „MSS. omnes et Edd. vett.“ Bong. A. Dr. AB. Vrat. ABC, Goth. AB. Vind. A. Hamb. Hav. A. edd. ante Lips. Idem in archetypis Vind. DF. fuisse ex eo intelligitur, quod in utroque haec novem verba inde a *quod equites* omissa sunt. *non potuerant* Lips. et sqq., quod inter recentiores unus Baumstarkius cum altero permutare ausus est. Iam hic docemur equites illos hac aestate Britanniam omnino non attigisse ideoque ne tum quidem operam dare posuisse. Itaque in perfecto inclusum quodammodo est plusquamperfectum.

Cap. 27. §. 1. facturos sese] Bong. A. sec. Pl. *sese facturos* Cu. S. Leid. A. Ox. Vind. A. Hav. A. Ald. et sqq. *facturos esse*

erant, in hos universos tela coniiciebant.

§. 3. iussit et — submittebat] Cf. adn. cr. ad c. 4 §. 2.

§. 4. neque] Vt §. 1 *atque* diversa connectit, sic h. l. *neque*, quod tamen propterea non pro *neque vero* aut pro *nectamen* positum esse existimandum est. Similiter Germanice dicas: sie schlugen sie in die Flucht und mußten es dabei bewenden lassen. Cf. 1, 47 §. 1 *de his rebus, quae inter eos agi coeptae neque perfectae essent.*

cursum tenere] Hoc quid sit, ex c. 28 §. 2 intelligi potest, quo loco harum navium nulla cursum tenere potuisse, sed aliae alio *relatae deiectaeque esse* dicuntur. Cf. praeterea 5, 5 et 8.

insulam capere] attingere eaque potiri. Eadem significatione legitur infra c. 36 §. 4 *eosdem, quos reliqui, portus capere non potuerunt*, et 5, 8 *ut eam partem insulae caperet, qua* etc.

ad pristinam fortunam] qua adhuc usus erat in bello. Non aliter *pristinae virtutis memoria* dicitur 2, 21 §. 2 et 7, 62 §. 2.

Cap. 27. §. 1. se ex fuga receperunt] in unum aliquem locum. De translata significatione non magis hic, quam supra c. 15 §. 3 cogitandum videtur.

legatos] Hos Morinos et Britannorum amicos fuisse narrat Dio Cassius 39, 51, non Caesarem, sed alios auctores harum rerum secutus. Certe Commii mentionem non facit et nonnulla aliter refert.

Digitized by Google

gatis Commius Atrebas venit, quem supra demonstra-
8 veram a Caesare in Britanniam praemissum. Hunc illi
e navi egressum, cum ad eos oratoris modo Caesaris

reliqui Oud. Pet. Gota. Voss. A. Egm. Lov. sec Fabr. Pet. Pal. sec. Conf. Dr. AB. Vrat. ABC. Goth. AB. Hamb. Gu. Vind. EF. edd. ante Ald. Qui sint „alii" quos Clarkius *facturos*, omisso et *sese* et *esse*, habere dicit, nescio: nuperrime Ecksteinius Apitzium, ut opinor, secutus ita scripsit. Ego cum scripturae Aldinae ob incommodum, quem pronomini tribuit, locum, alteri propter adiectionem ab usu scriptoris alienam diffidere cogerer, lubentissimo ex optimo codice eam allatam vidi, quae non modo reprehensionem nullam, sed etiam explicationem alterius, quae in plurimis exstat, haberet. Secundo loco positum *sese* non ita rarum est; idem tertium obtinet Civ. 1, 6 *legiones habere sese paratas decem.* ib. 64 *paratos esse sese, posse et audere ea transire flumen.* Quod si tamen similitudine litterarum forte inductus amicus noster *sese* in Bong. A. sibi legere visus est quod *esse* erat (cf. adn. cr. ad 1, 12 §. 3, ubi *reliquis* in eodem libro scriptum esse addere debebam, et ad 1, 44 §. 16) *facturos esse* equidem scribere malim, quam *sese facturos*, et adiectum praeter consuetudinem *esse* facilius feram, quam non suo loco positum *sese.* Magis vero placeret *esse facturos*, ut 3, 8 §. 3 *inter se coniurant nihil, nisi communi consilio acturos eundemque omnis fortunae exitum esse laturos.*

§. 3. Hunc] *Huc* Oud. 2 vitiose.

oratoris modo Caesaris] *imperatoris* And. Ox. Aldinae, Gr. a. Turr. Lips. Iu. Graev. Dav. Cl. Oud. 1. *oratoris modo Imperatoris* Oud. 2. Lectionem, quae ante Aldum ferebatur quamque reliqui codices omnes (VV. CC. Vra. Net. cod. Hotom. Steph. Brant. Cu.

§. 2. supra] c. 21.

demonstraveram] Cf. adn. ad 2, 1 §. 1.

§. 3. oratoris mode] Haec verba Oud. Caesarem addere potuisse demonstrat, ut eo clarius pateret, ius gentium ab Britannis in eo vinciendo violatum fuisse; quod nefas et in Ariovisto reprehendat 1, 53. Adde 3, 16. Neo mihi dubium est, quin *culpae* paulo post memoratae rationem his verbis reddere scriptor voluerit; sed quod hominem non *oratorem* aut *pro oratore*, ut Civ. 3, 109 §. 1 praepositione utitur, sed *oratoris modo* mandata detulisse dicit, magis ab ipso sibi sumptas, quam a Caesare ei datas oratoris partes significare videtur. Sic quos Philippus apud Livium 30, 26 *servorum modo praeter spem repente manumissorum licentiam vocis et linguae experiri* conqueritur, non vere fuerunt servi repente manumissi, et si fuissent, aliis haud dubie verbis increpari debuissent. Neque vero supra c. 21 §. 7. Commio ut Caesaris potius, quam suo nomine Britannos ad amicitiam populi Romani amplectendam hortaretur, imperatum legimus. Simul intelligitur culpam quidem Britannorum, qui eum, qui Caesaris oratorem sese ferret, in vincula coniecissent, non minorem fuisse, quam si re vera orator a Caesare missus venisset, at facilius tamen ignoscere Caesarem imprudentiae eorum potuisse. Atque eodem pertinere nomen *oratoris* puto, quod quamquam officii significatione a *legato* non

Digitized by Google

mandata deferret, comprehenderant atque in vincula coniecerant: tum proelio facto remiserunt, et in petenda 4

Pet. Gott. Voss. A. Egm. Lbb. sec. Fabr. Pet. Bong. C. Pal. sec. Confl. Pariss. Bong. A. Dr. AB. Vrat. ABC. Goth. AB. Hamb. Gu. Vind. ABCDEFI. Hav. A.) cum Vasc. St. Gr. b. tuentur, Davisius assentiente Clarkio glossam olere putabat, quo quidem nomine omnium minime in suspicionem vocanda erat. Nam neque Caesar usquam *oratorem* pro *legato* dixit, neque aliis scriptoribus valde id usitatum est, neque *modo*, quod semel c. 17. §. 4 (*sublicae modo*) eadem significatione legitur, glossemati simile videtur. Itaque errore potius factam in And. et Ox. praetermissionem statuendum esset, nisi pro *Caesaris* simul haberent *imperatoris*, quod per se minime ineptum simpliciter damnari a Grutero non debebat. Sane Britannorum imperator Caesar non magis erat, quam Commii, sed tamen Commius se Caesaris militem ferre et tum apud Britannos in perferendis, tum apud Caesarem in referendis rebus ea appellatione uti, Caesar vero in Ephemeridibus illud, quod est in And. et Ox., ponere, deinde, quod minus aptum ad universam hanc narrationem et magis ad praesentem, quae tum fuerat, rerum conditionem accommodatum videretur, cum altero permutare potuit.

deferret] *perferret* VV. CC. Vrs. Not. And. Ox. S. Cu. Leid. A. Vind. A. Hav. A. Aldinae, Gr. a. St. Turr. Lips. Iu. Graev. Dav. Oud. Id Oud. ab Aldo primum exhibitum a Clarkio iterum mutari opus non fuisse dicit. Scilicet Clarkius a Scaligero demum illatum putabat *perferret*, qua in re falsus est. Sed mutationem sine causa reprehendit. *Perferre* simpliciter est aliquo seu ad aliquem ferre, nulla conditionis seu personae eius, qui mittit, aut quem, aut quo is mittit, significatione addita: *deferre* muneris vel officii necessitudinem adiunctam habere solet. Itaque *ad magistratum* (6, 20) *ad consilium* (3, 23, 5, 28) *deferri* res dicitur, atque is ipse locus, quo Oud. utitur, ut synonyma esse probet, discrimen monstrat, Civ. 1, 9 *idoneos nactus* (Caesar) *homines, per quos ea, quae vellet, ad eum* (Pompeium) *perferrentur, petit ab utraque, quoniam Pompeii mandata ad se detulerint, ne graventur sua quoque ad eum postulata deferre.* Primum suo scriptoris nomine narrans *perferre* dicit, mox verba apud legatos habita referens alterum ponit, quod officii rationem demonstrat. Iam h. l. *deferre* valde aptum esse additamento *oratoris modo* apparet, et cum in omnibus eius generis, a quo hoc recepimus, libris exstet, praeferre debemus. Exstat autem *deferret* in codd. Clarkii, Hotom. Steph. Brant. Pet. Gott. Voss. A. Egm. sec. Fabr. Pet. Bong. C. sec. Confl. Bong. A. Dr. AB. Vrat. ABC. Goth. AB. Vind. E. Hamb. Gu. edd. ante Ald. Vasc. Gr. b. Cl.

§. 4. et] om. „MSS. plerique et Edd. pp." Pet. Gott. Voss. A. Egm. Lov. Bong. A. Dr. AB. Hamb. Gu. Vind. CE. edd. ante Ald. Nec desunt similis praetermissionis exempla. Cf. 1, 23 §. 1 *rei frumentariae prospiciendum existimavit, iter ab Helvetiis avertit ac Bibracte ire contendit.* et quae ibi firmando asyndeto ad-

differebat, quemadmodum Festus et Livius a Meyero ad Cic. Brut. c. 14. adhibiti docent, tam sanctum inviolatumque, quam hoc fuisse non videtur. Certe *ius oratorum* dici non solebat.

Digitized by Google

pace eius rei culpam in multitudinem coniecerunt et pro-
5 pter inprudentiam ut ignosceretur petiverunt. Caesar
questus, quod cum ultro in continentem legatis mis-
sis pacem ab se petissent, bellum sine causa intulissent,
6 ignoscere inprudentiae dixit obsidesque imperavit; quo-
rum illi partem statim dederunt, partem ex longinquiori-
bus locis arcessitam paucis diebus sese daturos dixerunt.

scripsimus, quorum simillimum huic est quod 7, 40 legitur. Sed ubique id, quod secundo loco sine copula positum est, et brevius esse solet et primo similius, quam hoc. Itaque copulam cum Vind. A. Ald. et sqq. edd. omnibus tenendam putavi.

coniecerunt] *contulerunt* VV. CC. Vrs. in Not. „meus liber" idem in Emend. And. Ox. Cu. Leid. A. Vind. A. Hav. A. Lips. et sqq. Sic 1, 40 §. 10 *qui suum timorem in rei frumentariae simulationem angustiasque itinerum conferrent.* Cic. Verr. 1, 33 *te huius circumsessionis tuae causam et culpam in aliòs contulisse.* Liv. 26, 33 *nec tyranni erant, in quos culpam conferrent.* Et alterum, quod in reliquis codd. et edd. ante Lips. est (*conicerunt* Gott. sec. Fabr. Dr. B.) ex superiori *coniecerant* ortum esse potest. Magis tamen inclinat animus, ut variandae orationis causa *contulerunt* factum suspicer, Caesarem simplicius posuisse statuam.

inprudentiam] Bong. A. Vind. A. non *impr.*

petiverunt] *petierunt* „MSS. et Edd. qdd." Gott. sec. Fabr. Pet. sec. Conff. Dr. A. Vrat. B. Gu. Hamb. Vind. CF. *perierunt* Vind. B. Plenior forma certum locum habet 7, 28 §. 2. Civ. 2, 7 §. 2. 32 §. 10; altera 1, 30 §. 3. 31 §. 1. 2, 13 §. 3. Nonnihil dubitationis ei adiunctum vidimus supra c. 9 §. 1, neque infra c. 28 §. 6. 6, 8 §. 6. 7, 26 §. 3. 77 §. 13. Civ. 3, 97 §. 5. 98 §. 2 *petierunt* satis certum est. At sine dubitatione *petierint* 5, 41 §. 8 et quod huc pertineat *petierat* Civ. 3, 80 §. 1, et rursus *petivit* Civ. 2, 32 §. 8 legitur. *adpetierit* 1, 44 §. 7 tantum non omnes libri tuentur.

§. 5. inprudentiae] Voss. A. Egm. sec. Fabr. Bong. A. Vind. A. non *impr.* (*prudentiae* a m. pr. Hamb. *impudentiae* Goth. A. habebat.)

§. 6. paucis] *p. post* Leid. A. Cu. Vind. A. Aldinae, Gr. a. Turr.

sese daturos] *se d.* Dr. A. *se d. esse* Leid. A. Vind. A.

§. 4. eius rei] Non quod proelium fecissent, sed quod in vincula coniecissent Commium.

§. 5. ultro] Vide c. 21 §. 5.

ignoscere inprudentiae] sc. se. Cf. adn. cr. ad 2, 31 §. 1. Dativus autem non delictum, sed excusationis causam indicat, quemadmodum paulo ante *propter*. Similiter 1, 20 §. 5 et ibi adhibitis locis.

obsidesque imperavit] Copulae rationem reddidi in adn. cr. ad 2, 15 §. 1.

§. 6. paucis diebus] Sic de rebus futuris et in eam sententiam, quae est Germanici in wenig Tagen, dici solet: *paucis post diebus*, ut Germanicum nach wenig Tagen, spatium paulo maius significat et fere ad res factas adhibetur, ut 6, 8 *paucis post die-*

Digitized by Google

Interea suos remigrare in agros iusserunt, principesque 7
undique convenire et se civitatesque suas Caesari commendare coeperunt. 28. His rebus pace confirmata

§. 7. convenire] VV. CC. Vrs. Not. Gott. Voss. A. Egm. Lov. sec. Fabr. Pet. Bong. C. sec. Confl. codd. Clarkii, Bong. A. Dr. AB. Vrat. ABC. Goth. AB. Hamb. Vind. DFI. Par. A. edd. ante Ald. *convenere* „Ox., ut videtur: quia nihil ex eo adnotatum est." Vind. A. Hav. A. Aldinae, Gr. a. Turr. Lips. et sqq. Cf. adn. cr. ad 3, 2 §. 1 *convenerunt* S. Vasc. St. Gr. b. *conveniunt* ab Oud. nescio ubi inventum memoratur.

commendare coeperunt] Carr. cod. Turr. Hotom. Steph. Brant. Gott. Voss. A. Egm. Lov. Lbb. sec. Fabr. Pet. Bong. C. sec. Confl. Bong. A. Dr. AB. Vrat. ABC. Goth. AB. Hamb. Gu. Vind. EFI. Par. A. edd. ante Ald. Oud.] *commendare* Hav. A. et, quorum scribae de infinitivo historico cogitasse videntur, VV. CC. Vrs. Not. *commendaverunt* Vind. A. *commendarunt* Ox., ut videtur, Ald. et sqq. usque ad Oud. Secundum haec id, quod Oud. edidit, *convenere — commendare coeperunt*, in nullo codice exstare putandum est, erravitque Elberlingius ex multis id codicibus ab Oud. exhibitum dicens, cuius erroris occasionem dedit vitium, quo in Oud. adn. *convenere* scriptum est pro *convenire*. Idem vitium admissum est in Brantii adn. crit. apud Iungermannum p. 501, 18. Duplicem, ut multis locis, habemus scripturam, unam *convenere — commendarunt*, alteram *convenire — commendare coeperunt*. Illa, quam Metaphrastes quoque expressit, qui *συνέστησαν* posuit, non tam ob terminationis discrepantiam (*convenere*, *convenerunt*, et *commendare*, *commendarunt*, *commendaverunt*) quippe quae ex compendio derivata esse possit, quam propter codices ipsos suspecta, tum eo posthabenda est, quod rem absolutam, non, ut veritas postulat, inchoatam facit. Sin convenire principes *coeperunt*, res ad pacem inclinabat ita, ut mutationem recipere posset, idque eventui magis accommodatum. Praeterea concinnitas placet: *remigrare iusserunt*, et *convenire — commendare coeperunt*.

bus civitatem recepit. Illud iterum legitur 5, 2 *neque multum abesse ab eo, quin paucis diebus deduci possint* (naves). Cf. *paucis annis* 1, 31 §. 11.

§. 7. Interea] De duplici huius adverbii significatione dixi supra c. 9 §. 1.

suos] multitudinem, quam nondum dispersam, sed eo loco, quo se ex fuga receperant, in armis retentam eventum legationis exspectasse putandum est.

in agros] ubi habitabant. Hanc enim iussi rationem fuisse, ut domum suam quisque redirent, et verbum *remigrare* indicat, et quod infra c. 30 extr. suos clam *ex agris deducere* dicuntur principes. Hic vero non principes iussisse illud dicuntur, sed legati. Minus recte Petrarcha Hist. 11, 9 *principes Britannorum*, inquit, *turbas ad agriculturam reverti iusserunt, ipsi seque suasque urbes Caesari insinuare omni studio satagentes*.

convenire et — commendare] Haec duo ita coniuncta erant, ut nullus eorum, qui conveniebant, non et Caesari se commendaret. Recte igitur utrumque *coepisse* dicuntur.

Digitized by Google

post diem quartum, quam est in Britanniam ventum, naves XVIII., de quibus supra demonstratum est, quae equites sustulerant, ex superiore portu leni vento solverunt.
2 Quae cum adpropinquarent Britanniae et ex castris viderentur, tanta tempestas subito coorta est, ut nulla earum cursum tenere posset, sed aliae eodem, unde erant profectae, referrentur, aliae ad inferiorem partem insulae, quae est propius solis occasum, magno sui cum peri-

Cap. 28. §. 1. supra] om. Bong. A.

§. 2. adpropinquarent] Voss. A. Egm. sec. Fabr. Bong. A. Vind. A. non *appr.*

sui cum periculo] In Vind. A. *sui* post *periculo* positum, in St. et P. Man. omissum neque a Metaphraste, qui κινδύνῳ, aut a Petrarcha, qui Hist. 11, 12 *summo cum discrimine* habet, expressum est.

Cap. 28. §. 1. post diem quartum, quam] Vt supra c. 9 §. 1 eos, qui *post diem tertium* ad Caesarem reversuri dicuntur, non duo dies, sed unum absentes futuros et non quarto, sed tertio die reversuros fuisse statuendum est, ita inter eum diem, quo ventum in Britanniam est, et eum, quo naves XVIII. solverunt, bibiduum interiectum et profectionem earum die quarto postquam Caesar in Britanniam venit, factam statuere debemus. Neque vero *post* in hac locutione pro adverbio habendum neque accusativo significatio ablativi tribuenda, sed ut in dictione *post hominum memoriam* et in Graeca μεθ' ἡμέραν, quae *interdiu* significat, praepositio ad primam partem temporis referenda, *post quod* id factum dicatur, quod aliqua eius temporis parte factum sit, origo autem locutionis inde repetenda videtur, quod notio vocabuli *post* sibi primum orationis locum peteret, quo fiebat, ut eo loco, quo poni deberet, omitteretur. Nam proprie dicendum erat *die quarto post, quam.* Deinde semel recepta pro adverbio praepositione et haec etiam si non sequeretur *quam*, ut supra c. 9 et *quam* etiam non praecedente *post* usurpari sic consueverunt, ut *post diem* idem, quod *die, quam* quod *postquam* significaret.

supra] c. 22 et 23.

sustulerant] Non solum navis, sed etiam nauclerus *tollere* dicitur quos ad se recipit. Sic Afric. c. 54: *quod navem commeatu — occupavisset neque militem unum ab Sicilia sustulisset.* Comparari potest Germanico laden.

§. 2. ex castris] Ea prope mare et paulum edito loco posita fuisse his docemur.

magno sui cum periculo] Genitivi exempla vide in adn. ad 1, 46 §. 3. Huius tamen pronominis genitivo scriptor alibi ea tantum, quae obiectiva vocatur significatio, utitur, ut Civ. 1, 4 *ostentatio sui*, ib. 2, 13 *contemptione sui*, ad subiectivam possessivum etiam cum altero adiectivo coniunctum adhibet, ut Civ. 1, 5 *suis lenissimis postulatis.* Apud recentiores vero hoc quoque frequentius esse Davisii et Oud. adnot. ad 1, 4 §. 2 (uti in uno codice Norvicensi *omnem sui familiam* pro *o. suam f.* exstat) et a Walthero ad Tac. Ann. 4, 24 (ubi Dolabella *primo sui incessu* solvisse obsidium dicitur) collata docent. Adde Hasii adn. ad Reisigii Scholas gramm. p. 656.

Digitized by Google

culo deiicerentur; quae tamen ancoris iactis cum fluctibus complerentur, necessario adversa nocte in altum provectae continentem petierunt. 29. Eadem nocte acci- 3

deiicerentur]. *dissiparentur* And. Ox. e Glossa, ut ait Oud. Credi posset, si esset *disiicerentur: deiicerentur*, praesertim cum *ad inferiorem partem insulae* praecessisset, ita explicari non poterat. Fortasse hoc quoque ex Ephemeridibus derivatum est, in quibus Caesar si haec in Britannia litteris mandavit, nihil aliud de XVIII. navibus scribere potuit, nisi *dissipatas* fuisse. Hoc enim videri ex castris potuerat: quas in partes dissipatae devenissent, postea demum in Gallia cognitum est. (*deiec.* Voss. A. sec. Fabr. Dr. B. *deic.* Gott. Egm. sec. Fabr. Bong. A. Vrat. ABC. Goth. B. Vind. A. Hamb.)

§. 3. ancoris] Bong. A. Goth. A. non *anch.* Cf. 3, 13 §. 5.

petierunt] „MSS. fere omnes" (Voss. A. Gott. Egm. sec. Fabr. Pet. Pal. sec. Confl.) *petiverunt* Vind. A. Ald. et sqq. usque ad Oud. Cf. adn. cr. ad c. 27 §. 4.

deiicerentur] Hoc a nonnullis ad *inferiorem partem insulae* ut proprie dictum, sicut 5, 44 *in locum deiectus inferiorem*, ab aliis ad viam, de qua deerrassent, refertur, quo sensu 5, 8 *longius delatus aestu* et infra c. 36 extr. *delatae naves* dicuntur. Horum ratio praestat. Nam insulam ipsam naves non attigerunt neque in eius parte inferiore, sed in mari errantes periclitatae sunt. Itaque Germanice dicas sie wurden nach der Westseite der Insel hin verschlagen.

§. 3. tamen ancoris] Non debent haec commate disiungi. Quamvis vehemens esset tempestas, tamen ancoras iecerant, si forte remittente vento insulam capere possent. Sed cum fluctibus complerentur vi venti instantes et ad ancoras deligatas impulsis, necessario ab insula discedere et altum atque continentem petere coactae sunt.

adversa nocte] H. e. obstante, non instante. Eadem significatione Civ. 2, 31 quibusdam rebus nox maxime *adversaria* dicitur. Ceterum non sine ratione Glandorpius h. l. miratur, quibus auctoribus Eutropius, quem putabat — est Orosius 6, 9 — Caesaris equitatum in hac expeditione paene totum perisse scripserit. Haec sunt Orosii verba *in Britanniam transvehitur. Vbi acerba primum pugna fatigatus, deinde adversa tempestate correptus plurimam classis partem et non parvum numerum militum, equitatum* (vitiose in ed. Havercamp. *equitum* legitur) *vero paene omnem disperdidit.* Cum neque Plutarchus Caes. c. 23 neque Dio Cassius 39, 51 de equitum interitu demonstrent, immo Dio equites tantum *nondum venisse* scribat (*μηδέπω τοῦ ἱππικοῦ αὐτοῖς παρόντος*) et c. 52 init. *laborasse tempestatibus* naves Romanorum et quae essent in Britannia et *quae adveherentur* tradat (*πονησάντων τῶν Ῥωμαίων ὑπὸ χειμῶνος καὶ τῷ παρόντι ναυτικῷ καὶ τῷ ἀφικνουμένῳ*) quae prorsus cum Caesaris narratione congruunt, Orosium probabile est ex hac eadem narratione coniecturam de equitum interitu fecisse, et quia Caesarem nihil de salvo eorum reditu prodidisse h. l. videret, nunquam eos redisse existimasse. Quae opinio eum fefellit. Cf. infra c. 37 §. 2.

Digitized by Google

dit ut esset luna plena, qui dies maritimos aestus maximos in Oceano efficere consuevit, nostrisque id erat in-
2 vogitum. Ita uno tempore et longas naves, quibus Caesar exercitum transportandum curaverat quasque in aridum subduxerat, aestus complebat, et onerarias, quae

Cap. 29. §. 1. luna] *Luna* Oud. Cf. adn. cr. ad 1, 50 §. 5. qui dies] „MSS. tantum non omnes" VV. CC. Vrs. et alius MS. Vrs. (in Not. cod. Brant. Carr. cod. Turr. Pet. Gott. Voss. A. Lov. Lb. sec. Fabr. Pet. sec. Confl. Pariss. Hav. A. Bong. A. Dr. AB. Goth. AB. Vrat. ABC. Vind. AEF. edd. ante Ald. Oud. . . . . *dies* Hamb. *quae dies* Gu. Iu. Graev. Dav. Cl. *quae* Ox. Ald. et sqq. usque ad Iu. Id magis probabile erat, quam quod postea receptum est, cui Herzogius vere monuit significationem *diei*, quae hic obtineat, adversari. Cf. 1, 6 §. 3. Illud vero, quod Oud. secundum codices recepit, commodissimum et simplicissimum est.

maritimos] *maritumos* Ox. Oud. 2. Cf. supra c. 23 §. 5.

§. 2. complebat] And. Ox. Cu. S. Leid. A. Vind. A. Hav. A. Ald. A. sqq. *complerat* Carr. cod. Turr. *complexerat* Pet. sec. Oud. et Fabr. *compleverat* reliqui codd. Oud. (qui tamen in Bong. A. a m. pr. omissum refert, quod Pl. non animadvertit) codd. Clarkii, Gott. Voss. A. Egm. Lov. Lbb. sec. Fabr. Pet. Pal. Bong. C. sec. Confl. Dr. AB. Vrat. ABC. Goth. AB. Hamb. Gu. Vind. DEFI. edd. ante Ald. Quo admisso eodem tempore, quo tempestas onerarias naves afflictabat, longae iam aestu fuisse completae perhibentur; quod ad rei celeritatem demonstrandam facit. Atque Clarkius eam lectionem aeque ferri posse arbitrabatur. Neque ego non ferrem *complerat*, si in pluribus exstaret et ea syncope a Caesaris consuetudine non abhorreret: *compleverat* post *subduxerat* et *curaverat* minus placet et originem debere illis videtur.

Cap. 29. §. 1. luna plena] Hoc plenilunium in eam noctem incidisse, quae inter diem XXX. et XXXI. mensis Sextilis a. u. 699 intercedebat, Edm. Halley astrologus docuit dissertatione Anglice scripta et Philosophicarum Transactionum, quae vocantur, volumine tertio Londini a. 1809 edito comprehensa, p. 440.

§. 2. uno tempore et — et] Alex. c. 8 *unoque tempore et nostras munitiones infestabant et suas defendebant*.

quibus — subduxerat] Etiam onerariis navibus iisque maxime transportandum exercitum curaverat, sed eas in mari constituerat ad ancoras deligatas: longas, quibus item ad transportandum usus erat, in aridum subduxerat. Haec omnia igitur commate post *curaveat* sublato coniungenda et ita interpretanda sunt: quas Caesar, postquam iis ad transportandum exercitum usus erat, in aridum subduxerat. At non sine causa scriptor hunc ipsum usum longarum navium fuisse demonstrat. Supra enim c. 22 §. 4 tantummodo quaestori, legatis praefectisque eas distributas, ad transportandas autem duas legiones LXXX. onerarias naves sufficere visas esse ostendit, ita ut absque hoc loco esset, legionarios milites in longis navibus impositos esse crederes nullos. Itaque his quoque partem exercitus transportatam esse nunc docemur; quae

Digitized by Google

ad ancoras erant deligatae, tempestas adflictabat, neque
illa nostris facultas aut administrandi aut auxiliandi da-
batur. Compluribus navibus fractis reliquae cum essent 3
funibus, ancoris reliquisque armamentis amissis ad navi-
gandum inutiles, magna, id quod necesse erat accidere,
totius exercitus perturbatio facta est. Neque enim 4
naves erant aliae, quibus reportari possent, et omnia

ancoras] Iidem, qui c. 28 §. 3 *ancoris*.

adflictabat] Voss. A. Egm. sec. Fabr. Bong. A. Vind. A. non *affl.* (*afl.* Goth. B. Hamb.)

§. 3. Compluribus — reliquae cum] *cum pluribus — reliquae cum* Bong. A. Voss. A. *cum pluribus — reliquae* VV. CC. Vrs. in Not. And. Vind. A. Hav. A. Hic idolem codicum videre licet. *Compluribus* ita, ut saepe, in *cum pluribus* corrupto alterum *cum* ab illis fideliter servatum, ab his emendandi scilicet causa omissum est. Vulgata scriptura optime habet. Fractae naves *complures* dicuntur in comparatione omnium, non ita paucae, (Germanice ziemlich viele) et ex c. 31 extr. duodecim amissas esse apparet. Contra *plures*, quamquam interdum eadem significatione positum est, hic tamen fieri non posset quin fractarum numerum navium maiorem, quam reliquarum indicare videretur. Id vero, si res ita erat, haud dubie gravius, quam quod reliquis acciderat, non ut secundarium interponi debebat. Porro autem *reliquae* suum ante *cum* locum tenet. Oppositum enim est *compluribus*, et quod verbis *cum essent — inutiles* demonstratur, id respondet *fractis*. Iam quemadmodum, si *inutilibus factis* pro illis verbis positum esset, *reliquis* praeponi debuisset, ita in oratione nominativum requirente praepositum est *reliquae*. Cf. c. 31 §. 3.

ancoris] Ad eos, qui §. 2 *ancoras* praebebant, h. l. accedit tertius Hamb. (In Dr. B. omissum est.)

id quod] *quod* Gott. Voss. C. Vind. A.

consuetudo scriptoris Lippertum adeo fefellit, ut *exercitum* h. l. quaestorem, legatos et praefectos cum ipsorum comitibus nescio quibus dici statueret.

adflictabat] Cf. adn. ad 3, 12 §. 1.

aut administrandi aut auxiliandi] Qui horum verborum differentiam ad personas referunt, illud nautarum, hoc reliquorum militum esse perhibentes, speciem probabilitatis aliquam, non significationem vocabulorum sequi videntur. Equidem *administrare*, de quo v. adn. cr. c. 23 §. 2, fere ut Germanicum bedienen, retulerim ad officia et negotia in eiusmodi casu solita et solennia, *auxiliari* vero ad quamvis sublevationem laborantium navium, quae artem et industriam non minus requirat, quam administratio. Cf. 7, 24 *cui rei ferretur auxilium*.

§. 3. id quod] Breviter et concise dictum pro *et hoc erat id, quod*. Cf. 7, 60 *si, id quod magis futurum confidat, relictis impedimentis suae saluti consulant*. Alex. c. 24 *sin, id, quod magis illorum naturae conveniebat, ducem ad bellum gerendum regem habere vellent*. Afr. c. 44 *si, id quod facere debetis, rem publicam cum optimo quoque defendetis*.

Digitized by Google

deerant, quae ad reficiendas naves erant usui, et quod omnibus constabat hiemari in Gallia oportere, frumentum

§. 4. naves erant usui] *naves essent usui* Cl. fortasse ab Hotomanno inductus, qui commemorata lectione Aldina: Et hoc quoque, inquit, demiror: cum alii omnes constanter sic habeant, „Ad reficiendas naves essent usui." *naves usui sunt* alii sec. Brantium et fortasse Pet. sec. Conf., in quo ab Aldina discrepans nihil nisi *naves* pro *eas* legi dicitur, *naves usui erant* Bong. C. Pal. sec. Conf. *eas usui sunt* And. Ox. Cu. S. Leid. A. Vind. A. Hav. A. Ald. et sqq. excepta Gr. b. (Qui ab Oud. ante omnes inter huius lectionis auctores refertur Vrsinus, is e codicibus suis neque in Notis neque in Emendationibus quicquam, quod ad haec verba pertineat, protulit.) Vitium Aldinae eiusdemque Oudendorpianae scripturae non fugit Heldium: *eas* de illis navibus cogitari iubere, contra *sunt* de navibus omnino dictum videri: aut *naves — sunt* requiri, ut 5, 1 *ea, quae sunt usui ad armandus naves*, aut *eas — erant*, ut infra c. 31 §. 2 *quae ad eas res erant usui*. Verissimum hoc; nec video, quid Baumstarkius iuvari vulgatam putaverit, si in superioribus *aliae* abesse cogitetur, quo tamen remoto nihilo minus certas quasdam significatas haberemus. Quod si pro imperfectis *erant aliae — omnia deerant* — scriptorem praesentia posuisse et ad hanc perturbationem ea orationis forma, qua alias, ut 6, 39, usum esse facias, illud tenere liceat: nunc quod reliqui codices omnes (Pet. Gott. Voss. A. Egm. Lb. sec. Fabr.) cum edd. ante Aldum et Gr. b. exhibent, in quo *naves* Caesaris sunt, necessario tenendum videtur.

hiemari] S. Leid. A. Vind. A. Hav. A. Par. B. Oud. 2 *hiemare* Par. A. et reliqui codices (Hamb. post *in Gallia*) cum edd. omnibus, etiam Oud. 1. Neque id propter grammaticam aut propter insolentiam 1, 16 §. 4 notatam reprobandum, immo, quod Herzogius sensit, eo commendari videtur, quod *omnibus constabat* praecessit. Cur enim *omnibus* necessitatem illam cognitam diceret scriptor, nisi aliud quid de iisdem additurus esset? Id vero eo ducit, ut etiam frumenti in hiemem providendi cura et non provisi causa ad eosdem omnes, quos hiemare in Gallia oporteret, pertinere videatur, quod a veritate abhorret. Nam ea imperatoris et legatorum vel tribunorum, certorum denique hominum cura et res erat, non militum omnium, neque *non providerant*, quod post *hiemare* exspectares, positum est, sed *provisum non erat*, sc. ab iis, qui providere debebant et haud dubie providissent, nisi et ipsis idem, quod omnibus, constitisset, non modo se, sed

§. 4. ad reficiendas naves] Caesar cum omnis generis vocabula iterare solet, tum inprimis hoc *navis* nomen. Cf. 3, 15 §. 1 *cum singulas binae ac ternae naves circumsteterant, milites summa vi transcendere in hostium naves contendebant*. 5, 9 *relictis — qui praesidio navibus essent, de tertia vigilia ad hostes contendit, eo minus veritus navibus, quod in litore molli atque aperto deligatas ad ancoram relinquebat, et praesidio navibus Q. Atrium praefecit*. ib. c. 11 *subductis navibus castrisque egregie munitis easdem copias, quas ante, praesidio navibus reliquit*.

Digitized by Google

his in locis in hiemem provisum non erat. 30. Quibus rebus cognitis principes Britanniae, qui post proelium ad Caesarem convenerant, inter se conlocuti, cum equi-

omnes hiemare in Gallia oportere. Itaque hoc, quod omnibus constabat, rectius passivo, quod de singulis omnium, quibus constabat, personis cogitari vetat, quam activo significatum et *hiemare* librariorum errore illatum videtur.

Cap. 30. §. 1. post proelium ad Caesarem] *post pr. factum ad Caes.* Vrat. C. *post pr. factum ad ea, quae iusserat Caesar, facienda* And. Ox. Cu. S. Leid. A. Vind. A. Hav. A. Ald. Gr. a. St. Turr. Oud. *post pr. ad ea, quae iusserat Caesar, facienda* P. Man. Ald. nep. Lips. Iu. Graev. Dav. Cl. Nos lectionem ab Aldo exhibitam cedere iussimus ei, quae ab editoribus primis, tum in Frellon. et Gr. b. recepta nuperque Heldio, Apitzio et Ecksteinio probata integriorum codicum auctoritate nititur; sed *factum* temere a criticis interpositum et temere simplicissimum illud *ad Caesarem* in *ad ea, quae iusserat Caesar, facienda* mutatum esse persuadere nobis non possumus, immo, si alterutram lectionem pro subditiva haberi oportet, potius breviorem ex ampliore concinnatam, *factum* ut supervacaneum inductam ab aliquo, *ad ea, quae iusserat Caesar, facienda* ut capitis 27 et huius cap. extremis repugnans contractum in *ad Caesarem* statuere malumus. Aliud enim praeter obsides imperatum supra scriptor non ostenderat, principes autem non obsidum tradendorum causa, sed se suasque civitates Caesari commendaturos ad eum convenisse docuerat, et ipsos non obsidum loco venisse ex eo apparet, quod infra paulatim discessisse, non clam aufugisse ex castris dicuntur. Et tamen obsides legatis imperans Caesar simul principes ad se vocare potuit, ut se de omnibus rebus, quas scire ipsius interesset quasquae frustra ex mercatoribus c. 20 extr. quaesiverat, docerent, vel ut pacis perpetuae futurae conditiones acciperent, vel ut pecuniam conferrent, denique ut aliquid facerent, idque h. l. ita, ut alibi alia, praeter exspectationem significatum esse potest. At enimvero hic non modo praeter exspectationem, sed etiam repugnantiae cum specie statuendum esset voluisse scriptorem aliquid docere, quod utique commodius supra ostendere poterat, et codicum brevius exhibentium indoles ea est, ut tantae licentiae suspicionem defendat. Itaque id, quod Aldus dedit, ex Ephemeridibus ductum, alterum a Caesare in Commentario editum puto. Deleto autem ampliore illo *ad ea — facienda*, utpote superioribus parum congruente, praelatoque breviore *ad Caesarem* prius quoque *post proelium factum* contrahi et *factum* induci debebat, cum in ampliore non inepte illos primum *proelium* fecisse, deinde ad facienda *iussa* se contulisse demonstrasset. Ad lecutionem cf. verba extrema libri quinti *pauloque habuit post id factum Caesar quietiorem Galliam.*

conlocuti] Voss. A. sec. Fabr. Bong. A. Vind. A. Goth. B. a m. pr. non *coll.*

equites] *et eq.* Vind. A. Gr. ab. St. Turr. et a Dachnio collata ed. Stradensis. Haec accessio, quam Oud. ignoravit, ad rerum, quae deessent, complexum significandum accommodata ge-

Digitized by Google

tes et naves et frumentum Romanis deesse intellegerent et paucitatem militum ex castrorum exiguitate cognoscerent, quae hoc erant etiam angustiora, quod sine impedimentis Caesar legiones transportaverat, optimum factu esse duxerunt rebellione facta frumento commeatuque nostros prohibere et rem in hiemem producere, quod his superatis aut reditu interclusis neminem postea belli inferendi causa in Britanniam transiturum confidebant.

mina videri potest. Cf. supra c. 1 §. 9 *quae res et cibi genere et cotidiana exercitatione et libertate vitae — et vires alit et inmani corporum magnitudine homines efficit* c. 25 §. 2 *nam et navium figura et remorum motu et inusitato genere tormentorum permoti barbari constiterunt.*

quae hoc] *quae haec* Dr. A. Goth. A. *quia haec* Vind. A.

impedimentis] *imp.* Vind. A.

factu] *factum* Voss. AB. Leid. AC. Ox. Dr. A. Vrat. B. Vind. C. Hamb. et a m. pr. Duk. Gott. Egm. inc. Ven. de. In diversorum codicum consociatione dubitare licet, utrum ex suo quisque genere et fonte ductum, an a scriba demum suo profectum temereque natum habeat *factum*. Mihi hoc verisimilius illo videtur; ceterum *optimum factum* etsi haud negaverim dici posse id, quod si factum sit, optimum sit, ut Plautus dixisse videtur Pseud. 12, 52 *Nunc adeo hoc factum est optimum, ut nomine quamque appellem suo*, tamen usu et ratione postulante, ut, quemadmodum *bonum factum*, de re praeterita dicatur, vulgatam tenendam censeo. Codices quidem fere ubique discrepant. Cf. Salust. Cat. 32, 1. 55, 1. 57, 5. Iug. 107, 5. Tac. Hist. 2, 76. Atque etiam *perfacile factum* supra 1, 3 §. 5 in Voss. AB. Leid. B. Vrat. C. Goth. B. Hamb. Pal. et infra 7, 64 §. 2 in nonnullis legitur, quod ferri nequit.

his superatis] *iis s.* tacite scripsit Oud., ante quem *his s.* legebatur. *iis* ex. Fabr. in Pet. Gott. Voss. A. Lov., silentium Plueschkii etiam in Bong. A. exstare significat, ego tantum in Goth. B. inveni. In Egm. sec. Fabr. Vrat. BC. Hamb. *hiis* est, Dr. AB. Vrat. A. Goth. A. (qui *frumento* etc. — *his* in marg. a m. s. habet) Vind. ABC. cum edd. ante Oud. *his* tuentur, quod tantum non necessarium videtur.

Cap. 30. §. 1. et naves] Hoc a Metaphraste fortasse quod supervacaneum putaret, praetermissum quo pertineat, ex verbis infra positis *aut reditu interclusis* intelligitur. Id, si naves fuissent Romanis, minus sperari potuisset.

ex castrorum exiguitate] In quibus cum ipsi versarentur, ut ex huius capitis extremis apparet, tamen libere per ea incedendi et tentoria numerandi potestatem eos non habuisse consentaneum est. Itaque coniecturam ex ambitu oculis metiendo capiebant.

hoc — quod] Haec ita coniunge, ut comparativum addito *etiam* eodem modo auctum, quo Germanico noch augeri solet, a demonstrativo seiungas.

Digitized by Google

Itaque rursus coniuratione facta paulatim ex castris discedere ac suos clam ex agris deducere coeperunt. 31. At Caesar, etsi nondum eorum consilia cognoverat, tamen 1
et ex eventu navium suarum et ex eo, quod obsides dare intermiserant, fore id, quod accidit, suspicabatur. Itaque ad omnes casus subsidia comparabat. Nam et fru- 2
mentum ex agris cotidie in castra conferebat et quae gra-

§. 2. ac suos] *aut s.* „MSS. plerique." Gott. Vess. A. Egm. Lb. sec. Fabr. Pet. Bong. C. sec. Confl. Carr. cod. Turr. Bong. A. Dr. AB. Vrat. ABC. Goth. B. Vind. I. Gu. Hamb. *et f.* S. Leid. A. Vind. A. St. Id per se firmius a codicibus, quam *ac*, quippe quod praeter edd. unus Goth. A. et fortasse unus alterque Vindobonensium praestet, tamen huic postponendum putavi, quia quod in plerisque legitur, *aut*, nisi huius ex litteris duabus perperam pro compendio particulae disiunctivae habitis non facile potuit exsistere. Vide quos Handius Tursell. 1, 512 commutationis huius auctores ostendit.

Cap. 31. §. 2. cotidie] In Pet. sec. Fabr. *quotidie* ante *ex*

§. 2. Itaque] Nescio, cur Graevius, Davisius et recentiores nonnulli Iungermanniana divisione hic sibi non utendum et ab hoc *Itaque* potius, quam a verbis *At Caesar* novum caput ordiendum putaverint.

coniuratione facta] Coniurationem principes, qui ad Caesarem convenerant, vix credibile est, in ipsis castris facere ausos esse, si tamen non dicam cerimoniis, quales Gallorum 7, 2 describuntur, sed iureiurando sese obstrinxerint. Id enim, quamvis abditi in tabernaculo, cum undique a Romanis circumdati essent, magnopere ut Caesarem celari posset, metuere debebant. Quid quod ne colloquia quidem illa, de quibus supra dictum est, in castris satis tuto habere potuerunt. Sed licebat eis e vallo egredi, suos revisere, castra velut deverticulum repetere. Quae cum aliquot dies fecissent, postremum omittere et paulatim ex castris discedere coeperunt.

deducere] in eum locum, qui bello faciendo idoneus videretur. Cf. adn. cr. ad c. 22 §. 6.

Cap. 31. §. 1. ex eventu navium suarum] Recte Davisius interpretatur *ex eo, quod navibus evenerat;* sed quod comparat Hirtianum 8, 23 *quae* (civitates) *Bellovacorum speculabantur eventum*, id pariter atque ab Oud. additum Iulianum Civ. 2, 5 *neque erat quisquam omnium, quin in eius diei casu suarum omnium fortunarum eventum consistere existimaret*, eo differt, quod rei coeptae significatonem adiunctam habet, ut etiam *exitus* dici possit, quod h. l. fieri nequit. Etiam minus probabiliter Davisius *suarum* contra Ciacconium tuetur loco Curtii adhibito demonstrans suae fidei commissas naves Caesarem recte *suas* dicere potuisse. Nonne idem sexcenties milites *suos* dicit? At Ciaccenio supervacaneum videbatur additamentum. Non animadvertebat duabus et diversis ex partibus suspicionis argumentum ductum indicari.

subsidia] non quae in re militari proprie, sed quae communiter vocantur, Germanice Hülfsmittel. Cf. 2, 20 §. 3 *his difficultatibus duae res erant subsidio.*

Digitized by Google

vissime adflictae erant naves, earum materia atque aere ad reliquas reficiendas utebatur et quae ad eas res erant
8 usui, ex continenti comportari iubebat. Itaque cum summo studio a militibus administraretur, XII. navibus amissis reliquis ut navigari commode posset, effecit.

agris positum est, atque ita fortasse omnes codices habere in ex. Confl. demonstratur. Meorum codicum nullus ibi, sed ante *conferebat* Dr. B. Vrat. C. Goth. B. Hamb. cum plerisque ante Oud. edd. habent: reliqui cum Gott. Voss. A. Egm. sec. Fabr. Bong. A. Ven. f. St. ita collocant, ut est ab Oud. tacite collocatum, ut *frumentum ex agris* et *in castra conferre* magis in unam utrumvis notionem coniungatur.

adflictae] Voss. A. Egm. sec. Fabr. Bong. A. non *affl.*

materia] Cf. adn. cr. ad c. VI §. 8.

comportari] *portari* Vrat. B. *comportare* Vind. D. Graev. (Perperam Oud. *comparare* ex Graev. et Lugd. refert.) *comparari* VV. CC. Vrs. in Not. Cu. Leid. A. Vind. A. Hav. A. quod diuturniorem operam et ad plura pertinentem actionem significans non omnino ineptum, sed minus aptum h. l. videtur. In Gallia enim quae ad eas res usui essent, iam parata fuisse probabile est, atque ea proprie *comportari* dicuntur. Cf. 1, 16 §. 3 frumentum *conferri*, *conportari*, *adesse*. Ibi prorsus eadem, quae h. l. codicum discrepantia est, *portari* Carr. Vind. I. *comportare* Vrat. A. *comparari* Pet. exhibentibus. Facilis utique erat mutatio nec consulto videtur facta.

§. 3. cum] Vulgo additum *id* omissum in „MSS. duodecim" Pet. Gott. Voss. A. Egm. Lb. Carr. cod. Turr. Bong. A. Dr. A. Vrat. AB. Goth. A. Vind. AI. Hamb. Gu. inc. mihi quoque omittendum videri supra c. 23 §. 2 ostendi. Ei praeter codicum auctoritatem hoc obstat, quod, cum ad unum ex superioribus pertinere deberet, sensu tamen postulante ad sequentia potius referendum esset. Neque praetermittendi causa ulla librariis, interpolandi vero vel haec esse potuit, quod verbi subiectum desiderarent, vel quod cavere vellent, ne *cum* praepositio esse putaretur et coniunctivi ratio nulla appareret. Ad formam orationis cf. 3, 25 *cum item ab hostibus constanter ac non timide pugnaretur.* 5, 30 *cum a Cotta primisque ordinibus acriter resisteretur.*

commode] ante *navigari* Hamb. om. Pet. „tres alii" Gott. Dr.

§. 2. adflictae] Cf. adn. ad 3, 12 §. 1.

ad eas res] Pluralis positus est propterea, quod non solum reficiendae, sed etiam armandae et instruendae naves erant, utpote funibus, ancoris reliquisque armamentis amissis, ut c. 29 demonstratum est. Quae cum omnia ad refectionem quodammodo pertinerent, tamen si singulari usus esset, non tam reliqua, quae volebat, quam aes et materiam significare videretur.

ex continenti] sc. Gallia, quae proxima erat, unde paucis diebus quae incolumes manserant naves, comportare illa poterant. Etiam proxime insequenti anno simili in casu fabros *ex continenti* arcessitos legimus 5, 11.

§. 3. reliquis ut] Adiectivi praepositi ratio eadem est, quae c. 29 §. 3.

Digitized by Google

32. Dum ea geruntur, legione ex consuetudine una frumentatum missa, quae appellabatur septima, neque ulla ad id tempus belli suspicione interposita, cum pars hominum in agris remaneret, pars etiam in castra ventitaret, ii, qui pro portis castrorum in statione erant, Caesari nuntiaverunt pulverem maiorem, quam consuetudo ferret, in ea parte videri, quam in partem legio iter fecis-

A. Vrat. B. Vind. B. Gu. inc. Alibi sane praeponi verbo solet, ut 1, 25 §. 3. 39 §. 6. 2, 20 §. 3. 3, 13 §. 8. 23 §. 7. 6, 20 §. 1, et infra c. 36 §. 2 hae naves *infirmae* fuisse dicuntur. Sed postpositum exstat 3, 13 §. 6, et *commode*, h. e. non tuto, sed facile et expedite etiam infirmis navibus navigari potest.

Cap. 32. §. 1. appellabatur] *apell.* Vind. A. Leid. a. *adpellatur* Leid. A. Cf. Civ. 2, 19 *cohortes duae, quae colonicae appellabantur.* Ib. 20 *alterq ex duabus legionibus, quae Vernacula appellabatur.* Vtroque loco idem liber praesens exhibet. Sed Civ. 3, 34 *cum legione tironum, quae appellabatur* XXVII et ib. 88 *quarum* (legionum) *una prima, altera tertia appellabatur* nulla est de imperfecto controversia. Nimirum mutabilia illa nomina erant, eoque magis in narratione rei praeteritae locum habebat imperfectum.

in castra] *in castris* Pet. sec. Confl. Vrat. A. Cf. adn. cr. ad c. 12 §. 2.

ii] Pet. Gott. Egm. sec. Fabr. Bong. A. Vrat. A. Goth. B. Rom. a. Med. a. Ven. b. Ber. P. Man. Ald. nep. Lips. et sqq. *et ii* Bong. C. sec. Confl. *hii* Vrat. BC. Hamb. *hi* Dr. AB. Vind. ABFI. Goth. A. Ven. odef. Ald. Gr. ab. St. Turr.

nuntiaverunt] „MSS. plerique et Edd. pp.“ Gott. Voss. A. Egm. Pet. sec. Confl. Carr. Dr. AB. Vrat. ABC. Goth. AB. Vind. BCD. Gu. Hamb. edd. ante Ald. *nuntiarunt* Pet. sec. Fabr. et Oud. V.V. CC. Vrs. in Not. *nuntiandum* cod. Turr. *renuntiarunt* „alii“ Aldinae, Gr. ab Turr. *renuntiaverunt* Vind. A. St. Lips. Iu. Graev. Dav. Cl. Oud. tacente de Bong. A. Plueschkio. Bonum id, sed a codicibus non satis firmum nec vero necessarium. Cf. 1, 7 §. 1 *Caesari cum id nuntiatum esset*, infra c. 37 §. 2 *qua re nuntiata Caesar* —. (In Hamb. et a m. pr. Goth. A. est *numpt.* — Pro *t* Oud. ubique etiam in codicum lectionibus significandis *c* posuit, quod in parte codicum et editionum legitur.)

quam in partem] Nihil h. l. dixersi ex Pet. affertur, qui alibi huiusmodi pleonasmum non fert. Sed Ox. in *qua* habet. (*qua in partem* Dr. B.)

Cap. 32. §. 1. quae appellabatur septima] De numero et nominibus legionum Caesaris Gallicarum cf. adn. ad 3, 1 §. 1. Septima illo tempore conscripta videtur, quo populus Romanus sex legiones habebat, quod tempus respicit Cicero loco a Camerario adhibito Paradox. 6, 1 §. 45.

interposita] inter deditionem, quam fecerant Britanni, et hunc diem, ut recte Baumstarkius. Similiter 6, 38 *hoc spatio interposito*, quod conferendum est cum 1, 7 §. 4 *ut spatium posset.*

quam consuetudo ferret] *Ferre* in hac formula loquendi, quae 6, 7 §. 8 redit, significare id,

Digitized by Google

2 set. **Caesar id, quod erat, suspicatus, aliquid novi a barbaris initum consilii, cohortes, quae in stationibus erant, secum in eam partem proficisci, ex reliquis duas in sta-**

§. 2. ex reliquis duas] pars codicum Oud. Bong. A. Dr. AB. Vrat. ABC. Goth. AB. Vind. BEFI. Ge. Hamb. Ven. f. St. Gr. b. *ex reliquis duabus* Vind. D. edd. ante Ven. f. *duas ex reliquis* altera pars codicum Oud. Pet. Gott. Voss. A. (hic *reliquiis*) Lov. sec. Fabr. Paris. Vind. A. Hav. A. Aldinae, Gr. a. Turr. Oud. *duas* Lips. In. Graev. Dav. Cl. Lipsium seduxisse videtur Mich. Brutus, qui *duas in stationem cohortes* ex Carr. et ed. Flor. afferens non, quemadmodum Lipsius eam lectionem cum Aldina nepotis, qui Bruti scholia exhibet, comparans existimaverit, duo vocabula post primum omissa, sed primum aliter, quam in edd. antiquissimis scriptum, et quartum aliter collocatum in utroque libro esse docebat, vocabula *ex reliquis*, in quibus Carr. et Flor. cum edd. illis consentirent, omnino non respiciebat. Iam Oud. quin merito revocaverit *ex reliquis*, dubitari nequit, neque immerito ea locum post *duas* obtinere passus est, si *cohortes* post *stationem* sicut putabat, ex interpolatione accessit. Sin *cohortes* pro genuino habemus, eosdem codices consentaneum est ut in ordinandis verbis sequamur. In ex. Fabr. autem verborum ordinis ratio non magis, quam ab Achaintrio Parisienses libros indiscriminatim commemorante habita videtur. Per se quidem *ex reliquis*, quippe ex quo *reliquas* pariter ac *duas* pendeat, sun iure primum est.

quod Germani dicimus mit sich bringen, ex talibus colligitur, quale est Civ. 1, 51 *venerant — equites ex Gallia cum multis carris magnisque impedimentis, ut fert Gallia consuetudo.* quod admittendi sed patiendi significationem non admittit. Eodem modo interpretandum est 7, 46 §. 3 *ut natura montis ferebat.* Sed alio pertinent *ut fert illorum opinio*, quod 5, 13 exstat, in quo verbi significatio similis est ei, qua *ferunt* pro *dicunt* ponitur; rursus alio *quo fors tulerat consternati perfugiunt* 8, 19, quocum comparandum est *quo ventus ferebat* 3, 15. Interpretes haec non satis distinguunt, ac fortasse ne ipsi quidem Latini omnes idem sentiebant.

§. 2. Caesar id, quod erat, suspicatus] Alii *Caesar, id quod erat, susp.* interpungentes dictionem similem faciunt illi, quam supra c. 29 §. 3 explicui, sententiam autem inferunt altenissimam, Caesarem re vera aliquid suspicatum esse, non quam volunt quamque res ipsa requirit, id, quod suspicatus sit, verum fuisse. Itaque post *id* incidendum, et quod eo pronomine demonstratum est, eius explicatio ex sequentibus *aliquid novi a barbaris initum consili* petenda, ut 1, 7 §. 1 *Caesari cum id nuntiatum esset, eos per provinciam nostram iter facere conari.*

cohortes, quae in stationibus erant] quattuor pro quattuor portis ut recte adhibito loco 6, 37 docuit Hausius singulis portis singulas cohortes apponi solitas demonstrans.

in stationem] Singularis post pluralem *in stationibus* offensionem non habebit reputantibus verba *in stationem succedere* unam rem eamque ab unaquaque

Digitized by Google

tionem cohortes succedere, reliquas armari et confestim sese subsequi iussit. Cum paulo longius a castris 3
processisset, suos ab hostibus premi atque aegre sustinere et conferta legione ex omnibus partibus tela coniici animadvertit. Nam quod omni ex reliquis parti- 4
bus demesso frumento pars una erat reliqua, suspicati

cohortes] „MSS. et Edd. primae" Carr. cod. Turr. Bong. A. Pet. Gott. Voss. A. Egm. Lbb. Dr. AB. Vrat. AB. Goth. A. Vind. CF. Gu. Ven. f. Post *succedere* Pet. Pal. Bong. C. sec. Confl. Dr. B. (iterum) Vrat. C. Goth. B. Hamb. Vind. DE. edd. ante Ven. f. om. S. Leid. A. Ox. „et forsan alii" Vind. A. Ald. et sqq. quae ratio commendari videtur eo, quod in reliquis libris incertam sedem habet. Sed qui *cohortes* verbo postponunt, et omnes deteriores sunt (nisi de Pet. exemplari Confl. potius, quam Fabr. multo illo diligentiori credere volumus) et quia ad *reliquas* referebatur, praesertim in quibus *duas* in *duabus* corruptum erat, postponi debebat. Itaque inconstantiae illius momentum non tantum est, ut potiorum librorum elevet auctoritatem.

sese] „MSS. uno alteraque excepto et Edd. Vett." *se* Vind. A. Goth. A. a m. pr. Ald. et sqq. usque ad Oud. om. Pet. Ox.

§. 3. animadvertit] *animadverterit* Vrat. B. *animum advertit* And. Vind. A. Oud. Cf. c. 25 §. 1.

§. 4. pars una] *u. p.* Vind. A. Ald. et sqq. usque ad Oud., qui tacite secundum codices (Pet. Gott. Voss. A. Egm. Vind. CDEFI. Gu., et reliquos a me visos) ordinem editorum antiquissimorum restituit. Cf. c. 25 §. 4. Eadem ratione *nocte una* 5, 58 §. 1 interpretandum videtur.

dimidia cohorte peragendam significare neque declarato iam stationum numero iterum eum ostendendum fuisse.

reliqua] Iterati post pauca eiusdem vocabuli exemplum proximum est §. 4, aliud supra c. 15 §. 2 (*reliqua fuga desperata magno numero interfecto reliqui se in flumen praecipitaverunt*) aliud 6, 18 exstat *in reliquis vitae institutis hoc fere ab reliquis differunt.*

§. 3. conferta legione] *Conferta*, quamquam fere adiectivi modo positum, hoc tamen loco, cum ablativus is sit, qui absolutus vocatur, qui participii proprius est, et *confercire* verbum usu receptum esset, pro participio haberi potest ac debet. Ceterum quod Cellarius putat milites legionarios *orbem* fecisse, qualem fecerunt trecenti illi, de quibus c. 37, et illi, de quibus 5, 35 sermo est, qui item *conferti* ab tanta multitudine coniecta tela vitare non poterant, scriptorem probabile est, si eo perducta res fuisset, ipso *orbis* nomine id demonstraturum fuisse. Nam in orbem consistere, ut 5, 33 §. 5 docemur, extremum fere consilium erat. *Confertos* vero etiam ultro aggredientes videmus minimeque angustis in rebus constitutos 8, 29 §. 1. (cf. 6, 34 §. 4.) Quos inter atque eos, quos Afr. c. 15 extr. *in orbem compulsos* dicit, duo quasi gradus iniquioris conditionis fuisse videntur, unus horum, qui simpliciter *conferti* erant et vocabantur, angustius consistentes, quam opus esset, alter eorum, qui signis in unum collatis iam ne ordines quidem

Digitized by Google

hostes huc nostros esse venturos noctu in silvis delitue-
5 rant; tum dispersos depositis armis in metendo occupatos subito adorti paucis interfectis reliquos incertis ordinibus perturbaverant, simul equitatu atque essedis circumdederant. 33. Genus hoc est ex essedis pugnae: primo per omnes partes perequitant et tela coniiciunt at-

§. 5] perturbaverant] *perturbaverunt* Leid. A. Vind. A. Vrat. A. Hamb.

circumdederant] *circumdederunt* Leid. A. *circumdaverant* Beng. A. et superscripto a m. sec. *l'ed* Goth. A.

servabant, quemadmodum 2, 25 §. 1 et Civ. 1, 71 §. 3 factum esse narratur.

§. 5. paucis interfectis] Non tantum, quantum Davisius putabat, discrepat ab his Dio Cassius 39, 52 haec tradens *ἐκ μὲν τοῦ προφανοῦς, οὐκ ἐπέθεντο αὐτοῖς· τὸ γὰρ στρατόπεδον ἰσχυρῶς ἐφυλάσσετο· δεξάμενοι δέ τινας ὡς καὶ ἐς φιλίαν τὴν χώραν σφῶν πρόσ, κόμιδήν τῶν ἐπιτηδείων πεμφθέντας αὐτούς τε πλὴν ὀλίγων ἔφθειραν· ὁ γὰρ Καῖσαρ διὰ ταχέων τοῖς ποιποῖς ἐπήμυνε· καὶ μετὰ τοῦτο καὶ πρὸς αὐτὸ τὸ ἔρυμα αὐτῶν προσέβαλον.* Sane maximam partem frumentatorum caesam esse tradit, sed integram legionem frumentandi causa missam non novit. Quomodo enim quatuor minimum milia hominum *turmis* appellaret? In numero igitur occisorum fere consentit, ceterum alium auctorem secutus est.

incertis ordinibus] ut iam non multum abesset ab eo, quin ordines non servarent. Cf. supra c. 25 §. 1. De ablativo vide 2, 8 §. 2.

perturbaverant — circumdederant] Omnia illa iam facta erant tum, cum Caesar in conspectum venit. Neque vero *tum* initio huius §. aliam nisi *postea* facti significationem habet. Cf. c. 27 §. 4.

Cap. 33. §. 1. Genus hoc est ex essedis pugnae] Hanc descriptionem Caesar videtur sequentis illius experientia magis, quam huius edoctus exhibuisse ac totum caput hoc ex illius anni Ephemeridibus in hoc Commentarium traduxisse. Itaque et *est* posuit, non *erat*, quo utitur 1, 46 *genus hoc erant pugnae*, *quo se Germani exercuerant*, et *equitum turmas* paulo post commemorat, quas sequenti demum anno secum habuit. Quas si quis Britannorum equitum interpretandas et totum genus pugnae ad domesticorum bellorum consuetudinem, quam Caesar ex captivis cognitam habuerit, referendum statuat, primum *turmas* minus proprie dictas faciat (quae 7, 80 *Germanorum turmas* vocantur, eae Caesaris in exercitu auxiliares sunt) deinde hostes, qui tamen et ipsi Britanni essent, aut essedarios nullos habuisse aut non hos, sed equites eis opposuisse statuere cogatur, denique terroris illius ab equis et strepitu rotarum hostibus iniecti rationem reddere nequeat. Britannos enim Britannorum genere pugnandi disuefactos esse oportebat. Vide praeterea initium capitis sq. Iam aptissime h. l. descriptionem positam esse apparet: illud carpi possit, quod non sit ad huius anni pugnas accommodata.

perequitant] Non solum homines equis insidentes, verum etiam equos *equitare* dictos esse Gellius 18, 5 docet: hic locus etiam aurigandi actionem eo verbo si-

Digitized by Google

que ipso terrore equorum et strepitu rotarum ordines plerumque perturbant, et cum se inter equitum turmas insinuaverunt, ex essedis desiliunt et pedibus proeliantur. Aurigae interim paulatim ex proelio excedunt atque ita 2

Cap. 33. §. 1. insinuaverunt] VV. CC. Vrs. in Not. Pet. sec. Conf. Gott. Egm. sec. Fabr. Bong. A. Dr. AB. Vrat. B. Gu. Hamb. et a m. pr. Vind. A. inc. sec. Elberlingium. (Reliquae ante Ven. f. edd. omnia, quae inter *perturbant* et *aurigae* §. 2 posita sunt, omittunt) *insinuavere* Aldinae, Gr. a. Turr. Lips. Iu. Graev. Dav. Cl. *insinuaverint* Bong. C. Pal. sec. Conf. cod. Brant. Voss. A. Lb. sec. Fabr. Goth. AB. Vrat. AG. Vind. EFI. et a m. s. A. Hav. A. Ven. f. St. Gr. b. Oud. atque ita Vrsinus in Emend. auctoribus libris Faërni et suo legendum dicit. Oud. nihil nisi haec ostendit: *insinuaverint*. MSS. et Edd. Vett. vel *insinuaverunt* Al. *insinuavere*, *et*. vulgo *insinuavere*. (et ante *ex essedis* habent Vind. A. Hav. A. Aldinae, Gr. a. Turr. — VV. CC. Vrs. in Not., libri Faërni et Vrs. in Emend. non habent.) Coniunctivus, quem Heldius iisdem fere rebus, quibus c. 1 §. 4 *manserint*, tuetur, cum et a codicibus minime firmus et a consuetudine scriptoris haud dubie alienus sit, cedere debet indicativo, quem etiam 6, 18 §. 3 et 27 §. 5 codices meliores exhibent. Cf. 5, 21 *oppidum autem Britanni vocant, cum silvas impeditas vallo atque fossa munierunt*. 6, 17 *huic* (Marti) *cum proelio dimicare constituerunt, ea, quae bella ceperint, plerumque devovent*. Ib. 19 *cum pater familiae inlustriore loco natus decessit, eius propinqui conveniunt*.

pedibus] *pedites* Leid. A. Vind. A. Hav. A. Aldinae, Gr. ab. Vasc. St. Turr. quo nomine Caesar ita uti non solet. Contra *pedibus* proeliari et supra c. 2 §. 3 equites Germanos et *pedibus* contendere 5, 16 essedarios Britannos dicit.

§. 2. paulatim] „MSS. omnes" Pet. Gott. Voss. A. Egm. Lb. cod. Ciacc. Brant. Bong. A. Gu. Vind. FL et omnes a me visi, uno Vind. A. excepto, qui *paululum* habet, cum edd. ante Ald. et Gr. b. *paulum*. Par. B. Ald. Gr. a. St. B. Man. Turr. *paulum* Hav. A. Ald. nep. Lips. et sqq. usque ad Oud., qui sensu ipso, ut ait, flagitante *paullatim* reposuit. Ad sententiam *paulum* nihilo deterius est, minime enim longe se illi removisse adungnantibus existimandi sunt, neque dictio reprehendi potest, quae eadem est 5, 19 *paulumque ex via excedebat*; sed minus probabile fit eo, quod *interim*, h. e. postquam illi pedibus proeliari coeperunt, ex proelio excedere dicuntur aurigae. Cui adverbio infinitum tempus significanti definitio spatii, quam *paulum* habet, parum convenit. Convenit vero *paulatim*, h. e. non omnes simul nec statim nec pari celeritate, sed alii tardius, alii citius, dum illi pugnant, subinde ad eos respicientes et quomodo pugna eis succedat, exspectantes.

gnificari consuevisse fidem facit, si quidem Caesar inusitate loqui non est solitus.

ipso terrore equorum et strepitu rotarum] Cf. locus Livii ad c. 24 §. 1 adhibitus.

et pedibus proeliantur] Cf. supra c. 12 §. 2.

Digitized by Google

currus conjungant, ut si illi a multitudine hostium premantur, expeditum ad suos receptum habeant. Ita mobilitatem equitum, stabilitatem peditum in proeliis praestant ac tantum usu cotidiano et exercitatione efficiunt, uti in declivi ac praecipiti loco incitatos equos sustinere et brevi moderari ac flectere et per temonem percurrere et in iugo insistere et se inde in currus citissime recipere con-

currus] *cursus* S. Leid. A. *se* And. Ox. Vind. A. Par. B. Hav. A. Aldinae, Gr. a. Turr. Lips. In. Graev. Dav. Cl. *curru se* Oud. Quod si verum putamus, paulo facilius qui factum sit ut in parte codicum *se*, in plerisque vero *currus* legatur, explicare possumus. Neque singularis *curru* magnopere offensioni est, quem Oud. in *Addendis* exemplis quibusdam tuetur, quamquam secundum ea *currum* potius expectares, quam *curru se*. Sed in fine capitis post *temonem* et *iugo* nihilo minus in *currus* est. Neque vero intelligitur, cur furigas ipsos a curru sua quemque distingui voluerit scriptor, cum ideus ipsorum non alius esse potuerit atque curruum; id quod magis etiam obstat Hotomanno *se et currus* commendanti. Itaque *currus* cum Obertino et recentioribus tenendum, *se* ab illo variandae orationis studio, quod 1, 43 §. 1 et multis deinde locis deprehendimus, repetendum videtur.

conjungant] Voss. A. Egm. sec. Fabr. Bong. A. Vind. A. non *coll.*

§. 3. uti] *ut* Dr. A. Vind. AI. Ald. et sqq. usque ad Oud., qui secundum „MSS. et Edd. pp.“ (Gott. Voss. A. Egm. Lov. Bong. A. Dr. B. Vrat. ABC. Goth. AB. Gu. Hamb. Vind. F. edd. ante Ald.) *uti* iterito restituit.

se inde] „MSS. plerique et Edd. pp.“ Pet. Gott. Voss. A. Egm. Lov. Bong. A. Dr. A. Vrat. ABC. Goth. AB. Gu. Hamb. Vind. BCEI. edd. ante Ald. *se* Vind. F. *se deinde* Leid. C. *in se inde* Dr. B. *inde se* Vind. A. Ald. et sqq. In ea, quam codices praeferri iubent, verborum collocatione *se* sine sono quasi encliticon copulae adiectum est, ut Civ. 3, 50 *intra multitudinem sagittas coniciebant et se confestim ad suos recipiebant.* Ib. 54 *silentio exer-*

§. 2. ad suos] H. e. ad suarum partium defensores, quae significatio pronominis vulgaris est. Qui *aurigas* vel *currus* subaudiri volunt, contra usum linguae faciunt.

§. 3. et exercitatione] Cf. adn. ad 3, 5 §. 2. *Exercitatio* ad homines, *usus* ad equos referri potest. Sic Afr. c. 27 elephanti *usu vetusto* edocti dicuntur.

efficiunt] Negligentius hoc, quod ante proelia fieri debuit, iunctum videri potest ei, quod in proeliis praestant. Sed tamen id, quod efficiunt, in proeliis comitatur adeoque in eisdem efficitur, ut nihil obstet, quo minus verba *in proeliis* etiam ad hoc *efficiunt* referantur.

brevi] tempore; quod 1, 40 §. 11 et 6, 1 §. 5 additum, sed Civ. 2, 15 §. 4 ut hic omissum est.

per temonem] Cf. adn. ad 2, 19 §. 3.

in iugo] ligno firmo et solido, quod equos cervicibus eorum impositum iungebat. In eo insistebant, ut inde longius iacularentur vel hostem proximum peterent.

Digitized by Google

suerint. 34. Quibus rebus perturbatis nostris novitate pugnae tempore opportunissimo Caesar auxilium tulit; namque eius adventu hostes constiterunt, nostri se ex timore receperunt. Quo facto ad lacessendum et ad 2

citum eduxit et se in antiquas munitiones recepit. Ib. 94 (tertiam aciem) *quae quieta fuerat et se ad id tempus loco tenuerat.* Etiam saepius *seque* non maiore pronominis vi positum reperitur, ut 5, 15 *per medios audacissime perruperunt seque inde incolumes receperunt.*

Cap. 34. §. 1. se ex timore] *se* in S. Hamb. omissum, in Vind. A. (inter versus) Ald. et sqq. usque ad Oud. post *timore* positum est „contra MSS.“ Ordinem ab Oud. restitutum tuentur Pet. Voss. A. Gott. Egm. Pal. Gu. Vind. F. et reliqui a me visi libri cum edd. ante Ald. Neque erat h. l. quod timoris significatio augeretur.

§. 2. ad lacessendum] Carr. cod. Turr. N. Egm. Gott. Lov. Bong. AC. Pal. Leid. ABC. Voss. ABC. Duk. Dorv. Dr. AB. Vrat. ABC. Goth. AB. Gu. Vind. EF. Rom. a. Med. a. inc. Ber. Ven. f. Oud. *ad lacessandum* Vind. B. *ad lacescendum* Hamb. Ven. bcde. *ad lacessendum hostem* Vind. A. Hav. A. Ald. et sqq. usque ad Oud. *hostem* Davisius a librariis adiectum putabat nescientibus etiam *proelium lacessi* dici, cuius dictionis exempla ex Livio, Virgilio Lucano, Statio petita affert, idque Oud. probans se ad Lucan. 3, 553 conferri iubet. Sed a Caesaris usu id alienum. Cf. 1, 15 §. 3

Cap. 34. §. 1. Quibus rebus perturbatis nostris novitate pugnae] Post *quibus rebus* Oud. incisione facta sive dativos illos esse voluit, sive ablativos absolutos, certe non id significari statuit, quod primo adspectu aliquis significatum a scriptore statuat, illis rebus, quae commemoratae sunt, Romanos esse perturbatos. Ita enim *quibus rebus* dicere solet, etiam sequentibus ablativis, ut Civ. 1, 61 *quibus rebus perterritis animis adversariorum.* Scilicet non illis rebus, sed *novitate pugnae* perturbati dicuntur. At nihilo minus illae res in causa erant, cur novitate pugnae perturbarentur. Novitas enim per se nisi illae accessissent, fortasse eos non perturbasset, certe non adeo. Itaque perinde haec intelligenda videntur ac si scriptum esset: *quibus rebus cum accidisset ut novitate pugnae perturbarentur nostri.* ut scriptum est Civ. 2, 44 *quibus rebus accidit ut pauci — pervenirent.* quod ad huius loci rationem ita dici poterat: *quibus rebus pauci pervenerunt.* Atque prorsus eadem ratione dicitur Afr. c. 31 *quibus rebus nunquam tanta suppeteret fiducia,* et c. 35 *quibus rebus Scipio mirari.* Neque aliam significationem habet *qua re* seu *quare.* Etiam *perturbatis nostris* id, quod primo adspectu videntur, esse puto, abtativos, non dativos. Auxilium enim laborantibus, pressis, circumventis fertur: perturbati confirmantur. Quamquam concedo dativum verbis *auxilium tulit* ut 3, 4 §. 2. 18 §. 4 non additum etiam propterea videri posse, quod si desideraretur, in superioribus inveniri posset. Ceterum omissis *quibus rebus* nihil obstat, quo minus continuari h. l. Ephemeridas huius anni in fine c. 32 interruptas existimemus.

eius adventu] Cf. adn. ad 3, 23 §. 4.

se ex timore receperunt] Cf. adn. ad 2, 12 §. 1.

Digitized by Google

committendum proelium alienum esse tempus arbitratus suo se loco continuit et brevi tempore intermisso in castra
3 legiones reduxit. Dum haec geruntur, nostris omnibus
4 occupatis qui erant in agris reliqui, discesserunt. Secutae sunt continuos complures dies tempestates, quae

supra c. 11 §. 6. 5, 17 §. 1. 6, 5 §. 5. 7, 59 §. 4. quibus omnibus locis *lacessere* cum accusativo personae (*hostes* c. 11 et 7, 59) et ablativo rei (*proelio*, *bello*) coniunctum est. Itaque si solum gerundium ferri non posset, equidem cum Aldo *hostem* addendum et ad eos, qui modo constitisse dicti sunt, referendum putarem. Ac potest hoc quoque a Caesare primum scriptum, deinde ne ipse timuisse hostem videretur (certe hosti eo ipso, quod nominatur, aliquid momenti tribuitur) omissum putari. Sed *ad lacessendum*, quod codices commendant, nullam offensionem habet, si per se positum esse statuitur gerundium, ut quod Civ. 1, 78 legitur: *quorum erant et facultates ad parandum exiguae et corpora insueta ad onera portanda*, et ib. c. 81 *tum vero neque ad explorandum idoneum locum castris neque ad progrediendum data facultate.*

et ad committendum] Praepositionem, quam praeter eos, qui *hostem* post *lacessendum* additum habent (Vind. A. Hav. A. Ald. et sqq. usque ad Oud.) etiam N. Dr. AB. Vind. D. Med. a. Ven. bede. omittunt, scriptor non solum consuetudine quadam sua, quam Oud. causatur, sed magis eo consilio videtur iterasse, ne *lacessendum* ad *proelium* ita ut *committendum* referretur. Quod si *hostem* addendum vel relinquendum putasset, *ad* omittere non minus h. l. potuisset, quam Civ. 3, 16 *cum legione una profectus ad recipiendas ulteriores civitates et rem frumentariam expediendam.*

reduxit] Cf. adn. cr. ad 3, 29 §. 2.

§. 4. complures dies] „Vulgo *dies complures* contra MSS. plerosque, Edd. Vett. ac perspicuitatem Caesaris.“ Ordinem verborum ab Oud. restitutum primus mutaverat Scaliger suum fortasse codicem secutus. Certe Vind. A., qui eiusdem generis est atque S., item *d. c.* exhibet; cui ego alterum non tam perspicuitatis cau-

§. 3. nostris omnibus occupatis] ut discessus illorum neque animadverti neque impediri posset. Antea enim Caesar eos, qui in agris remanserant, haud dubie observari et quid agerent quamque in partem se moverent, cognosci iusserat; tum vero proelio et eo non secundissimo facto, cum *omnes* in pugnando, auxilio ferendo, redeundo, in castrorum defensione ac munitione, in sauciorum cura occupati essent, intermittere illud coactus est.

qui erant in agris reliqui, discesserunt] Remanserant, ut c. 32 §. 1 significatum est, in agris tamquam pacati et amici: iam hi quoque belli parandi causa discedunt. Interpunctionem a Lipsio post *agris* factam iureque a Clarkio sublatam Oud. et inter recentiores Lippertus, cui etiam *reliqui* opponi *nostris* visi sunt, restituerunt. Cf. 1, 12 §. 2 *quartam vero partem citra flumen Ararim reliquam esse*, et supra c. 20 §. 1 *exigua parte aestatis reliqua.*

§. 4. Secutae sunt] Cf. adn. ad 2, 22 §. 2, et ad dictionem universam 3, 29 §. 2.

Digitized by Google

et nostros in castris continerent et hostem a pugna prohiberent. Interim barbari nuntios in omnes partes dimi- 5
serunt paucitatemque nostrorum militum suis praedicaverunt et quanta praedae faciendae atque in perpetuum sui liberandi facultas daretur, si Romanos castris expulissent, demonstraverunt. His rebus celeriter magna multitudine peditatus equitatusque coacta ad castra venerunt.
35. Caesar, etsi idem, quod superioribus diebus acci-

sa, quam quod Caesar ipsa adiectiva coniungere solet, praefero. Vide supra c. 25 §. 6. (*compluris* Goth. A. *quamplures* Hamb. *conplures* Bong. A. Voss. A. *plures* Gott. Lov. Lbb.)

§. 5. rebus] *diebus* cod. Brant. And. Cu. Leid. A. Vind. A. Aldinae, Gr. a. Turr. Id calami errori tribuendum videtur. Hav. A. *rebus* tenet.

multitudine] *multitudine die* Ven. cde. et Vrat. B. *die* inter versus a m. s. adiectum habet. *multitudo* Bong. A., quod ab Oud. commendatum non esse miror. Cf. 3, 17 §. 4 et var. lect. 5, 8 §. 6. Sane *coacta* singularem numerum scriptoris animo usque obversantem significat: nihilo minus scripturam illam ferri posse existimo. *die* in Venetis operarum errore repetitum ex iisque in Vrat. B. illatum puto.

a pugna] Praepositio, quam verbo *prohibere* hac significatione praedito addere scriptor non solet (cf. Oud. ad 1, 10 §. 4) hic aequabilitatis causa posita videtur, quia praecessit *in castris*.

§. 5. paucitatemque — praedicaverunt] quam partim coniectura (v. c. 30 §. 1) partim re et experientia cognoverant. Verbi significatio et constructio eadem est Civ. 1, 32 *iniuriam in eripiendis legionibus praedicat*. ib. 3, 90 *exercitum cum militari more ad pugnam cohortaretur suaque in eum perpetui temporis officia praedicaret*. Est studiose, diligenter vel animo commotiori commemorare, et h. l. non multum differt a Germanico aus Herz legen.

praedae faciendae] Cum legiones sine impedimentis transportatae essent (c. 30 §. 1) non magna esse poterat praedae faciendae facultas. Itaque illi aut maiora, quam res erat, sperasse aut plus, quam sperabant, demonstrasse suis videntur.

sui liberandi] De constructione v. adn. ad 3, 6 §. 1, de sententia 3, 8 §. 4. 10 §. 3.

His rebus] quae ab iis commemorabantur, atque ipsa earum rerum commemoratione. Hinc repetenda est illa nominis significatio, quam in adn. cr. ad c. 5 §. 3 attigi, qua pro *dictis* seu *verbis* positum videtur, ut Civ. 1, 8 *eadem fere atque eisdem rebus praetor Roscius agit cum Caesare*.

Cap. 35. §. 1. superioribus diebus] Hoc ita dictum est, ut id non semel accidisse, sed consuevisse accidere videatur. Cf. 7, 44 *collem — nudatum hominibus, qui superioribus diebus vix prae multitudine cerni poterat*. Ib. 81, §. 4. Et tamen uno omnino die, quantum scimus, acciderat, post pugnam in ipso egressu commissam c. 26 §. 4. Qui dies cum satis gravis Romanis et primus totius expeditionis fuisset, ne altera quidem interpretatio, quae ad verba 7, 58 *refecto ponte*,

Digitized by Google

derat, fore videbat, ut si essent hostes pulsi, celeritate periculum effugerent, tamen nactus equites circiter xxx., quos Commius Atrebas, de quo ante dictum est, secum transportaverat, legiones in acie pro castris constituit.
2 Commisso proelio diutius nostrorum militum impetum
3 hostes ferre non potuerunt ac terga verterunt. Quos tanto spatio secuti, quantum cursu et viribus efficere po-

Cap. 35. §. 1. ut] Hav. A. Vind. A et a m. s. Pet. sec. Fabr. *et* „Bong. A. Voss. A. Pet. Lov. Egm. et sex alii cum inc.“ Pet. a m. pr. Gott. Voss. A. Egm. Lov. sec. Fabr. Pet. Bong. C. Pal. sec. Confl. cod. Turr. Dr. AB. Vrat. ABC. Goth. AB. Hamb. Gu. Vind. BCEI. Id miror tolerabile videri potuisse Oudendorpio simileque illi, quod 2, 10 §. 4 legitur, ubi post *constituerunt optimum esse domum reverti* infertur coniunctivus *et convenirent*, quem Oud. recte repetit a particula *ut*, cui quidem et ipsi post *constituerunt* locus non minus erat, quam infinitivo. Post *videbat* vero nullus erat coniunctivo locus, nisi forte *fore ut* subaudiendum relinqui potuisse statuimus; ac ne sic quidem *et* ferri posset. Nam hoc ipsum erat illud, quod superioribus diebus acciderat, ut hostes pulsi celeritate periculum effugerent. Itaque *et* vitiosum, *ut* necessarium h. l. pariter atque Civ. 1, 40 *suspicatus fore id, quod accidit, ut duces adversariorum occasione — uterentur*. Cf. supra c. 6 §. 2.

§. 3. quantum] *quanto* Ox. Hav. A. Vind. A., quod ferri pos-

quem superioribus diebus hostes resciderant adhibenda est, ut *aliquod* tempus superius significatum statuatur, locum habere potest. Sed suspicari licet in altera pugna, quae c. 32 descripta est, simile quid accidisse, quod illic praetermissum scriptor hic suppleverit.

nactus equites circiter xxx.] Hi superioribus diebus nondum adfuisse neque una cum Commio, de quo c. 27 dictum est, a Britannis remissi, sed cum ille comprehenderetur, fuga elapsi vel postea demum dimissi hoc ipso tempore venisse ad Caesarem videntur. Sic certe mirum non est, quod nunc demum commemorantur. Gratus autem, qualem *nactus* ostendit, adventus eorum Caesari ideo fuisse putandus est, quod aliquam tamen hostis insequendi facultatem praebituri essent, eoque minus Caesar proelium committere dubitabat. Ad pugnam quidem, quae legionum futura erat, eis uti non statuerat, et propterea illud, quod Afr. c. 6 de triginta equitibus Gallis in Caesaris exercitu duo milia Maurorum equitum fugantibus narratur, huic comparandum non erat.

§. 2. diutius] quam omnino necesse erat, ut proelium commissum dici posset, vel, quod eodem redit, quam solent qui proelium committunt. Item ex re supplementum comparativo petendum est, 8, 5 *Carnutes — cum tectis expulsi nullo loco diutius consistere auderent*. Aliter 1, 26 §. 2 *diutius cum sustinere nostrorum impetus non possent*. Praecessit enim *diu atque acriter pugnatum est*.

§. 3. quantum] Cf. adn. ad 2, 11 §. 5 et haec, quae 5, 19 leguntur: *relinquebatur ut tantum in agris vastandis incendiisque faciendis hostibus noceretur*,

Digitized by Google

tuerunt, complures ex iis occiderunt, deinde omnibus longe lateque aedificiis incensis se in castra receperunt.

set, si Graecorum attractionem imitari aut *ut sequerentur* subaudiri voluisse scriptorem credibile esset.

iis] Pet. Voss. A. Egm. sec. Fabr. Bong. A. Vrat. A. Goth. B. P. Man. Ald. nep. Lips. et sqq. *hiis* Gott. sec. Fabr. Vrat. BC. *his* Dr. AB. Goth. A. Hamb. Vind. AF. edd. refl.

aedificiis incensis] omnes Oud. exceptis And. Ox., item omnes a me visi cum Vind. BCDFI. Par. A. Hav. A. et edd. ante Dav. In Goth. A. *deinde — receperunt* in marg. erant a m. s. scripta, sed nunc abscisa sunt. *aedificiis afflictis incensisque* Dav. Cl. *adflictis incensisque* And. Ox. Oud. (*affl.* Oud. 2) praeeunte Gronovio Observ. 4, 8 p. 597 Platn. Id reprehendi linguae causa non potest. Nam quod Herzogio eo adscito displicet *omnibus*, quod generale et infinitum sit ac plerumque *sua omnia* dici soleat, non raro *omnia* solum ita positum invenitur, ut 5, 33 extr. 7, 84 §. 2. 8, 25 §. 1. atque ib. c. 20 §. 2 etiam *omnibus* ut hic legitur. Non magis Herzogius verbo *adfligere* debebat offendi, quod Caesar id nusquam de personis praedicare soleat. Nam non solum alii, quos monstravit Gronovius, *adfligere* eosdem dicunt, quos prosternere, diruere, sed etiam Caesar loco ab eodem Gronovio adhibito 6, 27 extr. *alces* dicit *infirmas arbores pondere adfligere*, quae si minus personae, attamen pro personis sunt. Amplificatio autem, quam illa scriptura habet, cum ea quoque, quae incendi minus facile potuerint, velut arbores, pessumdata ab iratis militibus exhibeat, per se improbari nequit. Denique *aedificiis* facilius ex *adflictis* vel errore vel ignorantia librariorum, quam hoc ex illo fieri potuisse videtur; quo semel facto *que* ut ineptum omitti necesse fuerit. Hoc tamen ipsum utriusque generis codicum indolem considerantibus scrupulum inicit, ne facta priorum vocabulorum permutatione contraria et *adflictis* pro *aedificiis*, cuius paene eaedem litterae sunt, scripto encliticon alteri adiectum potius arbitratu librariorum existimandum sit. Accedit quod milites persequendis hostibus defatigati dum se in castra recipiunt, incendere quidem aedificia creberrima in Britannia (5, 12 §. 3) et ab incolis derelicta (c. 34 §. 3) facile poterant, affligere ea sine labore non poterant, arboribus autem prosternendis (frumenta ubique demessa erant c. 32 §. 4) vix videntur multum operae et temporis impendere illo die potuisse. Itaque restitui quod ante Davisium vulgatum fuit, cui simillima sunt haec Civ. 2, 15: *omnibus arboribus longe lateque in finibus Massiliensium excisis et convectis.* ib. 3, 8: *stationes litoraque omnia longe lateque classibus occupavit.* et c. 47: *consumptis omnibus longe lateque frumentis.* — Quod

quantum labore atque itinere legionarii milites efficere poterant.

cursu et viribus] Posterius defuit, quatenus priori non omnia effici potuerint. Si vires maiores fuissent, etiam cursu longius prosequi et plures occidere potuissent. Quod si *et viribus* abesset, cursus ipse inefficax ad amplius persequendum fuisse videretur. Cf. 2, 23 §. 1 *cursu ac lassitudine exanimatos.* Ceterum secundum haec Commianorum equitum operam in persequendo exiguam aut nullam fuisse probabile est.

Digitized by Google

36. Eodem die legati ab hostibus missi ad Caesarem de
2 pace venerunt. His Caesar numerum obsidum, quem ante imperaverat, duplicavit eosque in continentem adduci iussit, quod propinqua die aequinoctii infirmis navibus hiemi navigationem subiiciendam non existimabat.

Dav. et Cl. ediderunt, id Dav. falso in And. a Grenovio inventum esse putabat.

Cap. 36. §. 2. ante] „MSS. pler. et Edd. Vett.“ Gott. Voss. A. Egm. Pet. sec. Conf. Bong. A. Dr. AB. Vrat. ABC. Goth. AB. Gu. Hamb. edd. ante Ald. St. Gr. b. *antea* Vind. A. cum edd. rell. quod neque a codicibus neque a Caesaris consuetudine commendatur. Multo illo frequentius *ante* usurpat, quam *antea*, quod sine varietate rare admodum in his de bello Gall. commentariis, rarius etiam in Civ. exstat; et *ut ante Caesar imperarat* 2, 33 §. 3 constanter legitur.

hiemi] „Cu. Bong. AB. Pet. a m. s. And. Ox. S. Leid. A. Egm. Voss. C. Gott.“ V. C. Ves. in Not. et Emend. cod. Steph. Gott. sec. Fabr. Pariss. Hav. A. Vind. A. Lips. et sqq. *hieme* Pet. a m. pr. sec. Oud. a m. s. sec. Fabr. *hie* Vind. F. *hiemis* ced. Brant. Voss. AB. Dr. AB. Vrat. ABC. Goth. B. (in Goth. A. — *firmis navibus hiemi* abscisa sunt.) Hamb. Vind. CDEI. edd. ante Lips. tacente Conf.

subiiciendam] „Cu. Bong. AB. Pet. a m. s. And. Ox. S. Leid.

Cap. 36. §. 1. Eodem die legati ab hostibus missi ad Caesarem de pace venerunt] Moruè et recentiores nonnulli post *legati* et post *pace* interpungentes faciunt ut legati dicantur *missi de pace*, quod si scriptor voluisset, *missi* posuisset. Cf. 2, 31 §. 1 *legatos ad Caesarem de pace miserunt*. 3, 28 §. 1 *qui in armis essent neque ad eum unquam legatos de pace misissent*. supra c. 27 §. 1 *statim ad Caesarem legatos de pace miserunt*. 6, 5 §. 4 *qui ant ex Galliis de pace ad Caesarem legatos nunquam miserunt*: quo loco verba *de pace* plane insolentius posita sonum habent. Hic vero nulla causa erat, cur insolentius etiam posita maiori angerentur pondere. Itaque magis probabiliter Altus, Lipsius et alii post *missi* interpungunt, ut legati *de pace venisse* dicantur, ut 2, 6 §. 4 *unus ex his, qui legati de pace ad Caesarem venerant*. Sed praestat cum St. Seal. Oud. nullam interpunctionem facere, ut legati eodem die, quo proelium factum est, de pace ad Caesarem et missi esse et venisse dicantur.

§. 2. duplicavit] poenae loco. Ad dictionem cf. 6, 1 *duplicatoque eorum cohortium numero, quas cum Q. Titurio amiserat*.

iussit, quod] Editores ante P. Manutium post *iussit* plenius interpungentes, quam post *existimabat* (in edd. ante Ven. f. utrobique maxima interpunctio est) non solum h. l. orationem abrumpunt, sed etiam infra positi pronominis *ipse* significationem tollunt.

infirmis navibus] quibus tamen navigari *commode* potuisse c. 36 §. 3 dictum est.

hiemi navigationem subiiciendam] quasi hiemis potestati. Nam nonnullis hoc dictum videtur atque illud 7, 77 extr. de Gallia: *secundis subiecta perpetua prae metuit servitute*.

Digitized by Google

Ipse iidem eam tempestatem nactus paulo post mediam noctem navis solvit, quae omnes incolumes ad continentem pervenerunt; sed ex iis onerariae duae eosdem, quos 3 4

A. Egm. etc. „ Pet. Cu. Egm. sec. Fabr. V. C. Ves. in Not. et Emend. cod. Steph. Hav. A. (*subiciendam* Voss. AB. Bong. A. Vind. A. Vrat. A. *subitienda* Voss. A. sec. Fabr.) *subeandam* Vind. F. *subeundam* cod. Brant. Voss. C. Gott. sec. Oud. Dr. AB. Vrat. BC. Goth. AB. Hamb. Vind. BCDEI. edd. ante Lips. excepta Ven. f. Cum in verbo pariter atque in nominis casu principes utriusque generis codices consentiant, tenendum utique erat quod Lipsius ex uno Vrsini libro vulgati loco dedit, neque obscurum est, quomodo ex *subiciendam* fieri *subeundam* potuerit, deinde nominis quoque casus mutatus sit. Ceterum necessariam Lipsio mutationem fuisse non contenderim. Si hibernam navigationem *hiemis* dicere licet, quod non dubium videtur, etiam *subire* hiemis navigationem dici potest is, qui hieme et tempestatibus infesto mari navigare instituit. Cf. 8, 5 *Caesar erumpentes eo maxime tempore acerrimas tempestates cum subire milites noluit, in oppido Carnutum Genabo castra ponit.*

§. 3. nactus] *nanctus* Bong. A. sec. Oud. *nantus* sec. Pl. *nanctus* in eodem codice 7, 9 §. 4, *nanti* 7, 67 §. 5 sec. utrumque, *nantus* 7, 32 §. 1 sec. Pl. legitur, atque indidem orium videtur *nati*, quod 8, 28 §. 5 pro *nacti* exhibet. Porro Oud. 5, 42 §. 2 in Ox. *nancti* „ut saepe“, et 5, 9 §. 4 in Voss. A., item 7, 67 §. 5, quo tamen loco alterum *n* sec. Fabr. puncto notatum est, *nancti* legi testatur. Etiam apud Plautum Poen. 5. 5, 8 *nanctust* in utroque Palatino codice, *nanctum* apud Ciceronem De re p. 1, 10, *nanctus* Livii 23, 2 §. 2 et quinquies praeterea (cf. Fabri ad eum locum) optimis in codicibus exstat. Accedit quod ipsi grammatici, quorum auctoritate alterum nititur, hoc quoque in usu fuisse docent, quemadmodum de Capro monuit Ang. Maius ad Cic. l. c. Nam ita Priscianus 10, 4 §. 21 p. 488: *nancisceor etiam nactum facit absque n, ut Probo et Capro et Pollioni et Plinio placet.* Itaque haud absurde faciat qui Caesarem quoque, cuius in Comm. de b. Gall. decies septies hoc participium invenitur, semel et iterum rariori forma usum eamque in antiquissimis codicibus cum fide servatam esse statuat.

§. 4. sed] „mei, forte uno alteroque excepto.“ Pet. Gott. Voss. A. Egm. Lov. Lb. sec. Fabr. Pet. Pal. sec. Confl. Reg. N. Voss. Cl. Gu. Vind. CF. et omnes a me visi, exceptis Goth. A., in quo — *runt, sed ex iis ona* — abscisa sunt, et Vind. A., qui cum Hav. A. Aldinis, Gr. a. Turr. Lips. Iu. Graev. Dav. Cl. *sed* omittit. Neque id necessarium est. Incolumes hae quoque ad continentem pervenerunt, quamquam non eosdem in portus; et cum complura de eisdem sequantur, iam hic initium eius narrationis fieri potest. Nihil tamen obstat, quo minus a toto codicibus oblatum recipiatur et haec pars eorum habeatur, quae ante dicta sunt. Eventus enim si minus navium, certo militum, quos eae sustulerant, diversus a reliquis fuit.

iis] Voss. A. Egm. Lov. Lb. sec. Fabr. Bong. A. Vrat. A. *his* Gott. sec. Fabr. Vrat. BC. Hamb. *his* Dr. AB. Goth. B. Vind. A. cum edd.

reliqui, portus capere non potuerunt et paulo infra delatae sunt. 37. Quibus ex navibus cum essent expositi milites circiter trecenti atque in castra contenderent, Morini, quos Caesar in Britanniam proficiscens pacatos reliquerat, spe praedae adducti primo non ita magno suo-

eosdem] *eodem* Vind. E. *eque* Vrat. C. *eosdem duos* Bong. A. sec. Pl. Id proprio scribae errori ob circumposita *duae* et *quos* excusando tribuere, quam pro glossemate, quod hic postremus aut solus intruserit, habere aequius puto, quamquam numerus portuum, quos reliqui coperiat, secundum c. 23 non alius videtur fuisse.

quos reliqui, portus] Bong. A. Voss. AB. Egm. Leid. C. Pet. sec. Conf. Dr. A (corr. in *reliqui*) Vrat. A et a m. pr. B. *q. reliquis p.* inc. *q. reliquae p.* Pet. Gott. sec. Fabr. N. aliquot Oud. Dr. B. Vrat. C et a m. s. B. Goth. B. (in Goth. A. haec usque ad *verterunt* c. 37 §. 4 abscisa sunt) Gu. Hamb. Vind. Fl. edd. ante Ald. (*portos* Ven. ode.) Vasc. St. Gr. b. Oud. *p. q. reliquae* Hav. A. Vind. A. Aldinae, Gr. a. Tuur. Lips. In. Graev. Dav. Cl. Equidem non solum verborum ordinem, sed etiam genus adiectivi ab eisdem codicibus exhibitum praeferendum putavi, quod ab Oud. et Heldio exemplis probatum et illustratum est. Eodem pertinet 2, 26 §. 5 *decimam legionem subsidio nostris misit. Qui cum ex equitum et caenum fuga, quo in loco res esset — cognovissent, nihil ad celeritatem sibi reliqui fecerunt.* Idem praetulit Ecksteinius.

Cap. 37. §. 1. trecenti] Gott. Voss. A. Egm. sec. Fabr. Bong. A. Vrat. AB. Hamb. ccc^ti Dr. A. Vind. A. *ccc* reliqui mei cum edd.

§. 4. capere] V. adn. ad c. 26 §. 4.

delatae] Cf. ad *deiicerentur* c. 28 §. 2 dicta.

Cap. 37. §. 1. milites circiter trecenti] Hinc colligi potest, quem numerum copiarum Caesar in Britannia secum habuerit, si binae onerariae circiter trecenos sustulerant et longae quoque naves, quarum numerum c. 22 non ostendit, milites, ut ex c. 25 intellectum est, transportaverant. Ex quibus numerum omnium aliquanto maiorem, quam qui viginti cohortium esset, et una cum legionariis militibus auxilia traducta fuisse verisimile fit. Atque eodem *praefectorum* mentio c. 22 §. 4 facta pertinet.

in castra] ea, opinor, quae Sulpicius Rufus ad portum tuendum relictus (c. 22 extr.) eo ipso in loco habuisse statuendus est, etsi castrorum eius mentio nominatim supra facta non est. Quo minus enim alia ab ipso Caesare in terram egresso posita intelligamus, primum hoc obstat, quod trecenti illi expositi statim in castra contendisse, non ubi Caesar castra haberet, sciscitati esse dicuntur, deinde, quod Caesar omnem ex castris equitatum eis auxilio misit. Qui si castra seorsum posita habuisset, equitatum ex iis mittere non potuisset, cum sine equitatu ex Britannia venisset.

pacatos reliquerat] V. c. 22 §. 3. Ex eo, quod obsides multos dederant, et quod spe praedae adducti esse dicuntur, non publico illorum consilio, sed privata nonnullorum levitate vel temeritate impetum in Caesarianos forte oblatos factum esse apparet.

Digitized by Google

rum numero circumsteterunt se si sese interfici nollent, arma ponere iusserunt. Cum illi orbe facto sese defen- 2

circumsteterunt] *circumsisterunt* Vind. D. edd. ante Ber. *circumstiterunt* St., de quo cf. adn. cr. ad 3, 15 §. 1. (*circunst.* P. Man.)

Caesar tamen omnes hostium loco habendos putavit (c. 36) ideoque pacis cum omnibus illis factae mentionem iniecit.

circumsteterunt] Cf. 1, 48 §. 6 *si qui graviore vulnere accepto equo decideret, circumsistebant*. Ibi obiectum ut h. l. subaudiendum est.

§. 2. orbe facto] De eo mentio facta est ad c. 32 §. 3. Mirum autem fuisse quibus *orbis* hic non ortis, sed agmen quadratum esse videretur, quod probare studuit *Nastius* in libro Römische Kriegsalterthümer inscripto et a. 1782 edito, p. 260 sqq. Primum translatam nominis significationem commemorat: laborem actum *in orbem redire*, cantum et similia *in orbem ire* dici, etiam apud eos, qui non circulum, sed quamlibet figuram faciant; itaque *orbem* quovis modo finitum quoddam et circumscriptum significare. Hic non animadvertit in eiusmodi dictionibus id, quod orbi proprium est, ut finis cum initio coeat, minime vero id, quod cum reliquis figuris commune habet, quod certis finibus continetur, respici. Deinde monet in orbem collocatos homines procedere et se recipere non posse, et tamen Alex. c. 40 legionem *in orbem se recepisse* dici. Ibi vero praecedunt verba *praesentissimo animo pugnans* (*in orbem se recepit ad radices montium.*) eaque sunt cum verbis *in orbem* coniungenda, quemadmodum Livius 21, 56 et 28, 22 *in orbem pugnare* breviter dixit pro in orbem dispositos seu consistentes pugnare. Itaque pugnans in orbem legio se recipit cum interdum subsistit et orbe facto pugnat, deinde hostibus reiectis revoluto orbe ire pergit, rursus reversis hostibus in orbem se colligit et sic porro. Atque orbem militarem circuli formam habuisse ex eo intelligitur, quod Livius 4, 28 et 22, 29 eos, qui in orbem consistunt, *orbem volventes*, et 23, 27 *in orbem coire*, et qui hos cingunt, *coronam* facere dicit, quo nomine in eadem re utitur scriptor b. Afr. c. 17 §. 2. Cf. ib. 15 §. 3. Porro ab acie quadrata et a trigono diversum ponit orbem Vegetius 1, 26: *tertio praecipiendum, ut quadratam aciem repente constituant; quo facto in trigonum, quem cuneum vocant, acies ipsa mutanda est. Quae ordinatio plurimum prodesse consuevit in bello. Iubetur etiam, ut instruant orbes, quo genere, cum vis hostium interruperit aciem, resisti ab exercitatis militibus consuevit, ne omnis multitudo fundatur in fugam et grave discrimen imminet.* Gellius autem 10, 9 haec habet: *Vocabula sunt militaria, quibus instructa certo modo acies appellari solet, frons, subsidia, cuneus, orbis, globus, forfices, serra, alae, turres. — Tralata autem sunt ab ipsis rebus, quae ita proprie nominantur.* Denique Caesar 5, 33 orbem in summo timore et desperatione fieri solere docet, quod in aciem quadratam cadere non videtur. Eodem loco c. 34 §. 2 *cohortes singulae* (erant autem quindecim) *procurrere*, 35 §. 1 *ex orbe excedere atque impetum facere*, deinde *in eum locum, unde erant progressi*,

Digitized by Google

derent, celeriter ad clamorem hominum circiter milia sex convenerunt. Qua re nuntiata Caesar omnem ex castris
3 equitatum suis auxilio misit. Interim nostri milites impetum hostium sustinuerunt atque amplius horis quattuor fortissime pugnaverunt et paucis vulneribus acceptis com-
4 plures ex his occiderunt. Postea vero quam equita-

§. 2. sex] Bong. A. Dr. AB. Vrat. ABC. Goth. B. Hamb. Vind. DEF. edd. ante Ald. nep. et Turr. *VI* Ald. nep. Lips. et sqq.

§. 3. horis] *horas* Lov. Dorv. Lb. sec. Fabr. cod. Turr. Dr. B. Vrat. C. Goth. B. Hamb. Vind. EF. edd. ante Ven. f. Cf. adn. ad 3, 5 §. 1.

quattuor] Bong. A. Ven. f. *quatuor* Dr. AB. Vrat. AC. Hamb. Vind. E. Ald. Gr. ab. St. P. Man. Turr. *IIII* Vind. D. edd. ante Ven. f. *IIII*^{or} Vrat. B. Goth. B. Vind. AF. *IV* Ald. nep. Lips. et sqq. (usque ad Cl. post *fortissime*.)

his] Bong. A. Dr. AB. Gu. Vind. ABCFL. edd. ante P. Man. Turr. *hiis* Gott. sec. Fabr. Vrat. ABC. *illis* Hamb. *iis* Goth. B. P. Man. Ald. nep. Lips. et sqq. Sic supra c. 35 §. 3 maiori cum ratione, quia praecessit *quos*.

reverti, denique *locum tenere* dicuntur. Has cohortes radiorum instar ex centro ad ambitum pertinentes intus maiorem et confertum, extra maiorem et per intervalla inter singulas distinctum orbem effecisse, ceterum ordinatim ut in acie directa constitutas nunc locum tenentes pugnasse, nunc adversus hostes procurrisse consentaneum est. Similiter hi trecenti orbem parvum fecerunt, quemadmodum Mariani illi, de quibus Sallustius Iug. 97 extr. dixit: *si quos locus aut casus conlocaverat, orbis facere, atque ita ab omnibus partibus simul tecti et instructi hostium vim sustentabant*. Ceterum Nastium de his rebus propter linguae Latinae imperitiam iudicare non potuisse hoc documento est, quod verba Caesaris 5, 35 §. 4 *sin autem locum tenere vellent, nec virtuti locus relinquebatur, neque ab tanta multitudine coniecta tela conferti vitare poterant* sic est interpretatus p. 265: wollten sie aber ihren Platz behalten, so konnten sie weder vermöge der Eigenschaft des Orts zurückbleiben, noch auch vor der Menge der Pfeile, die auf sie abgeschossen wurden, ihr Leben erhalten.

clamorem hominum] Haec non cominate, quod in edd. Gryphianis, Steph. Pauli et Aldi nep. et Turr. positum est, sed pronuntiatione separanda sunt.

omnem ex castris equitatum] quem quidem in castris habebat, non omnem omnino, cum quinque milium numero fuisse c. 12 demonstratum est! Nam eius haud dubie partem Caesar Titurio et Cottae in Menapios Morinosque (c. 22 §. 6) missis necdum reversis (c. 30 §. 3) attribuerat, partem secum ducere in Britanniam voluerat, de cuius eventu c. 28 §. 3 certi nihil significatum est, partem denique cum Sulpicio in castris ad portum reliquerat. Iam quod ad alteram partem pertinet, salvos eos in Galliam redisse ex 5, 23 verisimile fit, quo loco nullam navem, quae milites portaret, *neque hoc neque superiore anno* desideratam, sed inanes complures reiectas esse docemur. Ibi oppositorum ratio ea est, ut *militum* nomine equi-

Digitized by Google

tus nepter in conspectum venit, hostes abiectis armis terga verterunt magnusque eorum numerus est occisus. 38. Caesar postero die Titum Labienum legatum cum his legionibus, quas ex Britannia reduxerat, in Morinos, qui rebellionem fecerant, misit. Qui cum propter siccitates paludum quo se reciperent, non haberent, quo perfugio superiore anno erant usi, omnes fere in potestatem 2

§. 4. in conspectum] *in conspectu* Bong. A. sec. Oud. V. min. cr. ad c. 12 §. 2. (In Hamb. *in* omissum est.)

Cap. 38. §. 1. his] Bong. A. Dr. AB. Goth. A. Vind. CF. Vat. cdef. Ald. Gr. ab. St. Turr. *hiis* Gott. sec. Fabr. Vrat. BC. Hamb. *iis* Pet. sec. Fabr. Vrat. A. Goth. B. edd. rell. *is* Voss. A. sec. Fabr. om. Leid. A. Vind. A.

§. 2. siccitates] *siccitatem* Carr. cod. Turr. Pal. sec. Conf. Leid. A. Vind. A. et a m. pr. Goth. A. St. Gr. b. *caecitatem* Ox.

paludum] ante *sicc.* Carr. Goth. A a m. sec. St. Gr. b. *paludis* Vind. A. *paludium* Ox. quod ex Livio (21, 54 §. 7) et recentioribus nonnullis affert Schneiderus Gramm. Lat. Vol. 3 p. 261. Idem Oud. secundum ea, quae ad c. 3 §. 1 adnotavit, ubi *civitatium* legitur, non omnino videtur improbasse, Vossius vero De arte gramm. 4, 14 p. 628 Eckst. sine dubitatione aeque probum atque alterum pronuntiat. Caesarem tamen h. l. ea forma usum esse, quam grammaticorum agnoscat nullus, Charisius autem 1, 207 p. 83 Lind. in usu fuisse neget, unius cod. Ox. testimonio credi non debet.

quo perfugio superiore anno erant usi] Cu. Leid. A. Par. B. Hav. A. Vind. A. *quo superiore anno perfuerant usi* Bong. AB. Par. A. et quattuor litteris post *quo* erasis unaque *d* super *ue* posita et rursus deleta sec. Fabr. Voss. A. *quo sup. an. fuerant usi* Pet. Egm.

tes pariter ac pedites significari consentaneum sit. Hos igitur, qui ad Sulpicium reversi quieti interim in castris mansisse videntur, una cum iis, quos cum Sulpicio reliquerat, suis auxilio misit.

Cap. 38. §. 1. Titum Labienum] Hunc secum in Britannia habuisse Caesar videtur. Nam neque inter relictos c. 22 commemoratus est, et quibus h. l. praefectus dicitur legionibus eaedem sunt, quae in Britannia fuerant.

in Morinos, qui rebellionem fecerant] Haec Metaphrastes ἐπὶ τοὺς ἀποστάντας τῶν Μορίνων interpretatus generatim a scriptore enuntiatum secundum ea, quae c. 22 §. 3 et c. 37 §. 1 significata sunt, artioribus finibus inclusit et belli renovationi, quam *rebellio* indicat, fidei et obsequii promissi violationem addidit, ceterum recte hoc ad illam Morinorum partem retulit, de qua c. 37 sermo fuit. Nam in eos pagos, ab quibus legati non venerant, Titurius et Cotta missi erant (c. 22 §. 6) necdum redierant.

§. 2. siccitates] Pluralis a rebus et locis, in quibus siccitas erat, ad siccitatem ipsam translatus est, ut 5, 24 *quod eo anno frumentum in Gallia propter siccitates angustius provenerat*. Cf. 6, 30 *plerumque silvarum ac fluminum petunt propinquitates*. Ib. 34 *haec loca vicinitatibus erant nota*.

superiore anno] V. 8, 28 sq.

Digitized by Google

Vrat. A. Vind. B. et a m. pr. Dr. A. *quo sup. an. semper fuerant usi* Lov. Gott. (is *perfugio* ad *quo* additum in margine habet et *usi* omittit.) Bong. C. Pal. sec. Conf. Dr. B et inter versus addito *semper* A. Vrat. BC. Hamb. (is *fuerat*) Goth. B et a m. sec. A. (a m. pr. *super* pro *semper* et *usu* erat.) Gu. Vind. DEFI. inc. edd. ante Ven. f. *quo perfugio sup. an. semper fuerant usi* Ven. f. et uncis incluso *semper* Flor. *quo perfugio sup. an. fuerant usi* Ald. et sqq. quod nisi forte in And. et Ox. nullo in codice repertum videtur. Nam *perfugio* Oud. etiam in Duk. Dorv. et tribus aliis omissum et *perfuerant* in Voss. B., *semper fuerant* in Lov. et sex aliis scriptum esse testatur. Idem Oud. postquam de horum verborum et de sequentium (*omnes fere* et *venerunt*) varia scriptura retulit: Quid hinc, inquit, extricandum sit, videant acutiores. An *per superiorem annum*, *fuerant usi*? Vide ad l. VI, 36 *per omnes superiores dies*. an latet verbum *perfugerant* vel *superfuerant*? Mihi non liquet. Tota periodus salvo sensu abesse poterat; quare uncis inclusi." Putes eum de efficiendis his omnibus cogitasse; sed unci, quibus est usus, parenthesecos signa sunt. Mihi Caesar *quo superiore anno perfugio erant usi* scripsisse videtur, ex quibus casu deletis litteris tribus *gio* primum id, quod in Bong. AB. Par. A. Voss. A. legitur, deinde vario emendandi conatu reliquae lectiones exstiterint. Inter *quo* et *perfugio* posita verba *superiore anno* simul adiectivi instar sunt perfugium definientia, quasi Germanice dicas was ihre vorjährige Zuflucht gewesen war, eundemque obtinent locum, quem *plerumque* c. 24 §. 1 *quo plerumque genere in proeliis uti consuerunt*, et *fere* Civ. 1, 52 *quae fere res non solum inopia praesentis*, *sed etiam futuri temporis timore ingravescere consuevit*, et *ex parte* 6, 34 *quae tamen ex parte res ad salutem exercitus pertinebat*. Hoc igitur veri simillimum videtur. Ceterum ea, quae in Cu. Leid. A. Par. B. Hav. A. Vind. A. Flor. Ven. f. Ald. exhibita est verborum collocatio, offensionem habet nullam, et fieri potuit ut *perfugio* non coniectura ex corrupto *perfuerant* erutum deinde licentia ab *erant* dirimeretur, sed ab ipso scriptore post *quo* positum temereque ibi omissum deinde alieno loco decurtatum inseretur. Itaque hac in parte vulgatam scripturam tenui, in verbo autem revocandam ad eiusdem et nisi fallor, alterius quoque generis codicum auctoritatem putavi et pro *fuerant* scripsi *erant*, quod etiam rectius est. Nam eo tempore, quo quia non habebant quo se reciperent, in Labieni potestatem venerunt, *erant* adhuc ii, qui superiore anno usi illo perfugio dici possent: *fuisse* usi dicendi erant ii, qui in potestatem venerant, Cf. 5, 25 *huic Caesar — quod in omnibus bellis singulari eius opera fuerat usus*, *maiorum locum restituerat*. Civ. 1, 41 *pons*, *qui fuerat tempestate interruptus*, *paene erat refectus*. 3, 58 *frumenta enim*, *quae fuerant intra munitiones sata*, *consumpserant*. Afr. c. 88 *vultu atque sermone*, *quo superiore tempore usus fuerat*, *cum dormitum isset*, *ferrum* etc. Atque hic legitimus est huius formae usus, quae si quando aliter posita invenitur, ut Afr. c. 33 §. 3 et 36 §. 2, plusquamperfecti ratio ea est, quam in adn. ad 2, 1 §. 1 explicui.

omnes fere] om. Cu. S. Ox. Leid. A. Vind. A. In Voss. A. *fere* sec. Fabr. a m. pr. omissum, in Goth. A. item a m. pr. ante *omnes* positum est.

Digitized by Google

Labieni pervenerunt. At Q. Titurius et L. Cotta legati, qui in Menapiorum fines legiones duxerant, omnibus eorum agris vastatis, frumentis succisis, aedificiis incensis, quod Menapii se omnes in densissimas silvas abdiderant, se ad Caesarem receperunt. Caesar in Belgis 4

pervenerunt] *venerunt* iidem, qui *omnes fere* omittunt. Utrumque errore propter negligentiam factum videtur. Sed *venerunt* Aldus et sqq. tenuerunt, et Caesar solet *in potestatem venire* dicere, non *pervenire*. Cf. Civ. 2, 22 §. 1. 32 §. 5. 9. item Hirtius 8, 44 §. 2. Alex. 64 §. 4 et scriptor b. Afr. 52 §. 4. At dixit Cicero Manil. c. 12: *cum duodecim secures in praedonum potestatem pervenerint*. nec recusaverit is, qui rem ad paucitatem defensorum, urbanas res commodierunt in statum *pervenisse*; magnum in timorem, ad summam desperationem *pervenire* dixit, ut 5, 45 §. 1. 7, 6 §. 1. Civ. 1, 61 §. 2. 2, 42 §. 2.

§. 3. duxerant] ante *legiones* Dr. A. Vrat. B. Gu. *adduxerint*. cod. Turr. *deduxerant* Carr. „Dorv. sec." (an Dorv. et Leid. B.?) Pal. sec. Conf. Dr. B. Vrat. C. Goth. B. Vind. CDEF. edd. ante Ven. f. Cf. adn. cr. ad c. 22 §. 6.

succisis] Cf. adn. cr. ad c. 19 §. 1.

aedificiis] *aedificiisque* S. Leid. A. Ox. Hav. A. Vind. AC. et a m. sec. inserto *que* Goth. A. Ald. et sqq. usque ad Oud., qui secundum reliquos codices suos (in ex. Fabr. tantum Voss. A. Egm. Lov., in Conf. Pet. Pal. copulam omittere significatum est) *que* delevit, sed rationem non ostendit: adnotationem suam ad c. 15 §. 2 conferri iubet, in qua multa exempla asyndeti collata sunt. At ibidem copulam interdum tamen adhiberi vidimus, et huius loci scripturae Aldinae simile est illud 2, 12 §. 5 *celeriter vineis ad oppidum actis, aggere iacto turribusque constitutis*. Scilicet addita copula seriem rerum finitam existimare et aliarum accessionem excludere iubemur, omissa de aliis rebus similibus cogitare non iubemur, sed sinimur. Praeterea rerum inter ipsas respicienda est ratio; quae si pari loco et ambitu sunt, asyndeton facilius fit, quam in eis, quae eodem pertinentes imparem ambitum dignitatemque habent. Iam cum agros vastatos, quorum ambitus maior est, cum frumentis succisis, quae eodem pertinent, copulandos scriptor non putaverit, aedificia incensa, quorum diversa est ratio, non cum iisdem copulasse, sed infinitam reliquisse seriem videtur.

se ad Caesarem] *ad Caes. se* Vind. A. Ald. et sqq. usque ad Oud. Cf. adn. cr. ad c. 34 §. 1 et ad c. 25 §. 4. Praeposita *ad Caesarem* non displicent, sed codices scriptorem docent loci significationem, quo illi se receperint, augendam non putasse. Nam *se* praeponunt VV. CC. Vrs. in Not. cod. Brant. Gu. Vind. F. et octo a me collati cum Bong. A. et reliquis Oud., qui tamen simpliciter „MSS." ostendens *se* praeponere et eadem auctoritate in

§. 3. in Menapiorum fines legiones duxerant] ex Morinis, ut opinor, et pacatis illis pagis, qui legatos ad Caesarem non miserant. Legiones quattuor fuisse probabile est. Cf. c. 22.

Menapii se omnes] Cf. adn. ad 1, 1 §. 1 *Gallia est omnis*.

Digitized by Google

omnium legionum hiberna constituit. Eo duae omnino civitates ex Britannia obsides miserunt, reliquae neglexerunt. His rebus gestis ex litteris Caesaris dierum viginti supplicatio a senatu decreta est.

superioribus positum *se* ante *omnes* confirmans non accuratissime videtur egisse. Certe *se omnes* ex. Fabr. e Voss. A. Egm. Gott., *se ad Caesarem* nullo ex codice affert; *omnes se* vero et nonnulli meorum (Dr. B. Vrat. C. Goth. B.) et omnes ante Oud. excepta St. Gr. b. edd. habent, et in Vind. C. *se* omissum est. Ex his colligi potest Oud. quoque codices non eandem in utroque pronomine rationem sequi et tamen utrumque praeponi iubere.

§. 4. ex litteris Caesaris] Sententiam non inepte declaravit Metaphrastes: *ἐκ τῶν τοῦ Καίσαρος ἐπιστολῶν τὰ ὑπ' αὐτοῦ πεπραγμένα μαθόντες οἱ Ῥωμαῖοι εἴκοσι συνεχεῖς ἡμέρας ἔθυσαν.* Causam autem praecipuam, cur tot dierum supplicationem decreverint, Britanniam apertam fuisse Dio Cassius 39, 53 extr. tradit.

Digitized by Google

CORRIGENDA.

Pag. VII. v. 12 a fine dele comma post generosa — X. 5 a f. lege Magni pro magni — XIV. 3 Marcio pro Marco — 13 Luscium pro Muscium — XVII. 7 a f. Catilinae, pro Catilinae — XIX. 2 fortissimo venit pro fortissimo — XX. 9 Salustio pro Sallustio — XXIV. 12 a f. in senatu pro senatu — XXXV. 13 per se, pro per se — XXXIX. antep. F. pro G. — XLIII. 2 continente, pro continente

In verbis scriptoris p. 51, 5 lege impedimento pro inp. — 62, 7 Galliae, pro Galliae — 75, 1 M. pro M — 104, marg. 2 pro 3 — 110, paen. matresfamiliae pro matres f. — 132, 1 essent, pro essent — 137, marg. 2 pro 3 — ib. 3 pro 4 — 154, 2 existimarent: pro existimarent, — 156, 5 experirentur) pro experirentur): — 164, 3 impedimenta pro inp. — 169, 2 videbantur, pro videbantur — 175, marg. 2 pro 3 — 198, 3 statuisset pro statuisset, — 200, 2 Re nuntiata pro Renunt. — 217, 1 adde in marg. 3 — 242, 4 lege ex his pro his ex — 261, 7 coëgerunt pro coeg. — 309, 5 assuefacti pro adsuef. — 343, 1 in marg. dele 5 et pone ad v. 2 — ib. paen. in marg. dele 2 et pone ad v. ult. — 356, 4 lege inligata pro illig. — 362, 6 his pro iis — 394, 2 ignosceretur, pro ignosceretur — 408, 1 in marg. pone 2 — 413, 6 lege demonstraverunt pro demonstraverurt.

In adn. cr. p. 17, 7 lege dictionis, pro dictionis — 20, ult. docemur pro doceamur — 21, 2 Gott. pro Cott. — 23, 7 318, 459 pro 318 et 459 — ib. 12 Z. pro Z. — 26, 18 (*reliquis*) *esse* pro *esse* (cf. adn. cr. ad 4, 27 §. 1.) — ib. 3 a f. si minus pro minus — 28, 2 Clarkio pro Clarkio, — 30, ult. Dr. B pro Dr. B. — 31, 2 Id, pro Id — 33, 9 priori pro prior. — 35, 1 ad non *comp.* adde Cf. adn. cr. ad 4, 31 §. 2. — 40, ult. lege 12, 2. 13, 1. pro 12, 1. — 47, 6 Freto pro freto — 51, 15 Vind. A pro Vind. A. — ib. 17 Dr. B pro Dr. B. — ib. 21 inde a pro inde *a* — 52, 13 Dr. B pro Dr. B. — ib. 16 Vind. C pro Vind. C. — 54, 5 Bong. BC pro Bong. BC. — ib. 13 *mazaras* pro *mazovas* — 56, 10 appellatur. pro appellatur, — 57, 10 a f. paulo pro paullo — 59, 9 Dr. A pro Dr. A. — ib. 19 Itaque pro Itaque — 62, 7 a f. autem singulatim pro singulatim — 63, 2 parum patrocinantur pro patrocinantur — 72, 7 a f. h. e. pro h. l. —

Digitized by Google

75, 8 a f. Avaricum, pro Avaricum — 76, 6 a f. Cf. pro cf. — 79, 1 Ven. c. pro Ven. e. — ib. 4 Dorv., pro Dorv. — 80, 5 a f. *Δοῦβα* pro *Δοῦβας* — 82, 9 inter usque ad et Cl. insere P. Man. *hiis* Vrat. BC. Bonn. Hamb. *iis* Goth. B. Pal. Rom. a. Med. a. Ven. b. P. Man. et sqq. usque ad — ib. 15 lege parenthesin pro parenthesim — 83, ult. §. 3. inlata] pro inlata] — 85, 19 potuit ut pro potuit, ut — ib. 4 a f. exhibens. pro exhibens, — 90, 10 a f. aliquamdiu pro aliquam diu — 94, 10 Dr. B. pro Dr. Br. — 99, 3 vidimus pro videmus — 100, 9 a f. Heduos pro Haeduos — 102, ult. Vrat. A. pro Vrat. A — 104, 9 a f. quemadmodum pro quem ad modum — 106, 14 Aldinae, pro Aldinae — 108, 6 obstat quod pro obstat, quod — ib. 8 omitti, aut pro omitti aut — 109, 8 Ven. b. pro Ven. B. — ib. 9 Ber. pro Berl. — ib. paen. §. 2 pro §. 3 — 112, ult. §. 2 pro §. 3 — 114, 5 Divisio pro Divisco — ib. 10 *phalangem.* pro *phalangem* — 118, 16 quoramque pro quorum — 125, 17 dele Egm. et pone id post *borium* v. 16. — ib. 19 lege *Aridocuburium* pro *Aridocubrium* — 126, 14 *redactas* pro *reductas* — ib. 9 a f. habent, pro habent. — 133, 15 N. Beg. pro Beg. — ib. Pal. pro Pat. — 134, 10 inter eandem esse et dicit insere demonstret, Gallorum, quam dixerat, *eandem atque Belgarum* esse — ib. 9 a f. lege *succendunt* pro *succedunt* — 135, 10 profectam pro profectum — ib. 12 a f. *Valeribus* pro *cum Valerio* — 136, 15 principem pro principum — 137, 10 11, 1 pro 1, 1 — 139, 16 efficeret, indicaret pro efficeret — 140, 4 a f. *intervalla* pro *intervallo* — 142, 2 prava pro parva — ib. *subsidio* pro *subsidia* — 148, 4 etc. pro et c. — 153, 9 quod — bellum pro quod bellum — ib. 15 coërcendum pro coere. — 154, 18 quo pro quod — ib. 24 Aldum, pro Aldum — 155, 10 8, 13 pro 8, 19 — 158, 15 a f. Oud. 2. pro Oud. 2 — 159, 14 utroque pro utraque — ib. 18 *enatis* pro enatis — 160, 7 a f. oratione pro ratione — 165, 21 affert. pro affert — 168, 6 Goth. AB. pro Goth. A. B. — 176, 15 dele *nostris* — 179, 6 a f. lege Vind. E pro Vind. E. — 187. 5 a f. ad placere adde Coniunctivi usum huic simillimum habet Livii locus 25, 14 a Zumptio Gramm. §. 558 adhibitus. — 198, paen. lege §. 4 pro §. 4: — 199, 11 a f. *σκοπὸν* pro *σκοπόν* — 200, 4 Oud. 2. pro Oud. 2 — 202, 2 dele de- — 206, 17 lege *Sesuruos* pro *Sosuruos* — 208, 5 inter dicuntur et iterum insere nationes mittere legatos docemur, et coniunctivus *pollicerentur* — ib. 22 lege non nisi pro nonnisi — ib. antep. Plantiniana pro Lips. sec. — 210, 4 8, 1. pro 8, 1, — 212, 15 Autissiodurum pro Antiss. — 214, 7 a f. 820 pro 320 — 217, 2 B. o. pro B. c. — 218, 18 Ven. de. pro Ven. de — ib. 23 CEF pro CEF. — 223, 2 et 3 Goth. A pro Goth. A. — 226, 13 exstant pro extant — ib. 26 liber meus pro liber meus. — 227, 19 ita tamen, pro ita tamen — 228, 2 Goth. B pro Goth. B. — 229, 3 Vind. A. pro Vind. A — 233, 17 „Sic pro Sic — ib. 22 *ecaedifica-*

Digitized by Google

ri pro eli aed. — ib. ult. §. 8 pro §. 5 — 234, 13 significaturum pro significatum — 235, 14 nautarum, pro nautarum — 237, 11 magis, pro magis — 238, 15 ac pro et — 243, 2 sec. pro Sec. — 244, 15 προμυκτὴρ pro πρόμυκτὴρ — 248, ult. confusioni pro confusione — 250, 4 Oud. 1. pro Oud. 1 — ib. 4 a f. et pro ex — 252, 18 tamenne pro tamen ne — ib. 28 Pet. pro Pet. — 255, 7 a f. Gr. a. pro Gr. a — 265, 14 defetigatione, pro defetigatione — ib. antep. obiecto pro abi. — 271, 7 Praeconicius pro Traec. — 275, 3 accessere pro arcessere — ib. 16 tantum pro tamen — 276, 21 ηὔξησεν, pro ηὔξησεν — ib. 22 πρόσοδον pro πρόσοδον — 277, 6 a f. Dr. A pro Dr. A. — 278, 6 quod pro quos — 280, 6 a f. quaque pro quaqua — 283, paen. scriptus. pro scriptus — 284, 4 timoris pro timores — 287, 5 renuntiaverunt pro enunt. — ib. 8 23 pro 43 — 288, 7 22 pro 21 — 289, antep. Bipontinos pro Bipontinas — 290, 25 Fustates pro Gustates — 292, 20 videtur pro videtur, — 296, 6 Moro. pro Morv. — ib. antep. §. 3. pro §. 3 — 297, 4 E pro E. — ib. 12 Tauchteri pro Tauchtheri — 298, 6 Τίγκτηροι pro Τίγκτηρος — 299, 20 Cicero pro Cic. — 305, 23 Pet. pro Vet. — ib. 25 ed. 1 pro ed. 1. — ib. ult. framento pro frumento, — ib. importaticio pro imp. — 306, 14 Bong. A. pro Bong. B. — 308, 8 a f. inter Fabr. et sexcenti insere Ald. nep. Lips. et sqq. sescenta Voss. A. sec. Fabr. — 311, 5 a f. Gr. b. pro Gr. B. — 314, 3 quo pro qua — 319, 5 Goth. A pro Goth. A. — 321, 2 Gu. Hamb. pro Hamb. — ib. 5 Vind. I pro Vind. I. — 325, ult. Dr. B. pro Dr. B — 326, 2 Vrat. B pro Vrat. B. — 328, 11 a. f. Goth. B pro Goth. B. — 331, 2 Dr. B pro Dr. B. — ib. 3 Goth. B. pro Goth. B — 332, 4 a f. Goth. B pro Goth. B. — 335, 2 et pro et. — 338, antep. utram pro utrum — 344, 9 a f. pueri, pro pueri — ib. paen. est, Civ. 1, 4: pro est. Civ. 1, 4 — 348, 13 Sugambri pro Sygambri — 349, 22 popu. ro. pro popu. Ro. — 352, 6 Dr. B. pro Dr. B — ib. 9 Vind. A. pro Vind. A — ib. 21 subiciendo pro subiiciendo — ib. 4 a f. 293 pro 263 — 354, 1 Vind. D. pro Vind. D — ib. 6 Dr. B. pro Dr. B — 358, paen. Hav. A. pro Hav. A — 359, 2 Vrat. A. pro Vrat. A — ib. 5 Vrat. A pro Vrat. A. — 361, 3 §. 1: pro §. 1 — 362, 13 a f. ignis pro ignes — 364, 2 his pro tis — ib. 16 Goth. A. pro Goth. — 365, 13 Lips. Iu. pro Lips. — 366, 12 Vrat. B. pro Vrat. B — ib. 16 Gr. a. pro Gr. A. — 367, 8 Vind. F. pro Vind. F — ib. 9 a f. rem publicam pro rempublicam — 369, 3 Bong. A. pro Bong. A — 375, 3 Vind. A. pro Vind. A — 376, 19 Vind. C. pro Vind. C — ib. paen. quaedam pro quaedam, — ib. ult. Hav. A. pro Hav. A — 381, 16 55 pro 55. — ib. 5 a f. debuisse: pro debuisse — 383, 5 a f. §. 6: pro §. 6 — 384, 5 a f. Gr. b. pro Gr. b — 385, 23 2. uitebantur pro 2 vitebantur — ib. 25 etiam si pro etiamsi — 27 declarata pro dectarata — 26 immerito pro merito — 23 a f. Vrat. AC

pro Vrat. AC. — ib. Goth. B pro Goth. B. — 12 a f. In Ven. pro In. Ven. — ult. *parvus* pro *paruus* — 386, 1 *castria* pro *cstris* — ib. 8 Vrat. B pro Vrat. B. — 8 a f. Salust. pro Sallust. — 387, 8 a f. dis-crep pro di-screp — 389, 4 Goth. A pro Goth. A. — ib. 6 a f. *pede* pro *ped* — 390, 3 Vind. D. et pro Vind. C — ib. 9 Vrat. AB. pro Vrat. AB — 14 consentire pro contenaire — 391, 5 Ber. Ald. pro Ald. — ib. 4 a f. potuisse pro posuisse — 393, 17 a f. 9: pro 9 — ib. 15 a f. *utroque* pro *utraque* — 4 a f. post Dr. AB. insere Vrat. ABC. Goth. AB. — 394, 11 a f. lege 28 §. 3. pro 28 §. 6. — 395, 6 §. 1. pro §. 1 — 397, 5 Caesar, pro Caesar — 398, 2 CC. pro CC. Vrs. — ib. 3 in pro (in — 14 Ald. et pro Ald. A. — 399, 6 indolem pro idolem — 400, 4 Ad pro ,, Ad — ib. 6 dicitur. pro dicitur, — 14 *armandas* pro *armandus* — 24 Oud. 2. pro Oud. 2 — 401, 18 inductum pro inductam — ib. 27 quasque pro quasquae — 8 a f. locutionem pro lec. — 5 a f. Goth. B pro Goth. B. — 402, 3 efficit. pro efficit — ib. 12 verisimilius pro verisimilus — 14 1. 2, pro 12, — 5 a. f. Plüschkii pro Plueschkii — 403, 3 *et s.* pro *et f.* — 404, 9 17 pro VI — 405, 6 Med. pro Leid. — ib. 10 XXVII. pro XXVII — 10 a f. ab. pro ab — 7 a f. *esset.* pro *esset*, — 407, 4 Dr. B (iterum.) pro Dr. B. (iterum) — ib. 13 alteroque pro alteraque — 14 Goth. A pro Goth. A. — 409, 7 EFI pro EFI. — ib. 10 *insinuaverunt.* pro *insinuaverunt* — 411, ult. §. 3. pro §. 3 — 414, 1 Vind. A. pro Vind. A

In interpretatione p. 7, b 2 lege 4, 28 pro 6, 28 — 8, a 15 *postridie* pro *postero die* — 11., b 6 Salustius pro Sall. — 12, a 5 6, 13 pro 3, 13 — b 16 Helvetii pro Helvetii, — 14, b 8 ratione, pro ratione — 16, b 8 videtur. Cf. pro videtur, cf. — 17, a inter v. 6 et 7 insere id] Cf. 4, 32 §. 2. — 19, a 7 lege immittit pro immittet — 21, b 15 adductus — studebat pro add. stud. — 31, a 9 a f. *et auferre* pro *et auferre* — b 14 concessum pro concessam. — ib. 5 a f. Verfahren, pro Verfahren — 35, b 7 23 pro 24 — 38, a 6 h. e. pro h. l. — 43, a 5 a f. nullum pro nullam — 49, a 8 §. 4 pro §. 5 — 60, a 19 Quas si pro Quasi — 63, b 17 constituerant pro constituerunt — 64, a 6 a f. existimabat pro existimabant — ib. b 2 h. l. pro h. e. — 4 a f. earum pro eorum — 65, b 7 redierat. pro redierat — 75, a 10 693, pro 698. — 83, a 6 §. 4 pro §. 3 — 85, b 6 §. 12 pro §. 13 — 88, b 2 Germanorum pro Germanorem — 92, b paen. exsecuturus pro exsecutus — 95, a 6 post sq. insere ed. Lugd. Bat. 1657. — 96, b paen. lege 68 pro 68 — 97, a 3 nullum pro nullam — 102, b 7 pecunias pro pecuniam — 105, b 7 C. Flaccum pro Flaccum — 106, a ult. est pro est, — 111, b 1 matresfamiliae pro matres fam. — 116, b 1 quem pro quam — 121, b 17 Belgarum, pro Belgarum — 122, a autep. h. e. pro h. l. — 132, a ult. §. 6. munire pro munire — 138, a 9 a f. *Ariovistum* pro (*Ariovietum* — 139,

Digitized by Google

b 2 §. 10 pro §. 16 — 142, b 8 legiones non pro legionés — 143, a 4 *inter* scissuram pro *interscissuram* — 148, b 8 4, 4 pro 4, 5 — 150, b 21 8, 41 pro 8, — 151, b 10 manum pro manus — 158, a 1 Quasi pro quasi — 161, b 7 *acclivis* pro *adcl.* — 167, b antep. *ire contendit* pro *contendit* — 182, b 3 quot pro quod — 191, a 11 quot pro quos — 198, a 2 *deprecari*, pro *deprecari* — 203, a 12 fecit; pro fecit, — 211, b 6 a f. discisa pro discissa — 216, a 6 a f. *promuntoriisque* pro *promont.* — 217, a 13 a f. manendo et resistendo pro manendo — 219, a 21 *ὁλοειδηρον.* pro *ὁλοειδηρον·* — ib. 25 *gaeso* pro gaeso — 222, a 5 a f. *cotidiano* pro *quot.* — ib. b paen. h. e. pro h. e — 225, b 6 a f. *discisa* pro *discissa* — 232, b 14 magis, pro magis — 235, a 3 appositionem pro oppos. — 236, a 10 De *aestuariis* cf. pro cf. — 238, b 7 Lipsium pro Lipsius — 240, b 14 uterentur, pro uterentur — ib. 16 *ἐστὶν* pro *ἐστιν* — 19 *Καισαρα.* pro *Καισαρα·* — 256, b 5 *abseisis* pro *abscissis* — 271, a 6 a f. *Hirtuleio*, pro *Hirtuleio* — 282, a 14 infinitivum pro coniunctivum — 284, a 18 parum pro parem — 299, a 7 §. 3. pro §. 3 — 303, a ult. adducit, pro adducit — ib. b 4 a f. *portum victor* pro *portum* — 312, a 8 *sese* pro *sese*, — 322, a 11 aptior est, pro aptior est — 337, b 30 rem publicam pro rempublicam — 351, a 8 *tramittit* pro *transmittit* — 352, b paen. Civ. pro Cic. — 355, b 6 sequentia: pro sequentia. — 356, a 4 a f. *Cevenna* pro *Cavenna* — ib. b 20 erant pro *erant* — 358, a 13 a f. sublicasque pro sublicaque — ib. 11 a f. modo, pro modo — 363, a ult. dimisisse pro dimisso — ib. b. 5 §. 3. pro §. 2. — 366, a ult. *ut*, *si* pro *ut si* — 382, a 14 habet: pro habet — ib. b 14 describit: pro describit — 389, b paen. alteram pro alterum — 391, a 8 *nec tamen* pro *nectamen* — ib. b 5 *potuerunt.* pro *potuerunt*, — 392, a 4 modo pro mode — 394, a 1 proe-lium pro pro-elium — ib. 5 inprudentiae pro impr. — 396, a 10 dele bi- — ib. paen. lege 9, pro 9 — b 8 a f. ubi pro uti — paen. Haasii pro Hasii — 397, b 4 verba: pro verba — 398, b 3 *curaverat* pro *curaveat* — 399, b 8 et pro ct — 403, b 12 significationem pro significatonem — 405, b 6 *intercedere posset* pro *posset* — 406, a 6 *Gallica* pro *Gallia* — ib. 11 pertinet pro pertinent — 15 tulerat, pro tulerat — 16 *profugiunt* pro *perfug.* — b 11 *consilii* pro *consili* — 9 a f. *portis*, pro *portis* — 408, a 7 tradens: pro tradens — ib. 11 *φιλίαν* pro *φιλιάν* — b 7 *erat* pro *erant* — 8 *exercuerant* pro *exercuerunt* — 411, b 11 ablativos pro abtativos — 414, b 14 est pro est, — ib. 3 a f. ut — pro ut

Digitized by Google

HALIS,

FORMIS EXPRESSVM ORPHANOTROPHEI.

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google